94

13.a 7

4

GRANADA
A
230
195

No. 3
19.4.78

1
9-195

11849447

R/8001

# TRACTATVS

## DE DISTRIBVTIONIBVS QVOTIDIANIS.

Tres in Partes diſtributus.

*IN QVO DE QVOTIDIANIS DISTRIBVTIONIBVS generatim, ac tam in foro conſcientiæ, quàm contentioſo iure, vel acquirendis, vel diſtrahendis latiùs nunc primùm, & aliqua cum methodo diſputatur.*

Duplici appoſito INDICE, altero Quæſtionum, altero rerum ſingularium locupletiſsimo.

Auctore

ALEXANDRO MONETA Sacræ Theologiæ, & I. V. Doct. S. Mediol. Eccl. Canonico Ordinario, ac Protonotario Apoſtolico.

*CVM PRIVILEGIO.*




MEDIOLANI, *Ex Officina Typographica quon. Pacifici Pontij Impreſsoris Archiepiſcopalis.* M. DC.

PERMISSV SVPERIORVM.

# FEDERICO BORROMÆO
## S. R. E. PRESB. CARDINALI
## AMPLISSIMO.
### ET S. MEDIOL. ECCL. ARCHIEPISCOPO
### Vigilantiſsimo.

### ALEXANDER MONETA
*Eiuſdem Eccleſiæ Canonicus Ordinarius*
*Felicitatem.*

QVONIAM hæc à nobis de ijs quaſi ſtipendijs, quæ pro aſsiduo, & quotidiano in diuinis laudibus ſtato tempore, ac loco celebrandis ſuſcepto labore Clericis tribuuntur, ob eamque potiſsimùm rationem Diſtributionum Quotidianarum nomen meritò à noſtratibus acceperunt, inſtituta, raptimque conſcripta Tractatio quorundam amicorum meorum iudicio, quorum propter doctrinam cum ſingulari integritate coniunctam maxima eſt apud me auctoritas, cæteris quoque, præcipuè verò ciuitati huic, atque Eccleſiæ Mediolanenſi vtilitatem aliquam allatura viſa eſt: vt eam ipſam diſputationem, quam domi natam intra domeſticos quoque parie-

parietes deliteſcentem vni mihi aliquando profuturam arbitrabar, in lucem, atque omnium ſe oculos dare ſinerem; id à me vnum, qui alijs, patriæque præſertim ſin minùs tanquam imbecillis valeo, vt debeo, ſtudioſus ſaltem, & cupidus, vti valeo, prodeſſe volo, facilè impetrauit. Sed quando, ſicut cæteræ aliorum ſolent, ita mea hæc diſputatio, atque tractatio ſine patroni alicuius præſidio emittenda haud quaquam videbatur, vt ea in nomine Tuo appareret, FEDERICE Cardinalis, & Antiſtes Ampliſsime, non vna me ratio, ſed quamplurimæ adduxerunt: quarum aliquas, earumq; ſumma dumtaxat capita commonſtrabo; ſi enim ſingulas recenſere, ac pro dignitate vellem explicare, id conarer efficere, quod neque ingenij mei, viriumq; imbecillitas, neque à me iam ſuſceptum breuioris genus patitur orationis. Atque in his quidem poſtremum locum non obtinent illa communia ijs omnibus propoſita, qui laborum, vigiliarumq; ſuarum fructum nuncupare, quaſiq; conſecrare volunt, vt vel clariſſimum aliquem, ac Principem virum deligant, cuius ab inſcripto nomine ſcriptis, monimentiſque ſuis non momenti modò, & ponderis, ſed præſidij quoq; plurimum, ac ſplendoris acquirant; vel eum, qui de literarum ſtudijs optimè meritus, maximè verò illi ſit deditus facultati, ad quam illa ipſa ingenij pertineant monimenta, vt cum eo, cui datur, res ipſa conueniat. Etenim Principem Te in Eccleſia Dei, ampliſſimumque virum eſſe nemo eſt, qui ignoret; illa quippe Cardinalis, quam ſuſtines perſonam, ac dignitatem, (taceo inſignem generis Tui ſplendorem, ac familiæ nobilitatem,) ea eſt, qua, vt vno verbo dicam, poſt ſummam, ac ſublimen in terris Chriſti vicariam



maior vlla, & honorificētior ſacris, diuinoq; cultui, & obſequio dicatis viris deferri non poteſt. Huic mox ſummo Dei beneficio, ac ſingulari Clementis VIII. Pontif. Max. omnium ſapientiſſimi, & optimi conſilio ampliſſimi acceſsit dignitas Pōtificatus in ea eccleſia, cui, vt mortalia, & caduca prætermittam, perennis quædam, ac perpetua pietas, & religio, ſanctiſſimorumq;, qui ei præfecerunt, Antiſtitum celebritas, ac multitudo Sanctæ Eccleſiæ, quaſique alterius Romæ nomen pepererunt. Ad huius vtriuſque dignitatis gradum tum cęteræ eximiæ virtutes Tuæ, quas recenſeri non ſinit modeſtia illa Tua ſingularis, tum doctrina omnium ferè ſcientiarum genere ornata, atque referta aditum, & aſcenſum patefecit, præcipuè verò cęterarum domina Theologia, quę vti regina reliquas ſcientias quaſi ancillas rationis, mentiſque Tuæ vocat ad arcem. Iam verò cum hæc ipſa diſputatio ea maximè in re verſetur, quæ cum eiuſdem facultatis parte illa non contemnenda, quæ ad mores conformandos, ac rectè inſtituendos pertinet, maximam cognationem, & coniunctionem habere, quin etiam Eccleſiarum Paſtoribus, atque Præſulibus congruere optima ratione videatur, nemo, opinor, quòd hæc in Tuo nomine prodire voluerim, aliquam ſaltem iudicij mihi laudem non tribuet. Vt autem id ipſum omnino præſtarem, neceſſitatem mihi quandam alia præcipua, & propria impoſuerunt; ac potiſſimùm quidem ſingularia illa, ac ferè innumera beneficia; tum quæ à Te publicè ſimul habeo cum patria, Eccleſiaque Mediolanenſi, pro cuius Tu ſalute optimus Paſtor, dignitate, atq; auctoritate maximus Antiſtes nullis

laboribus, nullis vigilijs, nullis denique periculis parcis; tum quæ priuatim & meo, & familię meæ nomine agnoſco, ac ſæpius recolo libenter. Memini enim, quanta Tu arctiori mihi propinquitate coniunctos, in primisque patruum meum Ludouicum Monetam, cuius memoriam in perpetua benedictione futurā ſpero, honoris Te nonnunquam, officij cauſa perſæpe adeuntem & benignitate vultus, verborumq; humanitate exceperis, & charitate, atque amore ſemper complexus ſis; (vt ea tacitus prætercam, quæ cum ipſo egit Magnus ille Carolus Cardinalis patruelis Tuus, cuius laudes, resq; admirabiliter, ac pene diuinitus geſtas nulla vnquam ætas conticeſcet) quantum etiam me ipſum non modò ex annis pueritiæ vix egreſſum blandè compellando non ſemel ad virtutem, laudandarumq; artium ſtudium excitaris, ſed etiam poſtea ſæpe ad hæc ipſa, magnarumque rerum cupiditatem acriter, grauiterque inflammaris. Illud verò perpetuo inſidet animo meo, nec vnquam excidet, quòd de tenuitate mea aliquid exiſtimās, ijs me honoribus in iſthac Eccleſia Tua Mediolanenſi exornaris, ijs cumularis muneribus, quæ non niſi grauiſſimis, doctiſſimisq; viris deferri ſolent, & debent. Hæc, & id genus alia, quibus Tu mihi coniunctos, ac me ipſum affeciſti, quæque pro magnis opibus exiſtimo, quamplurima ſingulariaq; beneficia, menti meæ, altiſſimis defixa radicibus cum inhærerent, illud effecerunt, vt deinceps & nihil habuerim antiquius, nihil quæſierim diligentiùs, quàm vt grata hæc Tuorum in me meritorum memoria aliquo Tibi non vulgari pateret officio; & maxima cum animi voluptate obla-

oblatam eius rei occaſionem auidus arripuerim, quam præſertim, vt alijs de cauſis aptiorem, ita vtriq; noſtrum magis accommodatam fore exiſtimaui. Etenim, cum, vt paulò ante commemoraui, ſingulari Dei Opt. Max. beneficio huic Mediolanenſi Eccleſiæ contigerit, vt ei præeſſes Antiſtes, & Paſtor, mihi verò illud pari euenerit felicitate, vt non modò ex eo fidelium grege, qui Tibi à ſummo omnium Paſtore ſumma fuit cum ſapientia concreditus, ſed ex eorum quoque Clericorum, & Canonicorum numero exiſterem, qui, vt Pontificijs proditum eſt ſanctionibus, cum Epiſcopo ſuo vti capite tamquam reliqua membra vnum corpus efficiunt, optimè quiſque fieri iudicabit, vt membra ipſa non mutuam ſolùm ſibi opem ferant, ſed & capiti ſuo ferè quicquid habent, qua eis ratione licet, referant acceptum; quod autem de grege prodit, illud ſuo quaſi iure aliqua ſaltem pro portione poſtulare paſtor, ac vendicare poſſit. His igitur potiſſimùm partim adductus, partim impulſus rationibus hunc Tibi inſcriptum, ac dicatum libellum emitto, FEDERICE Cardinalis, & Antiſtes optime, ſin minùs Tuæ parem dignitate, maximisque, atque innumeris in me meritis, ac beneficijs, Tuis ſaltem ſtudiis, & ei, quam Tu capitis, Paſtorisque, ego verò eius, quæ his reſpondet, perſonam ſuſtinemus, meo certè tenui, exiguoque ingenio congruentem, & aliquod meæ erga Te obſeruantiæ ſingularis argumentum. Quod quidem, quale id cunque ſit, ſi gratum ita Tibi accidiſſe cognouero, vt pro ſumma Tua humanitate libenter illud, hilarique vultu excipias, benignitate

te foueas, præſidio tuearis; maximi id ipſum beneficii loco ponam, cuius memoriã non vitæ meæ ſolùm parem eſſe, aut in hiſce, quæ ſenſu carent amoris, & obſeruantiæ, multisque poſſunt modis interire, patiar inhærere chartis, ſed conditam in animo, qui eſt interitus expers, ad æternitatem vſque conſeruabo. Mediolani, Kal. Octobris, M. D. XCIX.

# INDEX QVÆSTIONVM,

## QVAE IN HVIVS TRACTATVS ſingulis Partibus continentur.

## PARS I.

De Diſtributionibus quotidianis in genere; & continet octo Quæſtiones.


*I. VNDE dicantur Diſtributiones quotidianæ, ſeu de earum Etymologia.*

*II. De varijs Diſtributionum quotidianarum nominibus.*

*III. Quot ſint quotidianarum Diſtributionum ſpecies.*

*IV. Quid ſint Diſtributiones quotidianæ, ſeu de earum definitione.*

*V. Quo iure, quando, et quam ob cauſam introductæ ſint Diſtributiones quotidianæ.*

*VI. An Diſtributiones quotidianæ veniant appellatione fructuum beneficij.*

*VII. An Diſtributiones quotidianæ veniant nomine redituum, prouentuum, obuentionum, vel emolumentorum beneficij.*

*VIII. An quotidianæ Diſtributiones computari debeant in valore beneficij.*


PARS

# PARS II.

## De Diſtributionibus quotidianis acquirendis; & continet viginti Quæſtiones.

I. *QVIBVS clericis competat percipere poſſe Diſtributiones quotidianas.*

II. *An ſola præſentia in Choro ſufficiat ad lucrifaciendas Diſtributiones quotidianas.*

III. *Qualiter Diſtributiones quotidianæ aſsignatæ ſint horis, ac diuinis officijs.*

IV. *An, & quomodo poſsit quis duplices quotidianas Diſtributiones percipere diuinis intereſſendo.*

V. *An, & quando abſens ob corporis neceſsitatem iure percipere poſſit quotidianas Diſtributiones.*

VI. *An abſentes propter infirmitatem percipere debeant Diſtributiones quotidianas.*

VII. *An, & quando ſenes, ſeu abſentes propter ſenectutem percipere poſsint quotidianas Diſtributiones.*

VIII. *An abſentes in ſeruitio Epiſcopi percipere debeant Diſtributiones quotidianas.*

IX. *An exiſtens in ſeruitio Cardinalis, vel Papæ poſsit in abſentia Diſtributiones quotidianas percipere.*

X. *An, & quando abſens cauſa ſtudiorum percipere queat Diſtributiones quotidianas.*

XI. *An, & quando abſens propter Eccleſiæ vtilitatem debeat Diſtributiones quotidianas percipere.*

XII. *An, & quomodo conſuetudine induci poſsit, vt abſentes Diſtributiones quotidianas percipiant.*

XIII. *An, & quomodo ſpeciali conſtitutione decerni poſ-*

*ſit, vt*

*ſit, vt abſentibus dentur quotidianæ Diſtributiones.*

XIV. *An, & quomodo priuilegio concedi poſsit, vt abſentes Diſtributiones quotidianas percipiant.*

XV. *An, & quando excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ percipere poſsit Diſtributiones quotidianas.*

XVI. *An, & quando tempore interdicti, vel ceſſationis à diuinis poſsint Clerici Diſtributiones quotidianas percipere.*

XVII. *An, & quando Depoſitus, Degradatus, priuatus beneficio, irregularis, vel notorius peccator amittat Diſtributiones quotidianas.*

XVIII. *An, & quando ſimonia committatur circa quotidianas Diſtributiones.*

XIX. *De Ordine, Ætate, cantus peritia, & alijs qualitatibus requiſitis, vt quis ad Diſtributiones quotidianas admittatur.*

XX. *An eo ipſo, quòd quis habet vocem in Capitulo, habeat etiam Diſtributiones quotidianas, vel contra.*

# PARS III.

## De Diſtributionibus quotidianis diſtrahendis; & continet nouem Quæſtiones.

I. *AN, & quomodo Clerici Eccleſiarum Collegiatarum habeant dominium quotidianarum Diſtributionum.*

II. *An clerici liberè de quotidianis Diſtributionibus diſponere poſsint per vltimam voluntatem.*

*III. An*

*III. An conſanguinei ſuccedant Clericis ab inteſtato in Diſtributionibus quotidianis.*

*IV. An, et quomodo poßint Clerici de quotidianis Diſtributionibus diſponere per actum inter viuos.*

*V. An, & quomodo poßint per clericos remitti Diſtributiones ab alijs malè perceptæ, ſeu etiam ſuper ijſdem tranſigi.*

*VI. An, & quando Diſtributiones quotidianæ non intereſſentium intereſſentibus accreſcant.*

*VII. An, & quando pœna amißionis Diſtributionum quotidianarum ſubeunda ſit ante ſententiam.*

*VIII. De impoſitione penſionis ſuper quotidianis Diſtributionibus, eiuſq; impoſitionis effectibus.*

*IX. An Decima, annata, aliudve ſimile onus ſolui debeat de quotidianis Diſtributionibus.*

Finis Indicis Quæſtionum huius Tractatus.



# ALEXANDRI MONETAE
## S. THEOLOGIAE, ET I. V. D.
# TRACTATVS
## DE DISTRIBVTIONIBVS QVOTIDIANIS.

TERTIVM iam Deo duce, & auctore in re legali aggredimur Tractatũ. Cum enim ſuperioribus menſibus de Decimis tã ſpiritualib⁹, quas vocãt, quàm Papalibus, ſeu beneficiorum egerimus, & ſimul etiam cũ eo nouum tractatum ediderimus de Optione Canonica, quæ in Collegiatis vt plurimum Eccleſijs locum obtinet, nũc agere ſtatuim⁹ de Diſtributionib⁹ Quotidianis, qua de re nullus hucuſq; ſimiliter, quẽ nos viderimus, proprius Tractatus prodijt in lucem, quemq; pariter Collegiatis Eccleſijs, Canonicisq; quorũ nos de numero ſumus, maxima quadam, & peculiari ratione congruere nemo eſt, qui ignoret. Vt autem aliqua cum methodo in hac Quotidianarum Diſtributionum materia procedamus, & ea quidem haud prorſus diſſimili ab illa, quam in illis duobus, quos antea commemorauimus, Tractatibus adhibere libuit, hanc quotidianam materiã in tres præcipuas partes, & quaſi capita diſtribuemus. Quarum prima erit de ipſis quotidianis diſtributionibus generatim, & in vniuerſum. Altera verò de ijſdem diſtributionibus iure acquirendis; ſeu, quod idem eſt, qua ratione tutò tam in foro poli, & conſcientiæ, quàm in foro fori, & exteriori à clerico acquiri, &, vt aiunt, lucrifieri poſſint. Tertia demum pars erit de ipſarummet quotidianarum diſtributionum diſtrahendarum ratione; ſeu quomodo eæ donari, relinqui, remitti; aut alia ratione diſtrahi, & amitti poſſint. Has verò ſingulas partes in ſuas pariter quæſtiones diſtribuemus, eas quidem non ad partes tractando, quòd plus oſtentationis, quàm vtilitatis habet, ſed more noſtro inutilibus reſecatis decidendo, frequentioresque Doctorum opiniones, vbi Canones, iuraque deficiunt, in medium proferendo. Et quoniam hęc litteris mandamus in Prouincia, Vrbeq; Mediolanenſi, cuius etiam tanquàm patriæ vtilitati conſulere debemus, operæpretium duximus præcipua quædam proprijs huius Tractatus locis inſerere, quæ de Quotidianis Diſtributionibus in Mediolanenſibus ſynodis tã Prouincialibus, quàm etiã Diœceſanis à Mediolanen. Eccleſiæ pro tempore Antiſtitibus ſancita fuerũt, ita.n. fiet, vt ab huius Prouinciæ Canonicorum Collegijs nihil ferè, quod ad eorũ vtilitatem ſpectet, in hoc Tractatu deſiderari queat.

# PARS I.

## De diſtributionibus Quotidianis in genere.

ANTEQVAM ad ſpetiales quçſtiones de quotidianis diſtributionibus veniamº præmittenda quędam ſunt de ipſis quotidianis diſtributionibus generatim in hac prima parte huius noſtri tractatus, ex quibus etiam aliqua ratione explicata manebunt, faciliusq; cōprobabuntur, quæ poſtea 2. & 3. par. de ijſdem diſtributionibus vel acquirēdis, vel rectè diſtrahendis pertractabimus. Eritq; hæc, & tertia pars breuior, media verò, ſeu ſecunda prolixior, quoniā omnes fere quæſtiones, quæ de quotidianis diſtributionibus proponi, ac diſputari poſſunt, ad earundem acquiſitionem, de qua in poſteriori parte agimus, pertinere videntur.

### SVMMÆ RERVM.

1 *Definitio eſt initium omnis diſputationis.*
2 *Etymologiæ ratio habenda eſt, eaq; præponenda definitioni.*
3 *Etymologiæ vſus maximus ſemper fuit apud antiquos, & Iureconſultos. In ipſo etiam diſputationis exordio. num. 4.*
5 *Etymologiæ maxima eſt vis, & poteſtas.*
6 *Etymologia dat verbis proprium ſignificatum.*
7 *Argumentum optimum ducitur ab Etymologia; modò tamen negatiuè concipiatur. num. 8.*
9 *Diſtributiones dicuntur, quia iuxta cuiuſq; laborem, & merita tribuuntur.*
10 *Diſtribuere eſt ſuum cuiq; tribuere.*
11 *Iuſtitia diſtributiua vnde dicitur.*
12 *Diſtributiones quare quotidianæ dicuntur.*
13 *Diſtributiones dantur ratione laboris, & operis impenſi in vinea Domini, & redduntur tamquam merces quædam.*
14 *Cap. vnicum de cleric. non reſident. lib. 6. eſt ſedes materiæ Diſtributionū quotidianarū.*
15 *Diſtributiones quotidianæ, ſiue aliqua earū pars quomodo ijs aliquando tribuatur, qui non quotidie ſtatis horis interſunt.*
16 *Quotidie, & quotidianum in iure non ſumitur preciſè, & Mathematicè, ſed moraliter pro aſſiduitate.*
17 *Diſtributiones quotidianæ aſſignantur, & diſtribuuntur habita ratione non modò ſingulorum dierum, ſed etiam horarum.*

### *Diſtributiones Quotidianæ vnde dicantur, ſeu de earum Etymologia. Quæſtio I.*

CIRCA quotidianarum diſtributionum materiam prima, quę ſe obijcit diſputatio, eſt de earum nominis deriuatione, ſeu etymologia. quamuis.n.omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitu-
1 tio, † debeat à definitione proficiſci, vt ſcriptum reliquit M. Tullius in priori offic. libr. in initio, quem ſequuntur Docto. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. idque etiam præſtiterit Paulus I. C. in l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. & Iuſtinianus Imperator in principio Inſtitut. quo prior volens de mutuo tractare mutuū definiuit; alter verò priuſquam de iuſtitia ageret, iuſtitiæ definitionem attulit. Attamen ipſius quoq; nominis deriuationis, quæ Græcè ἐτυμολογία dicitur
2 † ratio habēda eſt, immò ea præponenda eſt rei ipſius definitioni; tum, quòd prius videndum eſt quid nominis, quā quid rei, vt ab imperfectioribus ad perfectiora ordine naturæ, vt nos monet Philoſophus idemq; Iuſtinianus. §. his igitur. Inſtit. de iuſtit. & iur. & ibi glo. & Doct. gradiamur; tum ꝙ Paulus ipſe I. C. in l. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. antequā de poſſeſſione ipſa tractaret, eamue definiret in primis verbis nominis ipſius originem tradit dicēs, poſſeſſio appellata eſt à pedibus, & vt labeo ait, pedum quaſi poſitio; & idemmet volens de inſtrumentis differere vocabulum prius fuit interpretatus in l. 1. ff. de fid. inſtrum. In d. verò §. appellata ſi rectè perpendatur nominis potiùs, quàm rei definitionem affert; inquit.n.ibi, appellata eſt autē mutui datio ab eo, quòd de meo tuum fiat. & ideo ſi de meo tuū non fiat, non naſcitur obligatio; neque vllam prius attulerat I. C. veram ipſius rei, mutui nimirum definitionem. M. quoque Tullius definitionis nomine nō rei duntaxat, ſed nominis etiā definitionem, ſeu deſcriptionem complexus eſt. Imperator autem Iuſtinianus ideo nullā nominis iuſtitiæ deriuationem præpoſuit Inſtitutionum initio ſiue, ꝙ nullam fortaſſe habeat, ſed ab ea ius ipſum deriuetur. l. 1. ff. de iuſt. & iur. ſiue, ꝙ breuitati admodum ſtuderet Imperator volens omnem ferè Iuris ciuilis ſcientiam in vnum anguſtum Codicem conferre vt patet ex proemio Inſtit. §. cumq; hoc, & §. igitur; at verò nō modicum auctus fuiſſet codex ille Inſtitutionū Imperialium, ſi iuris ciuilis vniuerſi verborum omnium ſignificationem, & originē proſequi voluiſſet Imperator. cum maximè id paſſim præſtitiſſent tum ipſe, & cæteri Imperatores in Cod. & Authent. tum I. C. in Digeſtorum libris; maximus.n. ſemper fuit apud antiquos, & Iureconſultos, ipſoſq; legum, & canonum la-
3 tores † etymologiæ vſus, vt conſtat ex Iſidoro in libr. etymologiarum, ex can. cleros diſt. 21. & cap. forus de verbo. ſi-
4 gn. idq; in † ipſo etiam inſtitutæ diſputationis exordio, vt videre eſt apud Vulpianum. d. l. 1. ff. de iuſti. & iur. vbi iuris tractatum aggrediens antequam illud definiat docet ſcire oportere, vnde nomen iuris deſcendat, quod à iuſtitia dicit appellatum, & idemmet Imperator Iuſtinianus dum exorditur inſtitutā de teſtamentis diſputationem, priuſquam teſtamentum definiat, illud deſcribens ab etymologia initium ſumit, docetq; teſtamentum ideo dici quòd teſtatio mentis ſit. Alia pleraq; ad id exempla ex iuribus deſumpta profert Io. Bellon. in ſuis argumentis legum cap. 1. ferè per totum. Verum hæc pro omnibus ſufficiant ad oſtendendum non modò maximum eſſe vſum etymologiæ, ſed etiam eam præponendam eſſe definitioni. At
5 maxima quoque † eſt eiuſdem Etymo-
6 logiæ vis, & poteſtas; ea.n.dat † verbis proprium ſignificatum l. notionem. §. inſtrumentorum. l. quibus præcipna cum ibi not. per glo. & Doct. ff. de verb. ſignifica. & adnotauit etiam Bart. in l. omnes populi. q. 6. ff. de iuſtit. & iure, & Abb. in proem. Decretal. num. 8. fuſèq; tradit Euerard. in Top. iur. in loco ab Etymologia, num. 2. præterea optimum argu-
7 mētum † ducitur ab Etymologia, vt patet ex d. l. 2. §. appellata. ff. ſi cer. pet. cum latè traditis per Bellon. d. cap. 1. num. 4. & Euer. loco citato. num. 1. quod tamen
8 ita accipiendum eſt, modò † argumentum negatiuè concipiatur, non autem affirmatiuè; valet enim, & rectè arguitur, mutuum dictum eſt ex eo, quia de meo tnum fiat, igitur, ſi de meo tuum non fiat, mutuum dici non poteſt, neq; mutui naſcitur obligatio, vt argumentatur Iuriſconſultus. d. §. appellata, non autē rectè arguetur affirmatiuè, de meo tuum fit, igitur mutuum eſt, ſeu mutui naſcitur obligatio; nam in venditione de meo tuū fit, quia dominium rei trāſfertur, non tamen mutui naſcitur obligatio, ſed empti; ſicut etiam non ritè deducitur hoc argumentum; teſtamentum dicitur, ꝙ teſtatio mentis ſit, ergo omnis teſtatio mentis eſt teſtamentum; nam legata, & codicilli ſunt vltimæ mētis teſtationes, & tamen certiſſimi iuris eſt, dici non poſſe teſtamentum, vt optimè deducit Io. Bellonus, d. num. 4. & apertè colligitur ex Euerar. d. nu. 1. & 9.

His ita generatim de Etymologia explicatis, ad ipſam propriam diſtributionum quotidianarū Etymologiam, nominiſq; originem veniamus. Dicuntur ergo di-
9 ſtributiones † quia iuxta cuiuſq; merita, ac laborem, & qualitatem tribuan-
10 tur; eſt enim diſtribuere † ſuum cuiq; tribuere l. 1. ff. famil. erciſcun. vnde iu-
11 ſtitia diſtributiua † dicitur, quia iuxta vniuſcuiuſque qualitates, & merita diſtribuit, vt notant Iuriſconſulti in rubr. de iuſt. & iur. & latè tradit S. Thom.

ſecunda ſecundæ, quæſt.61. ferè per to-
tam poſt Philoſoph. in 5. Ethic. lib. c. 2.
12 Dicuntur autem † quotidianæ, ſiue q.a
quotidie diſtribuantur, ſiue potiùs, quia
diſtribuantur ijs, qui quotidie horis ca-
nonicis, diuiniſq; officijs interſunt qua-
ſi quotidianum, & diurnum ſtipẽdium,
ſeu denarij diurni, vt ſatis colligitur ex
Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. in princ.
dum diſtinguens de fructibus beneficio
rum, quidam, inquit, in genere conſti-
tuti ſunt, vt ex titulo canonico, ac legi-
timo habenti beneficium competant, &
reddantur; alij verò diſtributione qua-
dam veluti diurnum, & horarium ſtipẽ
dium his, qui quotidiano miniſterio in
celebrandis officijs diuinis ſubſeruiunt
Eccleſiæ, diſtribuuntur; idq; iuncta ma
ximè Glo. in cap. licèt verbo, diſtributio
nes, de praben. ibi de huiuſmodi diſtri-
butionibus, ſeu denarijs, qui dantur il-
lis, qui interſunt horis ſtatutis, non in-
tellexit Papa, & quæ ſequuntur; idque
ſumptum eſt, ni fallor, ex illo denario
diurno, de quo Matth. cap. 20. ibi con-
uentione autem facta cum operarijs ex
denario diurno miſit eos in vineam ſuã,
& paulò poſt. cum ſerò autem factum
eſſet, dicit dominus vineæ procuratori
ſuo, voca operarios, & redde illis mer-
cedem; dantur enim huiuſmodi quoti-
13 dianæ diſtributiones † ratione laboris,
& operis impenſi in Domini vinea, nimi
rum Eccleſia, & tamquam merces red-
ditur, vt monet Pariſ. conſil. 33. nume. 3.
vol. 4. alios Doctores allegãs, Gig. conſ.
144. num. 6. & 13. traduntq; Doctores
omnes tum alibi ſæpe, tum maximè in
cap. vnico de cleric. non reſid. in 6. quæ
14 † ſedes eſt huius materiæ quotidiana-
rum Diſtributionum. Neque refert, aut
huic Etymologiæ refragatur, quòd hæ
quotidianæ diſtributiones, ſiue aliqua
15 earum pars † ijs aliquando tribuatur,
qui non quotidie diuinis officijs, ſtatiſ-
ue horis interſunt, nam vel tunc ij pro
præſentibus, atque intereſſentibus à iu-
re habebuntur; vel ſi non habebuntur,
ac ſi interſint, pro eo tempore carebunt
diſtributionibus, quibus gaudere poſ-
ſent, ſi intereſſent; quotidie .n. diſtribuũ
tur ijs, qui quotidie interſunt, & hoc ſa-
tis eſt; præterquã quod dictio hæc, quo-
tidie, & quotidianum, non preciſè ſumi-
16 tur, † & Mathematicè pro ſingulis die-
bus, ſed moraliter pro aſſiduitate, vt cõ-
ſtat ex tex. & ibi Doc. in cap. ſignificatũ,
de præbend. Cum quo tamen ſtat, quod
17 diſtributiones quotidianæ † aſſignen-
tur, & diſtribuantur habita ratione non
modò ſingulorum dierum, ſed etiam ho
rarũ, vt infr. 2. par. huius tract. q. 3. latiùs
oſtendemus. Interim verò ad ſecundam
huius 1. part. quęſtionem trãſeamus.

## SVMMÆ RERVM.

*1 Diſtributiones quotidianæ in quibus iuribus hoc nomine appellentur. & vbi portiones quotidianæ. nume. 2. aliquando etiam ſimpliciter diſtributiones dicuntur. num. 3.*

*4 Diſtributiones quotidianæ dicũtur victualia. & quam ob cauſam, nume. 5. quamuis hoc nomen aliqui referant ad ſpetialem conſuetudinem. num. 6.*

*7 Diſtributiones quotidianæ appellantur alicubi ſportulæ, & diaria; & quam ob cauſam. num. 8.*

*9 Diſtributiones quotidianæ dicuntur beneficia manualia. quæ appellatio impropria eſt. num. 10.*

*31 Diſtributiones quotidianæ propriè beneficia dici non poſſunt. ſed neque propriè dicuntur manualia beneficia. num. 12. impropriè tamen vtrumq; nomen ijs conuenit. nu. 13.*

*14 Beneficij nomen latiſſimè ſumptum comprehẽdit omne bonum, vel priuilegium alicui datum, ex quo iuuari poſſit.*

*15 Diſtributiones quotidianæ cur dicantur manualia beneficia.*

*16 Diſtributionum quotidianarũ dumtaxat nomen cæteris omiſſis in hoc tractatu vſurpabitur tamquam communius.*

## *De varijs Diſtributionũ Quotidianarum nominibus. Quæſtio II.*

PRIVSQVAM nominis hui9
diſputationem egrediamur ex-
plicanda ſunt quæcunq; ad no-
men ipſum diſtributionũ quoti
dianarum pertinent; atque adeo ante-
quam



quàm ad earum definitionem deſcenda
mus videndum eſt, an aliquo alio nomi-
ne nuncupentur; ſeu de varijs earũ no-
1 minibus. Primò ergo appellãtur † hoc
nomine quotidianarum diſtributionum
in cap. licet de præbend. c. fin. de reſcri.
in 6. cap. vnico de cler. non reſiden. in 6.
cap. cum non deceat, de elect. in 6. c. fin.
§. adijcimus, de ſent. excom. in 6. necnõ
in extrauag. 10. quæ incipit poſtulaſti,
& ſeq. de præbend. inter cõmun. Conc.
Trid. ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 24. cap. 13. &
15. de reform. & per Doct. paſſim. Huic
2 ſimile eſt nomen † illud portionũ quo-
tidianarum, quo eas appellat Alex. Ter-
tius ſummus Pontifex in cap. dilectus il
1. de præbend. in fine. idq; ob eam for-
taſſe rationem, quia de ijs quædam por-
tiones fiunt, quæ quotidie tribuuntur
pro rata ſeruitij portione ijs, qui quoti-
die diuinis officijs, atque horis inter-
3 ſunt. Dicuntur etiam † aliquando ſim-
pliciter, & abſolutè diſtributiones, vt
patet ex tex. in cap. fin. §. ſi autem de con
ceſſ. præbend. in 6. & in Clem. vt ij, qui,
quæ eſt 2. de ætat. & qual. & ord. præfi-
4 cien. Dicuntur quoq; † victualia. d. c.
vnico de cler. non reſid. in 6. & cap. de
cætero extr. eod. tit. ratio autẽ, cur quo-
5 tidianæ diſtributiones † victualium no
mine appellentur, ea eſſe poteſt, ꝙ ad
quotidianum victum ijs, qui horis, ac di
uinis officijs interſunt, tribuantur, pro-
ut ſatis colligitur ex Doctor. in allega-
tis iuribus, & præterea ex Innoc. Abb.
& Fel. in cap. cum omnes de conſtit. hoc
6 tamen nomen ijs non competere † de iu
re, ſed referri ad cõſuetudines ſpetiales
voluit Prob. ad Monach. in d. cap. vnico
7 ver. victualia. vocantur quoque † ſpor-
8 tulæ, & diaria vt ſatis † probat Steph.
Duran. de rit. eccl. cath. lib. 3. cap. 15.
num. 3. de 2. afferens tex. ex Nouell. Iu-
ſtin. 123. §. 30. primum verò ex eo deſu-
mens, quòd ſportulæ dicebantur, quæ
lætitiæ cauſa, vel alio nomine ſingulis
decurionibus dabantur apud Dionem,
Suetonium, & Plinium ad Traianum, &
in l. ſi mulier. ff. de donatio. inter vir. &
vxo. & l. ſpurij. ff. de decurion. Deniq;
9 appellantur etiam † beneficia manua-
lia, vt patet ex tex. in d. c. vnico, & cap.
olim de verb. ſigni. & vtrobique Docto.
id adnotarunt excepto Abb. d. c. olim. vo
lente ibi intelligi quoſdam fructus præ-
10 ter diſtributiones. Impropria tamẽ om
nino † eſt huiuſmodi appellatio; & ab
imperito vulgo potiùs, quam à docto
aliquo inducta; quàmuis ea Summi Põ-
tifices in dictis iuribus vtantur vulgari
tunc vocabulo ſe accommodantes. Cer-
11 tum eſt enim † quotidianas diſtribu-
tiones beneficia propriè, hoc eſt pro ec-
cleſiaſtico titulo ſumpta dici non poſſe,
vt in ſpetie poſt Gemin. conſil. 85. tradit
Pariſ. conſi. 33. num. 6. vol. 4. illud enim
manifeſtum abſurdum ſequeretur, eum,
qui iam canonicus eſt, ac nondũ ad quo
tidianas diſtributiones admiſſus, tunc,
cùm ad eas admittitur, nouum benefi-
cium à Capitulo, ad quod vt plurimum
beneficiorum collatio non pertinet, ac-
quirere, immo & quoties diſtributiones
quotidianas percipit toties nouũ aliud
beneficium adipiſci, quod quàm abſo-
num ſit nemo non videt. Id ipſum etiã
vel ex eo comprobatur, quòd beneficiũ
eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine Ca-
nonica inſtitutione obtineri, vt docet
Bonif. octauus, in c. 1. & ibi tradunt Do
cto. omnes de reg. iur. in 6. at verò diſtri
butiones quotidianæ preciſè ſumptæ ſi-
ne vlla inſtitutione percipiuntur, & ob-
tinentur, cum à Collegij, ſeu Capituli
Syndico, & Theſaurario recipiantur.
Deniq; hoc idem confirmatur, quoniam
diſtributiones quotidianæ neq; veniũt
appellatione fructuum beneficij, neque
in eius valore computãtur, vt infra hac
ipſa 1. par. quæſt. 6. & 8. latiùs comproba
12 bimus; ſed neq; etiam poſſunt † quoti-
dianæ diſtributiones ſub eorum nomi-
ne comprehendi, quæ propriè manua-
lia beneficia dicuntur, de quibus per Fe
ly. Imol. & alios in cap. conſtitutus, de
reſcript. & Doct. communiter in cap. ad
noſtram, & c. porrecta, de confirma. vtil.
vel inutil. & tot. ferè tit. de Capell. Mo-
nach. & c. vnico, eod. titu. in 6. quàmuis
enim ea impropriè beneficia dicantur,
quia

quia perpetua non ſunt, cum tamen ex ſui natura perpetua eſſe debeant Eccleſiaſtica beneficia, nimirum ad vitam ea obtinentis, vt patet ex tex. in cap. præcepta, 55. diſt. & latè comprobat Gregor. Tholoſ. lib. 17. Syntagm. iur. cap. 2. & in inſtit. rei beneficiariæ ſeu tracta. de benef. cap. 6. num. 5. cap. 9. num. 1. & cap. 11. nu. 12. & quælibet beneficia, Eccleſiaſticiq; tituli erigi non poſſint, & creari ſine authoritate Epiſcopi, c. ſicut vnire, de exceſſ. prælat. cap. cum olim, de priuil. cum alijs iuribus, ex quibus id adſtruit idem Gregor. d. tract. de benef. cap. 13. nu. 6. Red. de ſpol. Eccleſ. quæſt. 3. §. & in hac materia, nu. 6. & 35. & Nauar. conſi. 5. 7. & 27. de præbend. lib. 3. vol. 1. ac præterea hæc ipſa manualia beneficia collationem, atque inſtitutionem canonicam requirant, vt ſatis patet ex Gregor. d. cap. 11. num. 12. & Doc. d. cap. cõſtitutus. cap. ad noſtram, & cap. porrecta paulò ante citat. reliquum eſt, vt quotidianæ diſtributiones, quib⁹ per ſe ſumptis duo iſthæc nequaquam conueniunt, manualia beneficia propriè dici non poſſint. Quod ſi figuratam, latã, & impropriam eorum verborum ſignificationem admittere velimus, procul dubio manualium beneficiorum appella-
13 tio † diſtributionibus quotidianis aliqua ratione poterit conuenire; nam etiã Capellaniæ, quæ potiùs officia ſunt, cap. Apoſtolica 8. quæſt. 1. beneficia dici poſſunt, vt fusè probat Gregor. d. cap. 11. num. 10. & Capellanos vocare ſolemus eos quoque, qui ex ſola teſtatorum voluntate ab hæredibus, aut pio aliquo collegio eliguntur, ac ſine vlla epiſcopi, aut alterius inſtitutione deputantur ad celebrandum in aliqua Eccleſia, ſeu Capella, quæ etiam ab Epiſcopo in titulum erecta non fuerit, ijq; ad nutum eligentium amouentur, atque adeo Capellani amouibiles, ſeu mercenarij nuncupãtur, vt conſtat ex Redoa. d. nu. 6. & 35. & Nauar. d. conſi. 5. 7. & 27. de præben. hac eadem ratione diſtributiones quotidianæ beneficia dici poſſunt, quia diuino cultui, eccleſiarumq; ſeruitio, & miniſterio deſtinantur. Præterea latè ſum-
14 ptum beneficij nomen † comprehendit bonum omne, vel priuilegium alicui datum, ex quo iuuari poſſit, vt eſt tex. in l. in commodato §. ſicut, ff. commod. & d. cap. olim, de verbo. ſignifi. & in ſumma omnem largitionem vtilitatiſue alicuius conceſſionem complectitur, vt in c. cum liberum de ſepult. idque admonet Greg. d. cap. 6. num. 1. atque ita ſumptũ beneficij nomen certũ eſt illud cõgruere quotidianis diſtributionibus, cum in vtilitatem cedant eas percipientiũ. Denique ſcimus per figuram, quam Rhetores Metonymiam euocant, poni cauſam pro effectu; quomodo, vt cætera exẽpla omittamus, concupiſcentia ſeu fomes ab Apoſtolo peccatũ appellatur ad Rom. 7. non ideo, quia verè, & propriè in renatis peccatum ſit, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat, vt docet Concil. Trident. ſeſſ. 5. in decreto de peccat. origin. ſic diſtributiones quotidianæ beneficia dici poſſunt, quia à beneficio pendent: neq; enim quotidianas diſtributiones quis obtinere poteſt, niſi beneficium obtineat, vt conſtat ex tex. in cap. dilectus, il 1. de præbẽ. cum alijs, quæ adduximus in noſtro tract. de Option. cap. 7. q. 1. quibus nunc addo tex. iuncta Glo. in cap. pro illorum in fine de præben. Dicentur autem diſtributiones ſic latè, impropriè, vel figuratè ſumpto beneficij vocabulo, manuales, ſeu ma-
15 nualia beneficia, † ſiue quia ad manum dantur ijs, qui diuinis horis in choro interſunt, vt voluit Prob. in Additio. ad Ioan. Monachum dicto capitulo vnico, nume. 3. de cleric. non reſiden. in ſexto, ſiue quia pendent, & tribuuntur à manu eas diſtribuentis illis duntaxat, qui Eccleſiæ inſeruiunt, & pro ratione ſeruitij, prout cenſuit Stephan. Durant. in dicto tracta. de rit. eccleſ. Cathol. lib. 3. nume. 3. ſicut manuarias molas appellat I. C. in l. dolia. ff. de fund. inſtru. quòd manu ductæ molant, & æs manuarium apud A. Gellium dicitur, quia manu ſit collectum; ſiue demum, quia tamquam denarij diurni, ac merces in fine

diei



diei reddũtur ijs, qui ſuis manibus quodammodo laborauerint, & operati fuerint in Eccleſia, ſicut in vinea Domini, iuxta ea, quæ in ſuperiori quæſt. cum de quotidianum diſtributionum Etymologia ageremus, de denario diurno attulimus, iũcto eo, quod habetur in pſalm. 127. Labores manuum tuarum manducabis, cum alijs ſexcentis, ex quibus apparet labores, & operas manibus adſcribi quamuis vel aliarum partium, vel totius corporis ſint. Ex his autem tribus nominibus, quibus quotidianæ diſtributiones nuncupantur illo diſtributio-
16 num † quotidianarum tanquam communiori, & à Doctoribus crebriùs vſurpato nos quoque in hoc tractatu cæteris omiſſis ſemper vtemur.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Diſtributionum, quæ dentur Clericis Eccleſiarum Collegiatarum, quatuor ſunt ſpeties.*

2 *Diſtributionum prima ſpeties eſt eorum redituum, qui ex communi menſa vbi nõ ſunt diſtinctæ præbendæ, tribuuntur certis temporibus clericis præſentibus in loco Eccleſiarum, licèt nõ interſint diuinis, immo & abſentibus cauſa ſtudiorum, & ſimilibus. Hi tamen reditus non ſunt fructus groſſi, ſeu menſa groſſa. num. 3.*

4 *Diſtributionum ſecunda ſpeties eſt redituũ, qui reperiuntur in Eccleſia vbi ſunt diſtinctæ præbendæ, tribuunturq; abſentibus ex iuſta cauſa, aut præſentibus non tamen intereſſentibus; & hi reditus vocantur portio priuilegiata. num. 5. item groſſa, ſeu mẽſa groſſa, vel groſſi fructus. num. 5. quæ tamen non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ. num. 7.*

8 *Diſtributionum tertia ſpeties eſt earum, quæ dantur ijs, qui diuinis interſunt, competẽsq; ſibi ſeruitium exhibent Eccleſiæ. & hæ ſunt veræ, ac propriæ diſtributiones quotidianæ. num. 9.*

10 *Diſtributionum generatim ſumptarum quarta, & poſtrema ſpeties eſt omnium emolumentorum, quæ diuiduntur ijs tantùm, qui interſunt ſacris quibuſdam, & pijs actionibus, vt ſunt anniuerſaria, & ſimilia; de his autem in quibus iuribus habeatur. nu. 11.*

12 *Clem. vt ij, qui, de ætat. & qual. loquitur nõ de extraordinarijs, ſed de veris, & proprijs diſtributionibus.*

13 *Diſtributionum tertia dumtaxat ſpeties, hoc eſt earum, quæ dantur ijs, qui diuinis officijs interſunt, materia propria eſt huius tractatus.*

## *Quot ſint Quotidianarum diſtributionum ſpeties. Quæſtio III.*

NON priùs veniendũ eſt ad quotidianarũ diſtributionum definitionem, quàm de illarum varijs ſpetiebus agamus quod ẽt ipſum ad quid nominis pertinet; cum hac verò diſputatione illa quoque neceſſariò coniuncta eſt, quid veniat nomine, & appellatione diſtributionũ quotidianarũ; quæ duæ ſimul hoc loco quã breuiſſimè fieri poterit, ſunt tractandæ, ex quo cõfeſtim appareat, de qua diſtributionum ſpetie agendum ſit, quæque definienda.

Omiſſis autem alijs diuiſionibus diſtributionum, quæ dantur clericis Eccleſiarum Collegiatarum, communior illa eſt, quæ apertè colligitur ex Glo. pen. & ibi magis communiter Docto. in d. c. vnico de cleric. non reſid. in 6. & in cap. cum M. Ferrarienſis de conſtit. & quam facit Abb. in c. de cætero, num. 2. de cle. non reſid. & poſt Henric. Boich. in cap. cum omnes eod. tit. & antiquum Gloſſar. in Pragmat. Sanction. ad titul. quo tempore quiſque debeat eſſe in choro in verbo, diſtributiones, ponit, & ſequitur Gregor. d. tract. de benefi. cap. 15. num. 9. vt
1 † quatuor ſint ſpeties huiuſmodi diſtri-
2 butionũ. Prima † eſt earũ, quæ dant in quibuſdã Eccleſijs, in quibus nõ ſunt diſtinctæ præbẽdæ, quàmuis numerus clericorum ſit certus, vel diſtinctus; inter quos quidẽ omnia communia ſunt, ſed tamen ex communibus datur ſingulis diebus, vel hebdomadis, vel menſibus ſingulis clericis, ſeu beneficiatis præſentibus in loco ſuarũ eccleſiarum, quãuis non interſint horis, vel officijs diuinis; vel etiam abſentibus cauſa ſtudio-

rum

rum, aut aliàs pro eorum negotijs de licentia Capitulorum Eccleſiarum ipſarũ ab eccleſijs eiſdem; datur inquam certa quantitas panis, & potus, & etiam interdum certa quantitas bladi, & quandoq; certa pecuniæ ſumma, & aliquando alterum pro altero. Hæc ſpeties habetur ſub eadem quoque ferè formula verborũ in Extrauag. cum nonnullæ la 1. quæ eſt xı. in ordine ſub tit. de præbẽ. & dignit. inter communes, cuius verba non refero, ne longum faciam; omnem enim eorum ſubſtãtiam attuli, quod nõ præſtitit Gregor. d. num. 9. qui etiam dũ has diſtributiones præbendas eſſe adſtruit ex d. Extrauag. fallitur; dum enim Io. 22. ibi in §. præterea, in quo ea verba ſunt, ait, panem & potum, & alia ſuperiùs relata de præbendarum ipſarũ corporibus deputari pro quotidianis diſtributionib⁹ potiùs appellat illa quotidianas diſtributiones, quàm præbendas; illud autem ſolùm contendit Pontifex illos reditus ſuccedere, & haberi loco præbendarum vbi præbendæ non ſunt diſtinctæ; niſi fortè tam ſummus Pontifex quàm Gregor. velint in ſpetie d. Extrauag. præbendas omnes inter ſe æquales indiſtinctas tamen, neque ſingulis aſſignatas per vnum Capituli Sindicum ad miniſtrari, easque deinde ſingulis modo præmiſſo diſtribui iuxta ea, quæ poſt Rot. Roman. deciſ. 6. num. 1. de conſue. in nou. ſcripſimus in d. tract. de Option. cap. 2. quæſt. 2. concluſ. 1. & iuxta caſum tex. in cap. fin. §. ſi autem de conceſſ. præben. in 6. Certè manifeſtè lapſus eſt idẽ
3 Gregor. dũ in hac 1. ſpetie † ponit maiores fructus, quos groſſos dicunt, qui annuatim, inquit, diſtribuuntur, allegãs ad id cap. relatum de præbend. nam neque aliquid de his fructibus, aut de mẽſa groſſa habetur in illo tex. quàmuis occaſione nominis præbendæ, de qua ibi, aliquid tractent eo loci Doctores de illis fructibus, & menſa; neque verũ eſt, huiuſmodi menſam, ſeu fructus collocari debere in hac prima ſpetie diſtributionum, ſed potiùs in ſequenti, vt apertè conſtat ex Glo. pen. & ibi cæteris Doctoribus d. cap. vnico, nec non ex Fel. in cap. Iacobus num. 1. de Simon. qui huiuſmodi fructus, ſeu menſam groſſam ponunt in eccleſijs, vbi etiam ſunt præbendæ diſtinctæ.

4 Secunda ergo ſpeties diſtributionũ † eſt in eccleſijs, in quibus præbendæ ſunt diſtinctæ; & præterea eſt menſa communis, ex qua dantur diſtributiones etiam illis, qui non interſunt diuinis officijs, dummodo ſint præſentes, vel, vt ego addo, abſentes cauſa ſtudiorum, vel alia iu
5 ſta de cauſa, & hæ diſtributiones † vocantur portio priuilegiata ſecũdum Rebuff. in concord. Gall. rubr. de Collat. §. 1. verb. diſtributionum, groſſa, ſeu mẽ
6 ſa groſſa, ſeu groſſi fructus † vt patet ex Glo. pen. & Doct. d. c. vnico. Fel. d. c. Iacobus, num. 1. Glo. fin. d. cap. licèt de præben. & ibi Abb. num. 8. Calder. conſi. 21. num. 1. de præbend. & conſil. 1. de cler. non reſid. num. 1. & Pariſ. conſil. 32. nu. 8. & ſeqq. vol. 4. qui etiam alios quamplurimos ad id allegant, quorum opinionẽ partim ſequitur Gregor. d. num. 9. dum autem exemplum de huiuſmodi diſtributionibus affert in Eccleſia Pariſienſi, in qua dicit eas in illa fieri quotidianas de pane, ita tamen, vt ad lucrandum panem illius diei neceſſe ſit præbẽdatis, ſeu Canonicis intereſſe vel Matutinis, vel Miſſæ, vel Veſperis, errore labitur; clarum. n. eſt ex omnibus præcitatis Doctoribus, & iuribus diſtributiones illas, quæ ſtatis horis intereſſen-
7 tibus dantur, † eas non in hac ſecunda ſpetie, ſed in ſequenti propria quotidianarum diſtributionum ſpetie, quæ ſolis actu inſeruientibus Eccleſiæ, & Choro aſſiſtentibus tribuuntur, collocandas eſſe.

8 Tertia igitur ſpeties diſtributionũ † eſt earum, quæ fiunt ijs, qui interſunt horis diurnis, & nocturnis, Eccleſiæ, & choro actuale ſeruitium, & miniſteriũ ſibi competens exhibentes, vt patet ex d. cap. licèt de præbẽ. cap. vnico de cler. non reſid. in 6. Clem. vt ij, qui, de æta. & qual. & ord. præficiend. vbi Doct. & alibi communiter, Extrau. 10. & 11. ſub tit. de præben. in commun. Conc. Trident. ſeſſ. 21.



ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 24. cap. 13. & 15. de
9 reformat. Atque hæ ſunt † veræ, & propriæ diſtributiones quotidianæ, vt conſtat ex ijſdem iuribus, & Doct. adnotauitq; etiam inter cæteros Greg. d. nu. 9. Pariſ. d. conſi. 32. num. 6. & ſeqq. & conſi. 33. num. 7.

Quarta, & poſtrema ſpeties diſtribu-
10 tionũ gñaliter ſumptarũ † erit omniũ emolumentorum, quæ diuiduntur, ſeu diſtribuuntur præſentibus tantùm, & ijs, qui interſunt ſacris, pijsq; actionibus, qualia ſunt anniuerſaria, mortua-
11 ria, & alia huiuſmodi, de quibus in † d. cap. vnico, de cler. non reſid. in 6. in fine, ibi de diſtributionibus etiã pro defunctorum anniuerſarijs largiendis idẽ decernimus obſeruandum: de ijs etiam habetur in toto ferè tit. de ſepult. & ibi dẽ Doct. & alibi ſæpe, Lap. alleg. 35. ad fin. & meliùs alleg. 42. nume. 1. & 3. vbi apertè dicit, quòd dicuntur diſtributiones illæ, quæ dantur pro funeribus. idẽ etiam diſertè tradit Gregor. Tholoſ. d. cap. 15. num. 9. ſæpiùs alleg. in fine; ſed fallitur iam tertiò, dum de his anniuerſarijs, & alijs emolumentis præter ea, quæ verè, ac propriè diſtributiones quotidianæ dicuntur, inquit haberi in d. Clem. vt ij, qui de ætat. & qual. & ord.
12 præfic. nã ibi duntaxat † loquitur ſummus Pontifex de illis diſtributionibus, quæ dantur his, qui certis horis interſunt, vt eiuſdem verbis vtar; has autem verè, & propriè diſtributiones quotidianas eſſe, ſatis patet ex ſupra dictis, & inferiùs quoque dicendis; neque Gloſ. aut aliquis interpres, quem viderim, illã Clem. de dictis extraordinarijs emolumentis intelligit, ſed de ijs duntaxat diſtributionibus, quæ in 3. ſpetie ſitæ ſunt, vt patet ex Card. Imol. & Bonif. Vital. ad d. Clement. & Hieron. Verrut. in Lexic. Iuris, Verb. diſtributio quotidiana. niſi velit fortaſsè Gregor. intelligere, quòd interpretes illius Clement. aliquid ibi tangunt de anniuerſarijs, & alijs huiuſmodi emolumentis; & hoc verum eſt, vt apud eoſdem Doctor. videre eſt.

Ex his autem quatuor diſtributionũ ſpe-
13 tiebus, ſeu generibus † in 3. tantum ſpetie præcipuè, atque ex profeſſo verſabitur hic noſter tractatus, in ijs nimirum diſtributionibus, quæ ijs dantur, qui diuinis officijs, atque horis canonicis interſunt, eamq; ſpetiẽ mox definiemus; de cæteris verò tribus ſpetiebus incidẽter duntaxat, & prout ſe ſe occaſio tulerit hoc eodem in tractatu ſuis locis aliquid agemus; neque enim de ijs diſſerere, & tractare inſtituimus, ſicut de his, quæ in tertia illa ſpetie continẽtur, quarum iam definitionem, ac cætera, quæ ad earum naturam propiùs ſpectant, aggrediamur.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Definitionem rei optimam afferre maximi momenti eſt.*
2 *Definitio ſubſtantiã, & naturam rei explicat.*
3 *Definitio conuertitur cũ ſuo definito; ab eaq; optimum, ac neceſſariũ argumentum ſumitur. num. 4.*
5 *Definitio qualibet in iure ciuili periculoſa eſt: ideoq; cauti admodum eſſe debent, qui rem aliquam definire volunt. num. 6.*
7 *Definitio perfecta debet habere genus, & propriam, ac completam differentiam.*
8 *Definitio diſtributionum quotidianum à Hieron. Verrutio allata reijcitur.*
9 *Definitio diſtributionum quotidianarũ à Didaco Couarr. allata deficit.*
10 *Definitio vera, ac perfecta diſtributionum quotidianarum.*
11 *Diſtributiones quotidianæ quomodo dicãtur, & ſint diurnũ ſtipendium; & cur in definitione non addatur cum Couar. horarium. num. 12. aut, nocturnum. num. 13.*
14 *Diſtributiones quotidianæ propriè ſumptæ dãtur dumtaxat Clericis Ecleſiarũ Collegiatarum.*
15 *Diſtributiones quotidianæ dantur propter intereſſentiam tamquam propter cauſam, & rationem formalem.*
16 *Miſſarum ſolemnia non comprehenduntur nomine horarum canonicarum. diuinorum tamen officiorũ nomine continentur. num. 17.*
18 *Reſidẽtia, & intereſſentia, ſeu perſonalis præſentia in Choro plurimum inter ſe differunt etiam quo ad perceptionem diſtributionum quotidianarum.*

 19 *Co-*

*19 Copula, &, regulariter inter diuerſa ponitur.*
*20 Diſtributiones debentur ijs quoq; , qui iuris fictione habentur pro intereſſentibus.*
*21 Clerici omnes Collegiatarum Eccleſiarũ, etiã Canonici tenentur Eccleſia inſeruire, & pſallere, vt lucrentur diſtributiones.*

## *Quid ſint Diſtributiones Quotidianæ; ſeu de earum definitione. Quæſtio IV.*

EXPLICATIS ijs, quę ad quid nominis ipſarum quotidianarũ diſtributionũ pertinere videbantur; (de cæteris enim rebus, quarum nomine, ſeu appellatione eædem diſtributiones veniant, inferiùs hac ipſa prima parte 6. nimirũ, ac duabus ſeqq. quæſt. agemus;) reliquũ eſt, vt iam tandem ad earum quid rei, ſeu definitionẽ veniamus.

1 Maximi autẽ momenti † eſt rectam, &
optimam rei definitionem afferre; ea e-
2 nim † ſubſtantiam, & naturam cuiuſq;
rei explicat, vt poſt Accurſium, Boetiũ,
& alios tradunt Doctor. in l. omnis de-
finitio ff. de reg. iur. Ioan. Bellon. in ar-
gument. à definitione, num. 1. & Eue-
rard. in eod. loc. à definit. num. 4. con-
3 uertiturq́; † definitio cum ſuo definito,
vt latè comprobat ibid. Euerar. num. 1.
& duobus ſeqq. optimumq; denique, ac
4 neceſſarium argumentũ † ſumitur à de-
finitione, quo vſi plerumque ſunt tum
Iureconſulti pręſertim Vlpianus, tum
ſcribentes, vt pluribus oſtendunt Bel-
lon. & Euerard. loc. citat.

Et quoniã omnis definitio in iure ciui
5 li † periculoſa eſt, rarum eſt enim; vt ſub
uerti non poſſit, vt verbis vtar Vlpiani
Iureconſulti in d. l. omnis definitio, cau
6 ti admodum † eſſe debent qui definire
aliquid volunt, ne aut nouam definitio-
nem, aliqua prius à legumlatoribus tra-
dita inuehant, illiue addant, quod fieri
non debet, vt ſatis comprobat Bellon. d.
argum. à definitione nu. 4. & 5. aut eam
definitionem afferant, qua vel nimiæ
prolixitatis, vel, quòd manca ſit, & di-
minuta, argui poſſit. id quod ipſe quoq;
præſtarè conabor, dum diſtributiones
quotidianas definire aggredior, quarũ
definitionem nullus, aut Pontifex ca-
nonum conditor, aut eorum interpres,
aliuſue Iureconſultus, quem uiderim
tradidit, atque adeo eam mihi afferre
licebit iuxta tradita per Bellon. loc. cit.
nume. 6.

Quàmuis.n. tã ſummus Pontifices ple
runq; quàm Doctores paſſim, dum de
quotidianis diſtributionibus verba fa-
ciunt, ſtatim ſubdant, quæ dantur ijs,
qui interſunt horis, & diuinis officijs,
vel ſimilia verba idem ſignificantia, ta-
men neq, ideo eas definire intendunt,
neq; ea perferčta quotidianarum diſtri-
butionum definitio eſſe poteſt, cum &
7 genere careat † cõtra doctrinam Bartol.
cõmuniter receptam in l. 1. ff. de teſtam.
neq; illa vera, & completa differentia
ſit; nã etiã præbenda, & alij fructus, qui
præter quotidianas diſtributiones aſſi-
gnantur, & tribuuntur Collegiatarum
Eccleſiarum Clericis, ac de quibus in ſu
periori quæſt. egimus, dici poſſunt, quòd
dentur ijs, qui interſunt horis, & diui-
nis officijs, quàmuis non ratione intereſ-
ſentiæ, ſeu propter intereſſentiam: præ-
terea diſtributiones quotidianæ aliquã-
do dantur ijs, qui verè, & realiter non
interſunt diuinis, ſed abſunt vel propter
corporis neceſſitatem, vel infirmitatem,
vel Eccleſiæ vtilitatem, vt habetur in d.
cap. vnico de Cler. non reſid. in 6. atq;
adeo omnes perſonas non comprehen-
dit. Quàmuis etiam Hierony. Verru-
tius in ſuo Lexico Iuris Verbo diſtribu-
8 tio † eas definire voluiſſe videatur, dum
ait, diſtributio quotidiana Pontificis eſt
id, quod præſtatur his, qui horis certis
interſunt diuinis: tamen potiùs verbi ſi
gnificationem, quàm rei definitionem
afferre voluit, vt patet ex inſcriptione
ſuperpoſita toti illi Lexico Iuris, quæ eſt
de verb. ſignific. deinde illa qualis qua-
lis definitio, ſeu deſcriptio eaſdẽ patitur
obiectiones, quas ſuperior mox allata.

Propiùs autem ad verã definitionem
9 † acceſſiſſe videtur. Didac. Couar. vir
doctiſſimus, in lib. 3. Var. reſolut. cap.
13. in principio; dum de diſtributioni-
bus loquens, cum fructus beneficiorum
bifariam dixerit conſiderandos, alij ve-
rò, inquit, diſtributione quadam veluti
diurnum, & horarium ſtipendium his,
qui quotidiano miniſterio in celebran-
dis officijs diuinis ſubſeruiunt Eccleſiæ,
diſtribuũtur. Sed præterquã quod ſatis
apertè colligitur non voluiſſe tunc Co-
uar. diſtributionum quotidianarum de-
finitionem afferre, cum neq; vllam de
definitione mentionẽ faciat, neq; vera
definitionis formula vtatur, qualis eſſet,
diſtributiones quotidianę ſunt illud ſti-
pendium &c. vel alia huiuſmodi, ali-
quo etiam ex ſupra commemoratis, de-
fectu laborat illa deſcriptio; licèt enim
in ea & genus proximum, & aliqualis
differẽtia à cæteris diſtributionum ſpe-
ciebus ſuperius explicatis afferatur per
illa verba, diurnum, & horarium ſtipen
dium, iunctis ijs, quæ ſequuntur; attamẽ
& impropriè loquitur, dum eas fructus
beneficiorum appellat, neq; in ea defini
tione eos complectitur, qui quàmuis di-
uinis officijs non interſint ob aliquã iu-
ſtam cauſam à iure expreſſam, licitè ta-
men quotidianas diſtributiones perci-
piunt, ac retinent, in ſuoſq; vſus con-
uertunt.

Nobis ergo videtur diſtributiones quo-
10 tidianas congrue ſic † definiri poſſe, vt
ſint diurnum ſtipendium, quod Eccle-
ſiarum Collegiatarũ Clericis diſtribui-
tur, quatenus verè, vel per iuris fictio-
nẽ diuinis officijs ꝓ ſui muneris quali-
tate inſeruientes interſunt. Hæc defini-
tio ni fallor perfecta eſt continẽs genus
proximum, & propriam differentiam
iuxta allegatam theoricam Bartol. com-
muniter recepti in l. 1. ff. de teſta. quam
etiam ſequitur Io. Bello. d. argum. à de-
finit. num. 2. idq; ex eiuſdem explica-
tione liquidò apparebit. Diximus primò
11 loco in † definitione (diurnum ſtipen-
dium) loco generis proximi, nõ autem,
ius percipiendi ſtipendium, quoniam
non definimus illud ius ſpirituale perci
piendi quotidianas diſtributiones, quod
ex canonicatu, & beneficio prouenire
ſupra diximus, ſed illud temporale ſti-
pendium, quod exhibetur Clericis Col-
legiatarum Eccleſiarum, qui diuinis offi
cijs interſunt: neq; etiam diximus, fru-
ctus, reditus, prouentus, aut obuentio-
nes beneficiorũ, vel canonicatuũ, cũ de
fructibus beneficij certum ſit eorum no
mine non venire propriè loquendo quo
tidianas diſtributiones, vt infra hac ipſa
part. quæſt. 6. oſtendemus; de reditibus
verò, prouentibus, aut obuentionibus
dubium valde ſit, vt ex quæſt. 7. colligi
poterit. Diximus autem cum Didac. Co-
uar. loc. cit. diurnum ſtipendium, quo-
niam tamquam militantibus in hac Ec-
cleſia militanti, ac Dei templo vti ſtipen
dium, & tamquam laborantibus in vi-
nea Domini vti ſalarium diurnum, ſeu
denarius diurnus pro ratione laboris, &
ſeruitij debetur, & redditur, vt ſupra
quæſt. 1. ad finem poſt Pariſ. & alios ad-
monuimus: diximus vero diurnum, non
tam quia dietim diſtibuatur, quàm, quia
ijs tribuatur, qui quotidie ſingulis horis
Eccleſię, & choro aſſiſtunt, vt etiam in 1.
quæſt. admonuimus; nam diſtributio-
nes quotidianæ ſunt, licèt aliquid die-
tim non ſoluatur, ſed poſt longum tem-
pus, modò in ſolutione habeatur reſpe-
ctus ad ſingulas horas, vt in ſpecie deci-
dit Rota Romana teſte Achille de Craſ.
deciſ. 12. de præben. alias deciſ. 275. &
docet Mandoſ. in Prax. ſignat. Grat. tit.
de penſion. verſ. diſtributiones quotidia
nę, traditq́; Pariſ. conſ. 35. num. 24. vol.
4. idq́; docet experientia, nam in omni-
bus ferè Eccleſijs nõ niſi poſt hebdoma-
dam, menſem, aut etiam annuum tri-
buuntur, & tamen veræ diſtributiones
cenſentur. eſt autem experientia optima
rerum magiſtra, cap. quam ſit, de elect.
12 in 6. cũ ſimil. Non addimus † autem, ho
rariũ, quod addit Couar. loc. cit. ne am-
biguitatem pareret quaſi ſingulis horis
diſtribui intelligeretur, atq; omnino de
beret illud ſtipendium; & quia, vbi etiã
explicari poſſit verbũ illud, horarium,
quaſi ſtipendiũ hoc horis duntaxat Ca-
nonicis aſſignetur, id nõ eſt vndequaq;

verum, cum etiam aſſignetur certa di-
ſtributionum portio Miſſæ, quæ tamen
inter horas Canonicas nõ computatur,
vt patet ex tex.in c.1. de celebr. miſſ.vbi
Abb. & cæteri id adnotarunt, vel certè
ſuperuacaneum eſſet idem verbum, cũ
id ipſum poſtea repetat in ijs verbis, di-
uinis officijs, quorũ nomine ipſas quoq;
horas Canonicas contineri nemo du-
13 bitat. Minus etiam † addidimus in de-
finitione, & nocturnum, licèt diſtribu-
tiones dentur etiam pro nocturnis ho-
ris, vt dicitur in d. Extrauag. xj. quæ in-
cipit, cum nonnullæ la 1. §. præterea de
præben.& dignit.inter cõmun. ſiue quia
à maiori parte fieri debet denominatio
iur. vulg. certum eſt autem plures eſſe
horas Canonicas diurnas, quàm noctur-
nas, ſiue qa denominari poteſt à die non
artificiali, ſed naturali, qui, vt omnibus
notum eſt, noctem quoq; comprehen-
dit, cui conſonat illud Pſal. 118. ſepties
in die laudem dixi tibi, vnde ſeptem ho-
ræ canonicæ promanarunt, vt patet ex
tex. vbi id adnotarunt Doct. omnes in
d. cap. 1. de celebr. miſſ.
14. Diximus ſecundo loco † in eadẽ defi-
nitione (quod diſtribuitur Eccleſiarum
Collegiatarũ Clericis) ad demonſtran-
dum genus perſonarum, quibus tribuun-
tur, & ad differentiam earum diſtribu-
tionum, quæ dantur clericis Eccleſiarũ
non collegiatarum, puta Rectoribus Pa
rochialium, Capellanis, & ſimilibus ra
tione, ſepulturæ, celebrationis Miſſa-
rum, vel alia ſimili de cauſa; cum tamẽ
hæ diſtributiones ſolùm dentur clericis
Eccleſiarum Collegiatarum, vt infra 2.
part. quæſt.1. latiùs oſtendemus.
15 Subditur etiam † in definitione (qua-
tenus diuinis officijs interſunt) non au-
tem, qui diuinis officijs interſunt, ad o-
ſtendẽdam rationem, & cauſam forma-
lem, ob quam dantur huiuſmodi diſtri
butiones Clericis Eccleſiarum Collegia
tarum, & ad differentiam cæterarum di
ſtributionum, quæ dantur ijſdem cleri-
cis intereſſentibus diuinis officijs, nõ ta-
men propter intereſſentiam, ſeu, quia in
terſunt, quales ſunt diſtributiones pri-
mæ, ſecundæ, & quartæ ſpeciei, de qui-
bus in præcedenti quæſt. latiùs diſſerui-
mus; diximus verò, diuinis officijs, non
16 autem, horis canonicis, quoniam † hora
rum canonicarum nomine Miſſarũ ſo-
lemnia non cõprehenduntur, vt ex tex.
in cap.1.de celebrat. Miſſ. ibi adnotauit
Abb. & poſt Gloſ. receptam in Clem. 1.
de celebr. Miſſ. & alios tradit Nauar. in
tract. ſeu Manual.de orat.& hor.canon.
cap.3.num.29.quibus tamen certa diſtri
butionum portio aſſignatur, vt infra 2.
part. quæſt. 3. oſtendemus; at verò ap-
17 pellatione diuinorum officiorum † ſa-
tis continentur tam ipſa Miſſarum ſolẽ-
nia, quã etiam horæ Canonicæ, vt aper-
tè conſtat ex tex. in cap. dolentes de ce-
lebr. Miſſarum, vbi Innoc.3.cum dupli-
cem exceſſum clericorum poſuiſſet, ni-
mirum circa horas, & Miſſam, diſtrictè
præcipit, vt diuinum officium ſtudiosè
celebrent, ac deuotè.quare ipſe quoque
Couar. in ſua illa quali quali definitio-
ne, ſeu deſcriptione diſtributionũ quo-
tidianarum hoc ſolo nomine vtitur di-
uinorum officiorum nullam de horis ca
nonicis mentionem faciẽs, quod & Ver
rut. præſtitit in ſuo Lexic. iur. loc.cit.id
que in ſpetie tradit Alber.de Ferrar. tra
ctat.de hor. Can.num.26.& alij pleriq;,
quos conſultò breuitati conſulens præ-
tereo. Præterea vſi ſumus verbo inter-
ſunt, quo & Pontifices ipſi, & Docto-
res ferè omnes, qui de diſtributioni-
bus tradiderunt, ſunt vſi, non autẽ ver-
bo reſident, aut ſimili; plurimùm enim
18 inter ſe differunt † reſidentia, & inter-
eſſentia, ſeu perſonalis pręſentia in Cho
ro etiam quo ad diſtributionum quoti-
dianarum perceptionem, vt tradũt Gloſ.
& Doct.in d.cap.vnico. Abb. in cap.cum
dilectus, num.5. de cler. non reſid. & in
c.olim, num.6.de verb.ſign. & pluribus
oſtendunt Couar.d.cap.13. num.3. Caſ-
ſad.deciſ. vnic.de cler. non reſid. Cæſar
Craſ.deciſ.116. alias 5. tit. de præbend.
num.3.& ex ipſomet tex.in eod. cap.vni
co aliqui colligunt, quod tamen potiùs
aduerſari videtur in ijs verbis, quæ tan-
tùm reſidentibus tribunntur, niſi id re-
ferre



ferre velimus ad conſuetudinem illam,
quæ in eo textu improbatur; ſed id me-
liùs habetur in cap.cum non deceat, de
elect. in 6.ibi, fructus quos reciperent,
vel poſſent recipere in ipſis Eccleſijs re-
ſidendo integrè, diſtributionibus quo-
tidianis dumtaxat exceptis, recipiant.&
& meliùs adhuc in cap.licèt, de præben.
ibi, quæ tantùm reſidẽtibus in eccleſiis,
& his, qui interſunt horis canonicis ex-
hibentur, ex hoc enim, quòd copula, &,
ponitur inter reſidentes, & intereſſen-
tes conſtat hæc eſſe diuerſa, copula.n.
19 † inter diuerſa regulariter ponitur, cap.
querelam, de Simon. Gloſ. in rubr.ff.de
iur.& fact.ignor. Abb.in proem.decret.
num.4.& alii Doct. paſſim.
Additur autem in eadem definitione
(verè, vel per iuris fictionẽ) nã non ſo-
lùm dantur diſtributiones iis, qui verè,
realiter, & perſonaliter interſunt diui-
20 nis officiis, ſed etiam, † qui à iure ha-
bentur, ac ſi verè intereſſent, ſiue quia
abſint propter corporis neceſſitatem, &
infirmitatem, vt in d.c.vnico, & nos la-
tiùs infra ſecunda parte, quæſt. quinta,
& ſexta oſtendemus, ſiue propter Eccle-
ſiæ vtilitatem, vt in eod. capitulo vni-
co, & nos fuſiùs d.2.part.q.11. ſiue quia
pro intereſſentibus habeantur, vel ex cõ
ſuetudine legitima, vt in q.12.vel ex pri
uilegio, vt in q.14.ead.2.par.comproba-
bimus.
Diximus denique in allata per nos di
ſtributionum quotidianarum definitio-
ne (pro ſui muneris qualitate inſeruien
21 tes,) quia nõ ſufficit † Canonicis, aliiſ-
ue Collegiatarum Eccleſiarum clericis
diuinis officiis intereſſe, ſeu Choro per-
ſonalem corporis præſentiam exhibere,
ſed debent etiam in celebrandis officiis
diuinis Eccleſiæ ſeruire, ac miniſterium
eorum celebrationi, & altari exhibere,
vt apertè monet Couar.d.c.13. in princi
pio, & num.3.in primis ferè verbis; idq;
pro ſui ordinis, & muneris qualitate, a-
liter fructus diſtributionum ſuos non fa
ciunt, ſed ad eorum reſtitutionem tenẽ-
tur etiam in foro conſcientiæ, vt ex com
muniori, & veriori opinione reſolue-
mus infra eadem ſecunda par. quæſt. 2.
per totam.
Atque ex his ſatis, ni fallor, explica-
ta, & cõprobata manet à nobis primùm
tradita Diſtributionum qnotidianarum
definitio. Nunc ad alias Quæſtioues
deſcendamus.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Miſſæ ſacrificium inſtitutum fuit à Chriſto Domino in vltima cœna.*
2 *Orationes, & reliquæ Miſſæ partes minùs ſubſtantiales à Petro, eiusq; ſucceſſoribus inſtitutæ fuerunt.*
3 *Miſſas ſolemniter, & conuentualiter cantari quis præceperit.*
4 *Horæ canonicæ quoad ſubſtãtiam, ſeu quatenus orationes, & aſſiduæ preces ſunt, diuino iure inſtitutæ, ac præceptæ fuerunt. quoad modum autẽ iure humano inductæ ſunt. num.5.*
6 *Horarum Canonicarũ numerus eſt à iure humano; neq; idẽ ſemper fuit in Eccleſia. nu.7.*
8 *Horæ Canonicæ quomodo officium diuinum dicantur.*
9 *Horæ Canonicæ quibus in locis humani iuris habeantur.*
10 *Horas Canonicas publicè in Eccleſia decantari quando nam primùm ſtatutum fuerit.*
11 *Antiphona, & alternata canendi ratio idem fuit apud antiquos.*
12 *Antiphona quæ nam nunc dicatur.*
13 *Alternatim canendi forma quando nam ortũ habuerit.*
14 *Pſalmos aliquos alternatim cani ante introitum Miſſæ quis prior inſtituerit.*
15 *Horæ Canonicæ certis horis maximè in choro perſoluẽdæ ſunt. iuſta tamen de cauſa poſſunt in Eccleſia quoq; publice cani hora anticipata, vel poſtpoſita. num. 16.*
17 *Canonici olim communem vitam degebant, vnoq; in loco habitabant.*
18 *Canonicorum duo genera extiterũt, alterum regularium; alterum verò eorum, quos vocant ſeculares.*
19 *Diſtributiones quotidianæ quoad ſubſtãtiam inductæ ſunt iure naturali, & diuino.*
20 *Labori merces debetur naturali, ac diuino iure.*
21 *Diſtributiones quotidianæ quoad modum iure tantùm humano, hoc eſt Pontificio, inductæ fuerunt.*
22 *Diſtributionum quotidianarũ vſus antiquus*
*fuit*

*fuit in Eccleſia; iſq; ſaltem tacitè olim approbatus fuit per ſummos Pontifices. nu. 23.*

24 *Diſtributionum quotidianarum diuiſio in ſingulis Eccleſiis Collegiatis iure nouo præcepta fuit, & quod illud ſit. num. ſeqq.*

25 *Tertia pars redituum quorumcumq; detrahenda eſt ex dignitatibus, Canonicatibus, portionibus, & officijs Eccleſiarum Collegiatarum, & conuertenda in quotidianas diſtributiones ex decreto Trident. Concil. ſeſſ. 21. cap. 3. de reformat.*

26 *Decretum Trident. Concil. ſeſſ. 21. cap. 3. de reformat. in quo differat ab eiuſdē decreto. ſeſſ. 22. cap. 3.*

27 *Diſtributiones quotidianæ augeri poſſunt per vnionem beneficiorum ſimplicium, vel ſuppreſionem præbendarum aliquot ex decreto Trident. Concil. ſeſſ. 24. cap. 15.*

28 *Decretum Trident. Concil. ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. habet locũ duntaxat in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis inſignibus.*

29 *Capitulum etiam ſede vacante non poteſt ſupprimere portiones vigore decreti Tridētini Concilij ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. neq; Prælatus Eccleſiæ Collegiatæ, licèt ipſe ſit exemptus, & Eccleſia inſignis. num. 30.*

31 *Decreta Tridentini Concilij quo tempore cœperunt obligare.*

32 *Reditus omnes, & prouentus Eccleſiarũ Collegiatarum vrbis Romæ ad Capitulum, & & menſam earundem pertinentes applicata ſunt diſtributionibus quotidianis per Conſtitutionem Pij 4. quæ conſtitutio localis eſt, num. 33. & diuerſa ſtatuit à Trid. Conc: ſeſſ. 25. cap. 3. num. ſeq.*

35 *Diſtributiones quotidianæ introductæ ſunt fauore cultus diuini, vt is in Eccleſijs augeatur; & vt Clerici ijſdem diſtributionibus quaſi illecebris allicerentur ad debitum Eccleſiæ ſeruitium exhibendum. num. 36.*

37 *Mala ſunt quæ mali præbent occaſionem.*

38 *Lex & diſpoſitio quælibet tunc demum eſt iniuſta eo ſolo, quòd præbeat occaſionem delinquendi, cùm principaliter condita eſt in fauorem eius, cui eam occaſionem præbet.*

## *Quo iure, quando, & quam ob cauſam introductæ ſunt diſtributiones Quotidianæ. Quæſtio V.*

QVONIAM, vt ſuperiùs dictũ eſt, quotidianæ diſtributiones ijs dantur, qui diuinis officijs interſunt, antequam ad diſtributionũ originẽ, atq; inſtitutionẽ veniamus, aliqua de diuinorum officiorũ origine, & inſtitutione lubet, ac neceſſe eſt præmittere.

1 Miſſæ ergo ſacrificium † à Chriſto
Domino in vltima cœna inſtitutum fuiſſe, cùm Apoſtolis ſuis inquit, hoc facite in meam commemorationem, conſtat ex Luc. 22. & Apoſtolo 1. Corinth. 11. idq́ue apertè definiuit Oecumenicum Cōcilium Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. & can. 2. pluribuſq́; comprobant Stephan. Duran. de ritib. Eccleſ. Cathol. lib. 2. cap. 3. Rober. Bellarm. lumen ampliſſimæ, religioſiſſimæ, & doctiſſimæ Societatis Ieſu dum hæc ſcribebam meritò à ſapientiſſimo Pontifice, ac Sanctiſs. D. N. Clemente 8. in Purpuratorum Patrum Collegium cooptatus, is inquam tom. 2. Cōtrou. 3. general. lib. 5. de Euchar. qui eſt 1. de Miſſa cap. 12. Henriquez. eiuſdem Societ. in Sum. Theol. Mor. Tom. 1. lib. 9. qui eſt de vero Miſſæ ſacrif. cap. 6. & 24. Id verò intelligēdum eſt quoad ſubſtantialia ipſius ſacrificij; nam orationes, & & cætera, quæ ſubſtantialibus acceſſe-
2 runt, † partim à Petro Apoſtolo partim à Gelaſio, Gregorio primo, alijſq́; ſummis Pontificibus inſtituta, & tradita ſunt, vt videre eſt apud Dur. d. lib. 2. c. 11. ad 58. Bellarm. d. Cōtrouerſ. 3. lib. 2. cap. 16. & ſeqq. vſque ad finem Henriquez. d. cap. 24. 27. 32. cum multis ſeq. & Biel. in Canon. Miſſ. lect. 15. & alibi ſæpe necnon Gregor. Tholoſ. partit. Iur. Canon. lib. 1. tit. 21. cap. 3. Quod autem aliquando ſolemniter, & conuentuali-
3 ter canantur Miſſæ, † extat tex. in cap. quidam laicorum de celebrat. Miſſ. ſumpto ex Conc. Triburien. quod celebratũ fuit tēpore Bonif. 6. Anno Domini 895. extat & Epiſt. 1. Anacleti Papæ qui ſedit anno Domini 84. cuius verba habentur in cap. Epiſcopus de conſecrat. diſt. 1. extat etiam decretum Innoc. 3. in Concil. Later. celebrato anno Domini 1215. cuius verba habentur in c. dolentes de celebr. Miſſ. §. ſunt & alij. ſed idem apertè præcepit Honorius 3. in cap. cum creatura de celebr. Miſſ. quam etiam tex. ad id ponderauit Gregor. Tholoſ. d. tit. 21. c. 2. Plura verò de publicis, & ſolemnibus Miſſis tradiderunt Steph. Duran. d. lib. 2. cap. 4. & Robert. Bellar. d. lib. 2. cap. 15. ſtatim poſt medium.



Quoad horas verò Canonicas conſtat, quatenus orationes, & preces aſſiduæ ſunt, ſeu quoad ſubſtantiam, eas
4 † naturali, & diuino iure inſtitutas, ac præceptas eſſe nã Luc. 18. habetur, oportet ſemper orare, & nunquam deficere & 1. ad Theſſalonic. 5. ſine intermiſſione orate, naturaq́; ipſa nos docet orando à Deo petere quod ipſi per nos obtinere non valemus, Deumq́; laudare tũ quòd ea nobis donauerit, quæ petimus, tũ propter alia in nos innumera ab eodem bonorum omnium largitore colla-
5 ta beneficia. quoad † modum autem, ꝙ nimirũ illæ preces ita fuerint diſtinctæ in ſeptem canonicas horas, & non plures, aut pauciores, atque hac ratione diſpoſitæ, vt contineant hymnos, pſalmos, antiphonas, & cætera huiuſmodi, id humano, Eccleſiaſticoq́; iure inductũ eſt, vt optimè indicant Gregor. Tholoſ. d. lib. 1. tit. 20. cap. 2. & Stephan. Duran. d. tract. de ritib. Eccleſ. Cathol. lib. 3. cap. 2. nume. 34. apertè verò tradit Bellarm. Tom. 3. controuer. 3. general. controu. vlt. gener. lib. 1. cap. 19. ad fin. vbi etiam
6 † iure optimo reprehendit Abb. Panormit. inſignem alioqui iuris interpretē, qui in cap. 1. de celebr. Miſſ. ſcriptum reliquit iure diuino determinatum eſſe numorum ſeptem horarum, cum habeatur in Pſalm. 118. ſepties in die laudem dixi tibi, & ideo non poſſe in horarũ numero per Eccleſiam diſpenſari; ſed malè; illud enim ſcripturæ teſtimonium, inquit, non præceprum, ſed exemplum continet, & exemplum regis, non ſacerdotis; atque adeo ſi quid efficeret, ad horas canonicas reges obligaret, non ſacerdotes. Præterea, quia præceprum illud potiùs cæremoniale eſſet, quàm morale, poſt legem Euangelicam ampliùs non obligaret, vt ex communi Theologorũ doctrina reſoluimus cùm de præcepto decimarum ageremus in noſtro Tractat. de decim. cap. 1. quæſt. 2. Accedit etiã,
7 quòd † non idem ſemper fuit in eccleſia horarum Canonicarum numerus, vt idem Bellarm. ibid. adnotauit, & conſtat ex traditis per eum d. lib. 1. cap. 13. & 14. meliuſq́; per Duran. lib. 3. cap. 3. & Marcell. Francolin. in tract. de temp. horarum Canonic. cap. 17. & 19. quin etiam non defuere magnæ authoritatis viri, qui non modò antiquis Eccleſiæ tēporibus, ſed nunc quoque octo eſſe velint horas canonicas, eoſq́; ſequitur Nauar. in tractat. de orat. & hor. canon. cap. 3. num. 27. & 28. quos tamen latè reprehendit, & confutat Francol. d. tract. de tempor. hor. canon. cap. 6. num. 7. cum ſeqq. & cap. 12. num. 3. 4. & 18. Neq; ob-
8 ſtat quòd horæ canonicæ † officium diuinum dicantur in Cōcil. Aquiſgranēſi cap. 131. & cap. dolentes de celebr. Miſſ. ita enim appellantur, ſiue quia in ijs cōtinetur, quod facere debemus erga Deũ vt probat Bellarm. d. lib. 1. cap. 10. verſ. dicuntur autem, ſiue quia per eas penſum ſeruitutis, & tributum quoddam Deo ſoluimus, vt patet ex cap. 1. de celebr. Miſſ. & Bellarm. d. lib. 1. cap. 18. ſtet ergo tanquam certum, & indubitatum, quòd licet aliqua horarum canonicarum veſtigia, ſeu fundamenta in ſacra ſcriptura præſertim in pſalmis reperiantur, quorum plurima loca referunt Duran. Francol. & Bellarm. locis citat. tamen ſub ea ratione & forma, qua nũc recitãtur, iure humano ſunt introductę;
9 habemus autem † Canonem Apoſtolorum apud Clem. lib. 8. conſtit. Apoſtol. cap. 40. in hæc verba preces veſtras facite diluculo, tertia hora, ſexta, nona, veſpere, & galli cantu, ex quibus habemus Matutinum, Primam, Tertiam, Sextã, Nonam, & Veſperas, Completorium verò poſtea additum fuit ante tempora ſancti Benedicti; nam in eius regula c. 16. adſunt hæc verba; his horis referamus laudes ereatori noſtro, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpere, Completorio, vt conſtat ex Bellarm. d. lib. 1. cap. 13. Francol. d. tract. cap. 15. nu. 12. & c. 19. nu. 4. de eadē autē Cōpletorij hora

hora meminit Iſidor.lib.1.de off. eccleſ. cap.21. & Conc. Aquiſgranenſe c. 128. & alii, quos refert Duran. d. lib. 3. cap. 12. & Francol.loc.cit. & quamuis Francol. ibid. dicat tunc quoque additam fuiſſe horam Primæ; non ideo tamen ſequitur, quin tempore Clementis, & Apoſtolorum fuerit inſtituta, ſed eius celebratio fuerat fortaſſe clericorum ſocordia intermiſſa, vt in ſimili monet Duran. d. lib. 2. cap. 2. in fine.

Quando autē ſtatutū fuerit, vt per clericos publicè, & in Eccleſia decantarentur horæ Canonicæ non ſatis cōſtat. pro-
10 babilius autem puto † id contigiſſe tempore Martini primi Papę, qui ſedit anno Domini 647. in Concilio quodam, quod eſt Lateranenſe primum, vt patet ex cap. fin. 92. diſt. iunctis ijs, quæ de hoc Pontifice, & Concilio tradiderūt Dominic. Nicolin. in ſumma Concil. omn. & Petr. Matth. in ſumm. Conſtit. ſumm. Pontif. in princ. quàmuis Gregor. Tholoſ. d. tit. 20. cap. 5. velit Conciliū illud Martini eſſe Bracharenſe; quod tamen non probat; nullumq; ipſe reperio Cōciliū Bracharenſe ſub Martino aliquo Pontifice. Sed quicquid ſit; in illo can. fin. 92. diſt. ſtatuitur, quòd ſi quis presbyter, aut Diaconus, vel quilibet clericꝰ, ſi ad quotidianum pſallendi officiū matutinis, vel veſpertinis horis ad Eccleſiam non conuenerit, deponatur à clero, ſi tamen caſtigatus veniam ab Epiſcopo per ſatisfactionem noluerit promereri. matutina autem dicuntur ibi officia, quæ celebrantur à mane vſque ad nonam, veſpertina, quæ à nona vſque ad noctem, vt per tex. in cap. ſi quis Epiſcopus. 11. q. 3. monet Gloſ. d. cap. ſi. His accedunt quæ ex Patribus, & Concilijs de Cantu, qui in diuinis officijs adhiberi ſolet, ſcripſerunt Henriq. d. tom. 1. Theol. moral. lib. 9. c. 31. §. 8. Bellarm. d. lib. 1. cap. 16. Steph. Duran. d. lib. 3. c. 13. 14. & 21. Francol. d. tractat. de temp. hor. canon. cap. 3. & Alphon. de Torres in Inſtit. Sacerd. tit. de hor. canonic. & cant. Eccleſiaſt. quæque nos de alternata canendi, & pſallendi ratione in Eccleſia nunc dicturi ſumus.

Circa quam illud in primis adnotandum eſt, apud antiquos Eccleſiæ Pa-
11 tres † idem fuiſſe antiphonam, & alternatam canendi rationem; antiphona. n. Græcè idem eſt, quod vox reciproca, vt ex Iſidor. lib. 6. Etymologiarum. cap. 19. Amalar. lib. 4. de off. eccleſ. cap. 7. & alijs tradiderunt Henriq. d. lib. 9. cap. 31. §. 8. Bellarm. d. lib. 1. cap. 14. ad fin. & Steph. Duran. d. lib. 3. cap. 17. in princ. quàmuis
12 nunc † Antiphona dicatur in officio Eccleſiaſtico ſententia illa, quæ pſalmo concinendo præmittitur, quoniam ſecūdum eius modulationem pſalmus totus canitur per duos choros, eaq; ſimul duo chori coniunguntur, vt ex eod. Amalar. ijdem Doct. ibidem adnotarunt.

Porrò vſum antiphonarum, ideſt al-
13 ternatim canendi formam † ex Angelica admonitione, atq; exemplo S. Ignatium Apoſtolorum diſcipulum didiciſſe, & Antiochenæ Eccleſiæ tradidiſſe, quæ tandem in omnes orientales eccleſias propagata eſt, ex Socrat. lib. 6. hiſtor. eccleſ. cap. 8. & alijs ſcripſerunt Bellarm. & Duran. loc. cit. Francol. d. tracta. de temp. horar. Canon. cap. 3. nu. 2. vbi cum duobus num. ſequentibus diſcordantes hac de re opiniones conciliat. In Eccleſia verò Occidentali S. Ambroſius primus hanc alternatim canendi formam Mediolani inſtituit Græcos imitatus, vt ex authoritate Iſidor. lib. 1. de off. Eccleſ. cap. 7. & aliorum adſtruunt Bellarm. ſupra, Duran. d. cap. 17. num. 4. Francol. d. cap. 3. num. 8. quàmuis pleriq; eius formulæ inſtitutionem ad Damaſum Pontificem referant, quos recenſet Francol. d. cap. 3. num. 9. & ſequi videtur Nauar. d. tractat. de Orat. & hor. Canon. cap. 10. num. 22. & ſeqq. & verò habetur id in eius vita apud Platinam, & quod caput eſt in Breuiario Romano reformato in hæc verba, inſtituit Damaſus, vt in Eccleſia Pſalmi alternis canerentur, quę refert Nauar. loc. citato. Hæc autē diuerſitas ita conciliatur per Duran. d. cap. 17. nume. 5. & Francol. d. cap. 3. num. 10. & tribus ſeqq. ut huiuſ-





modi cantus auctor fuerit S. Ambroſius ſub Damaſo Pontifice (idq; circiter annum Domini 383. vt Francol. vel 338. vt Duran. vel 366. vt Nicolin. qui ſummam Conciliorum compilauit) ſed Damaſus primus huic canendi formulæ authoritatem Apoſtolicam impartierit, & præceptionem adhibuerit, vt ea in vniuerſa Eccleſia ſeruaretur.
14 Quòd autem † Pſalmi aliqui ante Sacrificium Miſſæ, ſeu in eius introitu alternatim canerētur Cæleſtinus primus inſtituit, vt Bellarm. loc. cit. Francol. d. cap. 3 num. 16. Duran. d. cap. 17. num. 5. & lib. 2. cap. 11. num. 3. ſedere autem cœpit Cæleſtinus anno Domini 423. ex quibus omnibus patet antiquiſſimum eſſe vſum, formam, & inſtitutionem alternatim canendi in Choro, & Eccleſia Pſalmos, & horas Canonicas.

Cætera verò de horis Canonicis, puta de Etymologia, loco, tēpore, ac ratione recitandi horas Canonicas, & alijs huiuſmodi videri poſſunt, apud Nauar. Bellam. Francol. & Duran. loc. cit. nec non Io. de Lignan. Nicol. Plouium, & Albert. Ferrar. cæteroſq; quot quot de horis Canonicis tractarunt, Canoniſtas in cap. 1. & tot. ferè tit. de celebr. Miſſ. Summiſtas in verbo horæ Canonicæ. Theol. in 4. diſt. 15. & ſeqq. Illud verò vnum de tempore recitandi horas Canonicas generatim attigiſſe ſufficiat, quod ad capitula, Collegiataſq; Eccleſias pertinet, nimirum, quòd, licèt ho-
15 ræ Canonicæ † ſtatis horis maximè in Choro perſoluendæ ſint, vt latè probat Nauar. d. tract. de orat. & hor. Canon. cap. 3. num. 22. & ſeqq. Silueſt. in verbo hor. num. 10. & Doct. in cap. 1. de celebr. Miſſ. tamen iuſta aliqua de
16 cauſa † in Eccleſia quoque publicè cani, & dici poſſunt à Clericis hora anticipata, vel poſt poſita, vt docet Sylueſt. loc. cit. nu. 9. & ſatis probat tex. in cap. presbyter 91. diſt. & d. cap. 1. de celebr. Miſſ. per quæ iura idem adnotauit Nauar. d. cap. 3. num. 55. vbi exemplum affert de proceſſione aliqua ſolemni, inſigni concione, aut iucundo Bullæ Cruciatæ, vel Regis aduentu, aitque propter has, aut ſimiles cauſas conſonum rationi eſſe, vt præponatur, vel poſt ponatur horæ debitæ Prima, Tertia, Miſſa, aut aliud aliquod diuinum officium, ita tamen, vt fiat authoritate ſuperioris ad id poteſtatem, habentis, qualis, inquit, videtur Epiſcopus in Eccleſia Cathedrali, vel eius Vicarius, aut Capitulum, vel Decanus per dicta in ſimili caſu de ieiunijs à S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. ad 3. & Panorm. in rubr. de obſeruat. ieiun. in alijs autem Eccleſijs, ſubdit Nauar. erit Abbas, Præpoſitus, Prior, vel alius Prælatus arg. Gloſ. ſingularis in cap. potuit, de locato. Hæc Nauar. ex quo, & alijs præcit. Doct. ſumi poſſunt quæcunque de horarum Canonicarum recitatione minùs tamen ad rem noſtram facientia dici poſſent, quàm ea, quæ à nobis hucuſq; explicata ſunt.

Verùm aliquid quoque de Canonicis ipſis, qui diuina officia recitare debēt, eorumque inſtitutione præmittere hoc loco non abs re erit. Sciendum ergo
17 † eos, qui olim in cœtus congregati ſeorſum à cæteris habitabant, non omnes Monachos fuiſſe; fuerunt enim, qui Monachorum inſtar eundem locum ſimul plures incolebant, vnoque omnes Refectorio, & Dormitorio vtebantur, qui à communi, & regulari quadam vita, quam ducebāt, Canonici dicti ſunt; atque ij pariter ſicut Monaci res immobiles in communi poſſidebāt, vnde ſingulis alimenta ſubminiſtrabantur, quæ poſtea præbendæ dictæ ſunt; extatque hac de re Greg. 1. conſtitutio anno Domini 592. in cap. quia tua fraternitas, 12. q. 1. & Eugenij 1. Anno 654. cap. neceſſaria 12. q. 1. eiuſq; approbatio à Greg. 7. facta anno 1073. in cap. quoniam, de vit. & hon. cler. quod ibi poſt Gloſ. ſic accipiunt Hug. Archid. & cæteri ferè interpretes. Horum verò Ca-
18 nonicorum duo genera † extiterunt, alterum eorum, qui communi vitæ paupertatis quoque votum adiunxerunt, & Canonicorum regularium nomen ac-

ceperunt; alterum eorum, qui præter communia bona ipſi etiam ſinguli proprium aliquid obtinebāt, qui quoniam non certæ regulæ erant addicti, ideo non Regulares Canonici, ſed Canonici ſimpliciter ſunt appellati. conſtat id, quod diximus ex M. Anton. Marſil. in tract. de redit. Eccleſ. part. 1. cap. 7. nu. 21. & duob. ſeqq. Quòd ſi quis hac de re plura ſcire cupit, videat eundem d. par. 1. ferè per totam, Duran. de rit. Eccleſ. Cathol. lib. 3. cap. 1. num. 5. & cap. 24. & Doct. in iur. paulò ante citat. nec non Io. Molan. in tract. de Canonic. & eorum vit. lib. 1. ferè per totū, quem poſt hæc ſcripta legimus; ſed nihil ferè de Canonicis ſcripſit niſi quod ad eruditionē, & antiquitatem attinet.

His igitur de Canonicis, ac diuino officio præmiſſis ad tres illas initio huius quæſtionis propoſitas dubitationes, quo nimirum iure, quando, & quam ob cauſam introductæ ſint Quotidianæ Diſtributiones, tribus hiſce diſtinctis concluſionibus reſpondeamus.

Prima Concluſio. Quàmuis quo ad ſubſtantiam (vt Theologico modo loquendi vtar) diſtributiones quotidianæ inductæ ſint de iure naturali, & diuino, ſeu in eo ſaltem fundatæ ſint; tamen quoad modum, ſeu quoad ſui formā iure duntaxat humano ſaltem approbante introductæ ſint. Prima pars
19 † huius concluſionis probatur, tum ex eo, quòd naturale eſt, vt labori mer-
20 ces † debeatur, & tritum iam eſt communi ſermone prouerbium, omnis labor optat præmium, remuneratio .n. naturalis eſt, ſicut & laborum merces l. ſed & ſi lege ff. de petit. hæred. & l. Attilius ff. de donat. tum ex Luc. 10. dignus eſt operarius mercede ſua, & 1. Corinth. 9. quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? & paulo poſt, non alligabis os boui trituranti; & poſt pauca, quoniam debet in ſpe, qui arat arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiendi, & ſubdit Apoſtolus, ſi nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus? & paucis interpoſitis; neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt, & qui altari deſeruiunt, cum altari participant? Ex quibus, & alijs ferè ſexcentis ſacræ ſcripturæ locis, quæ ad id afferri poſſent, iunctis alijs ſupradictis illud planè cōficitur quotidianas diſtributiones quoad ſubſtantiam in diuino, & naturali iure fundatas eſſe, hoc eſt de iure naturali, ac diuino eſſe, vt ij, qui Eccleſiæ, & altari ſeruiunt congruam mercedem, & ſtipendium recipiant, quæ erat prior pars huius concluſionis. Poſterior verò pars, nimirum
21 iure tantùm humano † inductum eſſe, quòd hæc merces reddatur, & hoc ſtipendium iiſdem miniſtris, & inſeruientibus tribuatur per viam quotidianarū diſtributionum, probatur tum ex eo, quòd in nullo ſcripturæ loco habemus de quotidianis diſtributionibus, neque de ijs vlla extat Apoſtolica traditio; tū quia id ab Eccleſia inductum eſſe apertè voluit Hieron. Verrut. in Lexic. Iur. Verb. Diſtributio, vbi diſtributiones haſce quotidianas, de quibus loquimur, appellat diſtributionem quotidianam Pontificis, quaſi à ſummo Pontifice introductam, idem ſatis colligitur ex Nauar. d. tract. de orat. & hor. Canon. c. 18. num. 10. vbi ex ſuperius per eum deductis infert, vtile fuiſſe nouum illud inuentum diuidēdi omnes, vel aliquos reditus Canonicorum, & Capitulorum in diſtributiones quotidianas lucriſaciendas duntaxat ab ijs, qui horis interfuerint, & non alijs, vt probant, inquit, multa iura noua, dum enim appellat Nauar. nouum inuentum illam diuiſionem, quæ fit quotidianarum diſtributionum, expreſsè vult, eam ab humano iure, non autem diuino, aut naturali, quod antiquum eſt, fuiſſe introductam. eiuſdem quoque ſententiæ fuit Steph. Duran. d. tract. de rit. Eccleſ. Cathol. lib. 3. cap. 25. nu. 4. cum enim, inquiens, in Collegijs paſſim horis ſacris aſſiſtendi, & pſallendi munus negligeretur, viſum fuit Patribus è re Chriſtiana fore Canonicos, cæteroſq;

Eccleſiæ



Eccleſiæ miniſtros hiſce diarijs, ſeu diſtributionibus quaſi quibuſdam illecebris ad intereſſendum diui. is officijs allicere, & inuitare. Idem quoq; conſtat ex Iuon. Carnoten. Epiſt. 75. cuius verba recitat ibidem Durā. & nos quoque in ſequenti concluſione referemus, quoniam ad eam magis, quàm ad hanc pertinent.

Secūda Concluſio. quàmuis ſatis an-
22 tiquus fuerit † vſus in aliquibus Eccleſijs diuidēdi quotidianas diſtributiones inter Clericos, qui in Eccleſia diuinis officijs intereſſent, & non alios, isq; vſus per ſummos Pontifices approbatus fuerit ſaltem tacitè, tamen id non fuit ſtatutū per Eccleſiam in omnibus Collegiatis Eccleſijs niſi iure nouo. Prima pars concluſionis probatur ex Iuon. Carnotenſ. antiquiſſimo & eruditiſſimo viro Epiſt. 75. vbi, cum in quam pluribus, inquit, Canonicorum Carnotenſium deſueuiſſet diſciplinæ regularis obſeruantia, vt de negligentibus facerem diligentes, de ſomnolentis vigiles, de tardis aſſuetos ad frequentandas horas Canonicas, deliberaui apud me, vt darem eis dimidiam Præpoſituram, vt inde fieret quotidianus panis, quem acciperēt aſſidui, amitterēt tardi, vt ad quas eos panis interni dulcedo nō mouebat, panis corporei refectio prouocaret; quàmuis eorum annua præbenda eis ad hoc ſufficiens eſſe deberet. Idem etiam probatur ex tex. in c. de cætero de cler. non reſid. c. licèt de præben. d. cap. vnico de cler. non reſid. in 6. cap. fin. §. ſi autem de conceſſ. præben. & cap. fin. §. adijcimus, de ſent. excom. eod. lib. Clem. vt ij, qui de æt. & qual. & ord. præfic. Extrau. 10. & 11. de præben. inter commun. ex quibus iuribus apertè habetur antiquitas huiuſmodi vſus, & conſuetudinis diuidendi quotidianas diſtributiones, ſeu quoſdam reditus inter eos Clericos duntaxat, qui diuinis officijs intereſſent. Secunda pars eiuſ-
23 dem concluſionis, quòd nimirum † is vſus approbatus tacitè fuerit per ſummos Pontifices disertè probatur in omnibus iuribus mox allegatis, vt ea percurrenti conſtabit, & colligitur ex Nauar. dicto cap. 18. num. 10. dum ait id eſſe nouum inuentum, & pro eo allegat tex. in d. cap. vnico, & clem. vt ij, qui: dum vero adducit etiā tex. in clem. 1. de reliqueret vener. Sanctor. & in cap. valet, 81. diſt. fallitur, nihil enim habetur in d. clem. de quotidianis diſtributionibus, ſed de Indulgentijs cōceſſis ijs, qui in feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti Domini interfuerint diuinis officijs in d. autem c. valet ſolùm dicitur, quòd mutatio loci aliquando valet conuerſis ad pœnitētiam. Quàmquam etiam dum velle videtur Nauar. per illa iura noua inuentas fuiſſe, ſeu introductas diſtributiones quotidianas, ita vt per ea ſtatutum fuerit, vt in omnibus Eccleſijs, vbi etiam de hoc ſpetialis conſuetudo non eſſet, aliqui reditus per modum quotidianarū diſtributionum inter eos ſolùm Clericos diuiderentur, qui diuinis intereſſent, fal-
24 litur † (& hæc eſt 3. pars huius noſtræ concluſionis,) nam in illis duobus iuribus, per eum, & alijs ſuperiùs per nos allegatis, vel ſolùm ſtatuitur, vt id fiat ſuppoſita iam conſuetudine in illiſmet Eccleſijs, vt in d. cap. vnico, & cap. fin. de ſent. excom. in 6. vel ſolùm tacitè talis conſuetudo approbatur, vt in cæteris iuribus, quod quidem liquido apparebit ea omnia iura diligenter perpendenti: Ius ergo illud nouum, de quo Nauar. loc. cit. & nos ſupra mentionem
25 facimus, † aliunde, quàm ex illis iuribus, petendum eſt, nimirum ex Concil. Trident. Seſſ. 21. cap. 3. vbi ſtatuit Sancta Synodus, tam in Eccleſijs Cathetralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcunque prouentuum, & obuentionum, tam Dignitatum, quàm Canonicatuū, perſonatuum, portionum, & officiorum ſeparari debere, & in diſtributiones quotidianas conuerti, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis in-

C 2 tereſſentes

tereſſentes proportionabiliter iuxta diuiſionem ab Epiſcopo etiam tamquam Apoſtolicę ſedis delegato in ipſa prima fructuū deductione faciendam diuidātur, ſaluis tamen conſuetudinibus earum Eccleſiarum, in quibus non reſidentes, ſeu non ſeruientes nihil, uel minus tertia parte percipiunt, non obſtantibus exemptionibus, ac alijs conſuetudinibus etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuſcunque. Idem ferè habetur in eodem Concil. Trident. Seſſ. 22. cap. 3. de refor. in hæc uerba Epiſcopi etiam tamquam delegati Apoſtolici ex fructibus, & prouentibus quibuſcunq; omnium dignitatum, perſonatuum, & officiorum in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis exiſtentiū tertiam partem in diſtributiones eorū arbitrio aſſignandas diuidere poſſint, vt ſcilicet qui eas obtinent, ſi perſonaliter competens ſibi ſeruitium iuxta formā ab eiſdem Epiſcopis præſcribendam quolibet die ſtatuto non impleuerint, illius diei diſtributionem amittant, nec eius quoquomodo dominiū acquirant, ſed fabricæ Eccleſiæ quatenꝰ indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarii applicetur. Ex quibus verbis ſatis appa
26 ret † tria addi in hac ſeſſ. 22. ijs, quę ſeſſ. 21. decreta erant. primū huius tertię partis detractionē fieri poſſe tūc demum, cùm in Eccleſijs Collegiatis adſint ſufficiētes diſtributiones, quæ veriſimiliter negligi non poſſint, prout declaratum fuit à ſacra Congregatione declarationis Concil. Tridentini teſte Rot. Rom. deciſ. 325. 2. par. in nouiſſ. diuerſ. & ſatis patet ex d. ſeſſ. 22. cap. 3. ibi hæc in ijs tantū & c. alterum hanc tertiam partem diuidēdā eſſe ijs, qui non ſolùm diuinis interfuerint, ſed etiam competētes ſibi ſeruitium impleuerint; de quo nos aliquid infra 2. par. quæſt. 2. tertium eſt portionem nō implentium applicandā eſſe non cæteris intereſſentibus, ſed fabricę, vel alteri pio loco, de quo fuſiùs agemus infr. d. 2. par. quæſt. 17. verùm differūt quoq; hæc duo Trid. Concilij decreta, quòd in primo ſtatuitur, & præcipitur, vt illa tertia pars fructuū, ſeu prouentuum detrahatur à præbendis, in hoc verò datur facultas Epiſcopis, vt hanc tertiam partem detrahere poſſint. Verùm probabilius mihi & verius videtur non tā decretum hoc ſeſſ. 22. addere priori ſeſſ. 21. quàm ab eo lōge diuerſum eſſe, neque loqui de ijs, q̄ veræ diſtributiones quotidianæ ſunt, vt infr. 3. par. huius tract. cum de iure accreſcendi quod in quotidianis diſtributionibus locum habet, agemus, latiùs fortaſſe demonſtrabitur. Alia verò ſimilis ac de proprijs diſtributionibus loquens hac de re facultas datur ab eadē ſynodo ſeſſ. 24. cap. 15. in hæc verba. In Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis inſignibꝰ, vbi frequētes, adeoq; tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant, liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia beneficia, non tamen
27 regularia, † ijs vnire, vel ſi hac ratione prouideri non poſſit, aliquibus ex ijs ſuppreſſis cum patronorum conſenſu, ſi de iure patronatus laicorum ſint, quarum fructus & prouentus reliquarum præbendarū diſtributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere, ita tamē, vt tot ſuperſint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Eccleſiæ commodè valeant reſpondere. Ex cuius decreti verbis ſacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium præfecta interpretationi Trident. Concil. non nulla ad rem noſtram inferēs reſpondit primò in vna Vercellenſi, & altera Comenſi, quòd ſi Eccleſiæ nō ſunt Cathedrales, aut Collegiatæ inſi-
28 gnes, † non habeat locum decretum, nec poſſit Epiſcopus, aut Vicarius Apoſtolicus extinguere præbendas, vt augeat diſtributiones etiam ad augmentum cultus diuini. Secundò reſpondit in una Hieracenſi non licere Capitulo,
29 etiam ſede uacante † ſupprimere portiones uigore huius decreti. Denique in vna Alexandrina reſpōdit Collegiatæ

tæ



30 tæ Eccleſiæ Prælatum † hanc ſuppreſſionem præbendarum tenuium facere non poſſe, licèt ſit exemptus, & Eccleſia ſit inſignis, cum hoc ſolùm Epiſcopis Concilium conceſſerit cum ſuorum conſenſu Capitulorum. Cœperunt autem huiuſmodi decreta, ſicut & reliqua Concilij Tridentini, omnes obliga-
31 re † à Kal. Maij 1564. vt per ſuam Conſtitutionem editam 15. Kal. Auguſti eiuſdem anni, quæ incipit, ſicut ad ſacrorum, Apoſtolica authoritate declarauit, ac definiuit Pius IIII. Summus Pontifex ſui Pontificatus anno quinto. De ijſdem quoq; diſtributionibus quo-
32 tidianis extat † cōſtitutio eiuſdem ſummi Pontificis edita longè ante Concilij Tridentini confirmationem, & publicationem Pontificatus ſui anno ſecundo, & eſt 55. inter eius cōſtitutiones, in qua quidem fructus omnes, reditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumēta quæcunque in quibuſcunque rebus conſiſtant quarumcunque Eccleſiarum vrbis Romanæ ad Capitulum, & menſam earundem communiter ſpectantia, & pertinentia, aſſignauit, & applicauit diſtributionibus quotidianis diuidendis, ac diſtribuendis inter Canonicos, & cæteros beneficiatos diuinis officijs dictarum Eccleſiarum intereſſentes. Circa quam Conſtitutionem illa duo adnotanda ſunt; primum conſtitutio-
33 nem † localem eſſe propter verbum illud proemij d. conſtitutionis in alma vrbe noſtra, quod etiam indicauit Steph. Duran. d. cap. 25. nume. 4. in fine, atque adeo non obligat Eccleſias aliarū ciuitatum, quàm Romanæ per ea, quæ de localibus conſtitutionibus tradunt Doct. in cap. 1. de conſtit. alterum eſt
34 longè diuerſum quid ſtatuere † Pium Quartum Pontificem in illa conſtitutione ab eo, quod decernit Concilium Trident. d. ſeſſ. 21. cap. 3. hoc enim loquitur de fructibus præbendarum ſingulorum Canonicatuum, & dignitatū, Pontifex autem de fructibus, & emolumentis communibus toti Capitulo, de quibus nos latiùs egimus ſupra queſt. 3. in 1. & 2. ſpetie diſtributionum.

Tertia Concluſio. Diſtributiones
35 quotidianæ introductæ ſunt † fauore cultus diuini, vt is in Eccleſijs augeatur. Id apertè conſtat, tum ex verbis Iuon. Carnotenſ. d. Epiſt. 75. ſuperiori concluſ. relatis, tum ex toto contextu in d. cap. vnico de cler. non reſid. in 6. per quem id adnotauit ibi Gloſ. in prin. Prob. in Addit. ad Io. Monach. num. 5. & cæteri Doct. magis cōmuniter Abb. in c. licèt not. 2. de præben. Hier. Gig. conſi. 144. num. 12. Dec. conſi. 280. nu. 4. vol. 1. Pariſ. conſi. 33. num. 1. vol. 4. Steph. Duran. cap. 25. num. 4. Nauar. d. cap. 18. nu. 10. & 11. Rebuf. in Concord. Gall. Rubr. de Collat. §. 1. verb. diſtributionum circa medium, & Bart. Vgol. qui neminem horum refert in tract. de Simon. tab. 1. cap. 9. §. 4. nu. 2. tum ex d. conſtit. 55. Pij IIII. in princ. ibi volentes igitur, quantum in nobis eſt, diuino cultui conſulere, & quæ ſequuntur; tum denique ex Concil. Trid. d. Seſſ. 21. cap. 3. vbi priuſquam illud ſtatueret de tertia parte prouentuum in diſtributiones quotidianas conuertenda, quod paulò ante retulimus, poſuit illa verba, cum beneficia ad diuinum cultum, atque Eccleſiaſtica munia obeunda ſint conſtituta, ne qua in parte minuatur diuinus cultus, ſed ei debitū omnibus in rebus obſequium præſtetur, ſtatuit Sancta Synodus, & c. ex quibus omnibus colligitur etiam, fauorem hunc diuini cultus in eo cōſiſtere, quòd
36 Clerici † Eccleſiarum Collegiatarum quotidianis diſtributionib. quaſi illecebris quibuſdam alliciantur, vel calcaribus, & ſtimulis impellātur ad debitum ſibiq; competens Eccleſiæ obſequium præſtandum; atque adeo vtile fuiſſe Eccleſiæ hoc inuentum quotidianarum diſtributionum, vt in ſpetie dixit Nauar. d. num. 10. & Duran. d. nu. 4. Neq;
37 huic obſtat, quòd † mala illa ſint, quæ mali præbent occaſionem c. ex parte de conſued. cum ſimil. prædictum autem diſtributionis inuentum plures præbere videatur mali occaſiones, quod ni

mirum

mirum anſam plerique accipiant, vel
adeundi chorum, & Eccleſiam nõ pro-
pter illius obſequium, ſed propter quæ-
ſtum temporalem; vel prætexendi fal-
ſas exauſationes, aut etiam mentiendi,
vt eas diſtributiones lucrifaciãt, vel præ
ſentibus gaudendi de aliorum abſen-
tia, aut aliæ ſimiles, quarum plures con-
gerit Nauar. eod. num. 10. reſponde-
tur enim cum eod. Naua. ibid. & num.
11. ac 12. quòd, cum principaliter in-
troductæ ſint diſtributiones propter cul
tum diuinum, vt oſtendimus, non ideo
deſinat id eſſe iuſtum, quia malè affe-
ctis præbeat occaſionem delinquendi;
nam quicquid dicat Felin. in cap. fin.
col. 14. de conſtit. cum alijs per eum ad-
38 ductis, tunc demum † lex, & diſpoſitio
eſt iniuſta eo ſolo, quòd præbeat occa-
ſionem peccandi, cùm ſit principaliter
in fauorem eius, cui eam præbet, vt poſt
Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſſ. ab
inteſt. col. 13. Calder. conſi. 14. de con-
ſtit. Phil. Dec. conſi. 291. col. pen. tradit
Nauar. d. num. 11. & latiùs probauit in
repet. d. cap. fin. de conſtit. & cap. ex
parte de conſuet. prout ſe ipſum ibid.
allegat. vbi etiam cum num. ſeq. ſoli-
citè, inquit, conari debemus, vt aſſue-
ſiamus non conſentire alicui ſupra me-
moratorum malorum, ad quæ prædi-
ctum inuentum, alioqui de ſe bonum,
& conſeruans cultum diuinum, inuitat.
Atque hæc de hac quæſtione iam dicta
ſint ſatis.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ non veniunt nomine fructuum beneficij neq; appellatione reſidentiæ. num. 2. Neq; ſunt de corpore beneficij. num. 3.*

4 *Diſtributiones quotidianæ cur non veniãt nomine fructuum beneficij; & an id aliquo iure probetur, & num. ſeqq.*

5 *Exceptio eſt de regula, ſicut ſpecies detrahitur de genere.*

6 *Fructus alicuius rei eſt qui ex illa re prouenit, & ex fundo, ſiue corpore naſcitur, & renaſcitur. num. 7.*

8 *Diſtributiones non dantur inmediatè ratione beneficij, ſed ratione laboris, & ſeruitij Eccleſiæ præſtiti.*

9 *Fructus beneficij eo ipſo clericis competunt, & redduntur, quòd beneficium ex titulo legitimo obtinent.*

10 *Priuilegium alicui conceſſum de percipiendis fructibus beneficiorum ſuorum in abſentia non continet diſtributiones.*

11 *Canonicus condemnatus in lite ſuper Canonicatu, & præbenda ad reſtituendos fructus, adhuc nõ tenetur relaxare diſtributiones.*

12 *Priuilegium alicui Canonico conceſſum percipiendi fructus beneficij ſui cum ea integritate, ac ſi in Eccleſia reſideret, adhuc non continet diſtributiones quotidianas.*

13 *Diſtributiones quotidianæ largè, & impropriè dici poſſunt fructus beneficij, & Canonicatus.*

14 *Diſtributiones quotidianæ veniunt nomine fructuum reſpectu illius Canonicatus, qui nullos habet reditus præbendales. Idem in reſeruatione fructuum. num. 15.*

16 *Diſtributiones quotidianæ veniunt in condẽnatione fructuum vbi in ea Eccleſia nulli alij ſint fructus præter diſtributiones; aut vbi de ijs facta ſit ſpetialis proteſtatio in actis.*

## *An diſtributiones Quotidianæ veniãt appellatione fructuum beneficij. Quæſtio VI.*

COMMVNIS eſt Doctorũ
conclusio quotidianas diſtri
1 butiones † nõ venire, neq; cõ
tineri appellatione fructuũ
beneficij; hanc enim ſententiam tenuit
Rot. Rom. teſte Cæſar. de Craſſ. deciſ.
116. aliàs 5. ſub tit. de præben. num. 1.
2 vbi etiam ait † non venire appellatio-
ne reſidentiæ; cui ſimile eſt, quod tra-
dit idem Cæſ. de Craſ. deciſ. 120. aliàs
9. de præben. poſt Oldrad. conſi. 118. &
Staphil. de litter. grat. & iuſt. nu. 45. &
3 46. diſtributiones quotidianas † nõ di-
ci de corpore beneficij. eiuſdem quoq;
principalis ſententiæ fuit Caſſad. deciſ.
vnic. de cler. non reſid. num. 1. & fin. &
deciſ. 6. de præben. num. 6. eadem Rot.
Rom. 1. par. deciſ. 330. num. 22. & par. 3.
lib. 3. deciſ. 1170. nu. 2. in nouiſs. diuerſ.
&



& apud Put. lib. 2. deciſ. 464. num. 2. &
deciſ. 489. nu. 3. idem quoque adnota-
uit Pariſ. conſi. 33. num. 4. & 5. volum. 4.
Alphonſ. Hoied. tractat. de incompati-
bil. benef. 1. par. cap. 12. num. 2. Redo.
tractat. de ſpol. Eccleſ. q. 3. num. 3. Franc.
Viu. in ſuis commun. opin. ver. Diſtri-
butiones quotidianæ, Couar. lib. 3. var.
reſol. cap. 13. num. 1. circa princ. Flamin.
Pariſ. in tractat. de reſign. benef. lib. 6.
quæſt. 2. num. 30. poſt Lap. alleg. 42. Dec.
conſi. 280. & Gambar. tract. de poteſt. le-
gat. lib. 6. tit. de penſion. nu. 18. Doctor.
ferè omnes, d. cap. vnico, de cleric. non
reſid. in 6. cap. licet, de præben. & alibi
4 ſæpe. Laborant tamen Doctores † in aſ-
ſignanda huius conclusionis rationẽ.
Couar. ſanè loco cit. affert ad id text. d.
cap. vnico, & cap. fin. §. in illis, de con-
ceſs. præbend. in 6. ſed neutrobique id
probatur; nulla enim in ijs iuribus men
tio fit de cæteris fructibus beneficij. Vi-
ui. loc. cit. allegat tex. in cap. fin. de re-
ſcrip. in 6. Sed potiùs ibi cõtrarium in-
dicatur in ijs verbis, de fructibus bene-
ficiorum, diſtributionibus quotidianis
duntaxat exceptis, quod idem etiam ha
betur in cap. cum non deceat, de elect.
5 in 6. exceptio enim † eſt de regula, ſicut
ſpeties detrahitur de genere. Gloſ. in ru
br. de reg. iur. in 6. latè Euerar. in loc.
ab except. ad reg. num. 9. melior tex. eſt
in Extrau. x. quæ incipit poſtulaſti. de
præben. inter communes, ibi licèt autẽ
quotidianæ diſtributiones per nos fue-
rint à perceptione fructuum prædicto-
rum excluſæ; locutus autem erat ſupe-
riùs ſummus Pontifex de fructibus præ
bendarum, & beneficiorum. Optimus
locus deſumitur ex Conc. Trid. ſeſſ. 24.
cap. 12. de reform. §. præterea, vbi cum
ſtatuiſſet ſancta Synodus eos, qui obti-
nent Canonicatus, Dignitates, præben-
das, aut portiones in Collegiatis, ſi vl-
tra tres menſes ab ijſdem Eccleſijs ab-
fuerint primo anno priuari dimidia par
te fructuum, quos ratione præbendæ,
ac reſidentiæ fecerunt ſuos; & ſi iterum
eadem vſi fuerint negligentia, priuari
omnibus fructibus, quos eodem anno
lucrati fuerint, ſubdit; diſtributiones ve
rò qui ſtatis horis interfuerint recipiãt.
dictio enim illa aduerſatiua, verò, poſi-
ta inter fructus, & diſtributiones aper-
tè oſtendit ea inter ſe potiùs aduerſari,
quam quòd alterum alterius appella-
tione contineri poſſit. Præter iura ve-
rò allata ratio etiam huius concluſionis
illa eſſe poteſt, quia fructus rei alicu-
6 ius eſt † qui ex re ipſa prouenit, vt ex l.
item. §. 1. ff. de vſufruct. adnotauit Re-
buf. in l. vſura, ff. de verb. ſignif. & ex
7 fundo, ſiue corpore † naſcitur, & rena-
ſcitur, l. diuortio. §. ſi vir. ff. ſol. matr. at
verò quãuis ex beneficio, ſeu Canonica
tu cõpetat ius clerico, vt pcipere poſſit
quotidianas diſtributiones, vt ex tex. in
c. dilectus, il 1. de præbẽ. & alijs iuribus
ſupra, quæſt. 2. ſub finem admonuimus;
8 tamen id non eſt † immediatè, & per ſe
ratione beneficij, ſed ratione laboris, &
ſeruitij Eccleſiæ præſtiti, cuius dunta-
xat contemplatione dantur diſtributio-
nes, vt ſuperiùs quoque non ſemel dixi
9 mus. fructus autem beneficij † eo ipſo
clericis competunt, & redduntur, quòd
beneficium ex titulo canonico, ac legiti
mo obtineãt, vt in ſpetie tradit Couar.
d. cap. 13. in principio, & cõſtat ex Card.
& Abb. in cap. 1. de celebr. Miſſ. & alijs
trad. per Gregor. Tholoſ. in Partit. Iur.
Can. lib. 1. tit. 20. cap. 5. in Gloſ. lit. d. &
in tractat. de benef. cap. 6. num. 12. mo-
dò tamen horas canonicas priuatim re-
citet ſaltem poſt Concil. Lateranẽ. ſub
Leon. 10. ſeſs. 9. cap. de reform. Curiæ,
& aliorum. Ex hac verò concluſ. infer-
tur primò, priuilegium alicui conceſ-
ſum de percipiẽdis fructibus beneficio-
10 rum ſuorum in abſentia † non contine
re quotidianas diſtributiones; ita Gloſ.
& Doctor. omnes, d. c. vnico, & c. 2. de
priuil. in 6. Hier. Gig. conſi. 144. num.
23. & alij paſſim. Secundò infertur ꝙ
Canonicus condemnatus in lite ſuper
Canonicatu, & præbenda ad relaxan-
11 dos fructus † adhuc non tenetur rela-
xare diſtributiones; ita poſt Boer. deciſ.
340. num. 4. reſpondit Gig. d. conſil. 144.
num. 18. & 25.
Hæc

Hæc autẽ concluſio ampliatur, vt per
priuilegium cõceſſum alicui Canonico
percipiendi in abſentia fructus ſui be-
neficij cum ea integritate, qua perci-
12 peret, ſi in Eccleſia reſideret † non cen-
ſeatur adhuc conceſſum, vt percipere
poſſit quotidianas diſtributiones, quod
deciſum fuit per Rot. Ro. teſte Caſſad.
deciſ. vnica ſub tit. de cler. non reſid.
ferè per totam, reſponditq; Gig. conſi.
144. num. 25. cum ſeq. & tradunt Doct.
ferè omnes d. cap. vnico de Cler. non
reſid. in 6. noſque latiùs fortaſſe expli-
cabimus infr. 2. par. quæſt. 14. Limi-
tatur autem primò, vt impropriè, & lar-
13 gè poſſint † quotidianæ diſtributiones
dici fructus beneficij, & Canonicatus,
vt patet ex Gloſ. vnica in c. licèt de præ-
bend. & Couar. loc. cit. vbi fructus be-
neficiorum diuidit in eos, qui dantur
ex eo ſolum, quòd quis canonicè bene-
ficium obtineat, & eos, qui quotidia-
no miniſterio Eccleſiæ inſeruientibus
diſtribuũtur; & meliùs ex Put. lib. 1. de-
ciſ. 239. nu. 3. & 4. vbi apertè dicit quo-
tidianas diſtributiones largè dici poſſe
fructus, idem etiam patet ex text. d. cap.
fin. de reſcript. in 6. & cap. cum non de-
ceat de elect. eod. lib. ibi de fructibus be
neficiorum diſtributionibus quotidia-
nis dumtaxat exceptis, cum exceptio ſit
de regula, vt etiam paulò ante diximus.
Secundò limitatur, vt dicãtur fructus,
14 † vbi Canonicatus aliquis non habet
præbendam, alioſue. fructus præter quo
tidianas diſtributiones; nam tunc quo-
ad illum Canonicatum fructuum no-
mine veniẽt quotidianę diſtributiones,
vt poſt Gemin. in cap. præſenti, de offic.
ordin. in 6. & alios tradit Tiber. Decian.
conſil. 43. nume. 14. & ſeq. vol. 1. Philip.
Prob. in Addit. ad Io. Monach. d. c. vni-
co, num. 60. & 64. vbi infert de priuile-
giato, vt poſſit percipere fructus, ac ſi
reſideret in Eccleſia, in qua præter di-
ſtributiones nulli alij ſunt fructus; idẽ
15 deciſum fuit † in Rot. Rom. apud Cæſ.
Craſ. deciſ. 54. ſeu 8. de probat. de reſer
uatione fructuum in illis Canonicati-
bus, qui ſolùm conſiſtunt in diſtributio
16 nibus. Limitatur 3. † hæc ipſa conclu-
ſio, vt diſtributiones perceptæ veniant
in condemnatione fructuum vbi in ea
Eccleſia nullæ ſint præbendæ ſeparatæ
à diſtributionibus quotidianis, propter
eam præcipuè rationem, ne verba ſen-
tentiæ reddantur eluſoria. ita Decian.
conſ. 43. num. 16. vol. 1. aut etiam, vbi de
illis facta ſit ſpetialis proteſtatio in a-
ctis. ita ſingulariter decidit Rot. Rom.
1. par. deciſ. 618. in nouiſs. diuerſ. & a-
pud Put. d. deciſ. 239. num. 2. & 3. ſtanti-
bus maximè verbis ſententiæ de fructi-
bus, quos ille, qui obtinuit, propter im
pedimenta percipere nõ potuit, ſed per-
cepit ille, qui ſuccubuit; quare ex men
te eiuſdem Rot. ſecus eſſe videtur ſi cæ-
teri Canonici, quibus ob eius non iute-
reſſentiã accreuerunt, eas perceperint.
quod tamen ego in prçſentia aſſeuerare
non auderem. Quod ſi nullum horum
adſit, puto cum eodem Decian. d. conſ.
43. nume. 15. & ſeq. diſtributiones non
comprehendi in ſententia condemna-
toria reſtitutionis Canonicatus cũ fru-
ctibus; quomodo eſt intelligẽdus Boer.
ſuperiùs allegatus d. deciſ. 340. nume. 4.
dum in eam partem inclinat, vt huiuſ-
modi ſententia non comprehendat di-
ſtributiones, maximè vbi qui ſuccum-
bit, priùs obtinuit in poſſeſſorio; quo in
caſu res proculdubio nullam habet dif-
ficultatem per rationes, de quibus per
eum d. num. 4. & ſeq.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ propriè non conti-
nentur nomine redituum beneficij.*
2 *Reditus nomen ſecundùm aliquos latiùs pa-
tet, quàm fructus.*
3 *Reditus dicitur eo, quòd ſingulis annis re-
deat, ideoq; cum ſimplici, d, ſcribendum eſt
hoc nomen.*
4 *Diſtributiones quotidianæ nõ redeunt ſingu
lis annis.*
5 *Diſtributiones quotidianæ largè dici poſſunt
reditus beneficiorum.*
6 *Diſtributiones propriè dici poſſunt reditus Ec
cleſiæ, ſeu Eccleſiaſtici.*
7 *Diſtributiones quotidianæ propriè nõ veniũt
nomine prouentuum beneficij.*
8 *Prouentus, & reditus idem importat ſecundũ
aliquos; licèt alij contra. num. 9.*
10 *Prouentuum Eccleſiaſticorum ſimpliciter ap-
pellatione continentur diſtributiones quo-
tidianæ.*
11 *Obuentionum beneficij, ſeu præbendæ appella-
tione non continentur quotidianæ diſtribu
tiones.*
12 *Statutum priuans beneficiatos fructibus, &
obuentionibus beneficij non comprehendit
diſtributiones.*
13 *Obuentiones ſunt fructus ex re venientes cu-
iuſcunque ſint emolumenti.*
14 *Emolumenti nomen comprehendit etiam quo
tidianas diſtributiones.*
15 *Emolumenti nomen generaliſſimum eſt ſigni
ficans vtilitatem quamlibet ex re proue-
nientem.*
16 *Diſtributiones quotidianæ ſunt, & dici poſ-
ſunt vtilitas quædam aliquo modo ex bene
ficijs, ſeu Canonicatibus, & portionibus
proueniens.*



## *An Diſtributiones Quotidianæ veniant nomine redituum, prouẽtuũ, obuentionum, vel emolumentorum beneficij. Quæſtio VII.*

QVONIAM de nomine fru-
ctuum vidimus, regulariter eo
non contineri diſtributiones,
videamus de alijs nonnullis in
quibus maior eſt difficultas.
Prima Concluſio. Quicquid volue-
rit Oldr. conſ. 118. in princ. probabilius
1 mihi eſt † diſtributiones quotidianas
propriè non venire appellatione redi-
tuum beneficij; tum ꝙ id tradit Bellẽz.
tract. de charit. ſubſid. q. 76. nu. 1. & ex-
preſsè voluit Couar. d. c. 13. nu. 9. vbi cũ
de quotidianis diſtributionibus iã egiſ-
ſet in priori illius cap. parte, quærit in
poſteriori an cõſuetudo efficere valeat,
ꝙ Canonici, & alij Eccleſiaſtica benefi-
cia obtinentes poſſint iuſtè fruct⁹ prin-
cipales, & verè reditus beneficiorũ ab-
ſentes ab eis recipere: ideq; diſertè do-
cet Petr. Molig. tract. de appel. verb. ſig.
nu. 957. Petr. Paul. Pariſ. conſi. 33. nu. 4.
& 5. vol. 4. & Philip. Prob. in addi. ad Io.
Monach. d. c. vnico, nu. 57. tum quòd li-
2 cèt fortaſſe reditus nomen † latiùs pa-
teat, q̃ fruct⁹, vt voluit Glo. pen. in cap.
generali de elec. in 6. & Clem. 1. de reb.
eccleſ. nõ alien. Alberic. in l. frugẽ. ff. de
verb. ſig. latè Surd. cõſi. 162. nu. 1. vol. 2.
3 tamen, cum reditus † dicatur eò, ꝙ re-
deat ſingulis annis, ideoq; cum ſimpli-
ci, d, ſcribendum eſſe hoc nomen iure
contendant, & ſatis comprobẽt Tiraq.
de retract. lign. §. 1. Glo. 6. num. 1. & Na-
uar. tract. de reditib. Eccleſ. q. 1. monit.
4 1. certum autem ſit † quotidianas diſtri
butiones non redire ſingulis annis, ſiue
quia dietim, aut per ſingulos mẽſes, aut
ſæpe ſaltem in anno diſtribuantur, ſiue
quia incertę admodũ ſint, atq; adeo in
valore beneficiorum computandæ non
ſint, vt Oldr. ipſe fatetur d. cõſi. 118. nu.
2. & ſeqq. & tradit Fel. in c. ad aures. nu.
14. de reſcrip. & ꝙ ad valorem pertinet
nos latiùs cõprobabimus in ſeq. quæſt.
dicendum quoq; erit nomen redituum
beneficij propriè ſumptum non conue-
nire diſtributionibus. Fateor tamen di-
ſtributiones quotidianas non modò ſal
5 tem largè † dici poſſe reditus benefi-
ciorum, vt conſtat ex Couar. loc. cit. &
alijs adductis in quæſt. præcedenti, ſed
6 etiam propriè dici poſſe † reditus Eccle
ſiæ, ſeu eccleſiaſticos, vt ſatis probatur
in cap. dilectus, il 2. de præben. in fin. ibi
in Canonicum recipi facias, & ſibi de
reditibus Eccleſiæ aſſignari prouen-
tus, donec ei ſit in beneficio præbenda-
li prouiſum; idq; iuncta Glo. fi. ibid. dũ
allegat tex. in c. dilectus il 1. eod. tit. in
fin. qui apertè loquitur de diſtributio-
nibus quotidianis.
Secunda Concluſ. Probabilius quo-
que mihi eſt, neque etiam nomine pro-
7 uentuum beneficij † contineri quoti-
dianas diſtributiones. quod quidem
probatur tum auctoritate Molign. d.
tract. de appellat. verb. ſig. nu. 943. poſt
Rip. in cap. cum M. Ferrarienſis num.
16. de conſtit. & Gemin. conſi. 85. num.
21. qui id diſertè tradunt. tum ex tex.
aperto in cap. licèt de præben. ibi, pro-
uentus ſuos Eccleſiaſticos faceretis in-

tegrè miniſtrari, nolumus tamen, vt quotidianas diſtributiones, &c. & cap. 2. de priuil. lib. 6. in fin. quibus non aduerſantur cap. dilectus il 2. in ſuperiori concluſ. allegatus, vbi iuncta Gloſ. quotidianæ diſtributiones appellantur prouentus; nam fortè ibi ſumitur impropriè nomen prouentus, & certè ibi non eſt, vt in his iuribus pronomẽ ſuos, quod apertè oſtendit in hoc cap. licèt ſumi prouentus pro fructibus proprij beneficij, ſeu præbendæ, non autem cõmunibus totius Eccleſiæ, vel Capituli, prout in d. cap. dilectus, tum demum,
8 quia nomen reditus, & prouentus † idẽ important, vt poſt Rip. d. cap. cum M. num. 14. monet Molign. d. num. 943. li-
9 cèt in hoc † aliud viſum fuerit Surd. loc. cit. & Rebuf. d. l. frugem verſ. prouentus, de verb. ſig. nomine tamẽ prouentuum Eccleſiaſticorum non alicu-
10 ius, ſed abſolutè, & ſimpliciter † veniunt diſtributiones quotidianæ, vt apertè decidit Bonif. 8. in Extrau. vnic. de decim. inter commu. ibi & quia non occurrit nobis, quin diſtributiones quotidianæ prouentus Eccleſiaſtici ſint, & quæ ſequuntur.

Tertia Concluſio. Idem quoq; exiſtimo de nomine obuentionum benefi-
11 cij, ſeu præbendæ, vt nimirum † earũ appellatione nequaquam veniant quotidianæ diſtributiones. Id enim expreſſè tradit Prob. in addit ad Io. Monach. d. c. vnico num. 52. Molignat. d. tract. de appellat. verb. ſignif. num. 810. poſt Rip. reſponſ. 2. nu. 2. de conſtit. ex quo
12 vterque infert † ſtatutum priuans beneficiatos habentes litem ſuper beneficijs, quibuſcunque fructibus, & obuentibus, non debere hanc interpretationem recipere, vt etiam priuet quotidianis diſtributionibus. Accedit, quòd
13 obuentiones dicuntur fructus † ex re venientes cuiuſcunque ſint emolumenti, vt per tex. in l. 1. iuncta Gloſ. in §. exercitorem ff. de exercitor. action. docet Rebuf. d. l. frugem. verſ. obuentiones etiam, ſupra autem oſtendimus diſtributiones quotidianas neque propriè dici fructus beneficiorum, aut præbendarum, neque ex ipſis beneficijs immediatè, ſed ex labore potiùs, ac ſeruitio Eccleſiæ præſtito prouenire.

Quarta Concluſio. Diſtributiones
14 quotidianæ propriè continentur † nomine emolumenti beneficiorum, ſeu præbendarum. Id apertè colligitur ex Put. deciſ. 375. nu. 2. iunctis ſeqq. lib. 2. vbi loquens de diſtributionibus vtitur nomine emolumẽtorum loco generis. Idem etiam ex eo probatur, ꝙ nomen
15 emolumenti † generaliſſimum eſt ſignificans quamcunque vtilitatem quoquomodo ex aliqua re venientem, vt patet ex Malach. cap. 3. & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius? cap. nemo de Simon. cap. 1. de teſtib. in 6. Clem. ſtatutum de elect. & ibi per Gloſ. & Doct. Surd. d. conſi. 162. num. 3. poſt Cuman. conſi. pariter 162. ſtatim poſt principium; certum autem eſt ex ſupradictis quotidianas di-
16 ſtributiones † eſſe vtilitatem quandam ex præbẽdis, & Canonicatibus, ſeu portionibus aliquo modo prouenientem. Plura de his, & ſimilibus nominibus præter citatos Doct. & in d. iuribus videri poſſunt apud Picum in l. Titia §. Titiæ cum nuberet nu. 110. ff. de leg. 2. Bero. conſi. 51. num. 5. vol. 2. Bertrand. conſi. 119. num. 4. vol. 3. & conſi. 275. lib. 2. & alios alijs in locis.

### SVMMÆ RERVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ non computantur in valore beneficij ex communi.*

2 *Valor beneficij, quod quis impetrat, exprimẽdus eſt in illius impetratione; idq; tantùm propter regulas Cancellariæ. num. 4.*

3 *Valor diſtributionum non debet neceſſariò exprimi in impetratione beneficij, & quæ ſit ratio. num. 5.*

6 *Diſtributiones quotidianæ incertæ ſunt, nec ad certam ſummam redigi poſſunt; cum eſſe poſſit, vt quis etiam ſine culpa eas non percipiat.*

7 *Aptitudo acquiſitionis nõ auget pretium rei, neque aliquem reddit locupletiorem.*

8 *Anniuerſaria, & mortuaria non computantur in valore beneficij, neque in eius impetratione neceſſariò exprimenda ſunt.*

9 *Diſtributiones quotidianæ non computantur in valore beneficij, neque ſunt neceſſariò exprimendæ in impetratione, quàmuis beneficium nullos alios reditus habet præter diſtributiones.*

10 *Priuilegium, & qualibet verba debent aliquid operari.*

11 *Diſtributiones, & reliqua incerta computantur ſecundùm aliquos in valore beneficij, & exprimenda in eius impetratione, quando ad certam ſummam reduci poſſunt; qui tamen falluntur.*



## *An quotidianæ diſtributiones computari debeant in valore beneficij. Quæſtio VIII.*

FRequentiſſima eſt hac in re, communiq; omnium ſcribentium calculo recepta ſententia quotidianas diſtributio-
1 nes † non computari in valore beneficij; ex quibus nonnullos dumtaxat retuliſſe ſit ſatis. Fuit igitur hoc deciſum per Rotam Rom. deciſ. 8. de præben. in nou. deciſ. 39. eod. tit. in antiq. & deciſ. 33. de ſent. & re iudic. in antiq. deciſ. 5. num. 7. par. 2. in nouiſs. diuerſ. Caſſad. deciſ. 6. num. 6. ſub tit. de præben. eius ſententiæ fuerunt etiam Pariſ. conſi. 39. num. 4. vol. 4. Tiber. Decian. conſi. 43. num. 13. & ſeqq. vol. 1. Franc. Burſat. conſi. 185. num. 10. vol. 2. Oldr. conſi. 118. ferè per totum. Prob. in Addit. ad Io. Monach. d. c. vnico num. 37. & ibi Doct. ferè omnes Anch. in clem. 1. de conceſſ. præben. quæſt. 5. Fel. in c. ad aures num. 14. de reſcript. Io. Selu. in tract. de benef. 3. part. quæſt. 12. nũ. 33. Couar. d. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 1. & alij ſæpe eidem concluſioni ſubſcripſerunt. Ex qua etiam plerique
2 inferunt, quòd licèt † alias, quicquid ſit de iure communi, propter regulas Cancellariæ teneatur quis exprimere valorem beneficij, quod impetrat, aliàs gratia eſt nulla, vt tradit Abb. Fel. & cæteri d. c. ad aures de reſcript. Gomes, & cæteri Gloſſat. ad d. regulas; tamen
3 † non debet neceſſariò exprimere diſtributiones quotidianas; ſed ſolùm valorem præbendæ, prout voluerunt Oldr. d. conſi. 118. Hier. Gig. conſi. 144. nu. 11. Decian. d. conſi. 43. nu. 14. vol. 1. Caſſad. d. num. 6. Anchar. d. Clem. 1. Fel. d. c. ad aures nu. 14. Barbat. in cap. vlt. col. antepen. de pecul. cler. Io. An. ad Specul. rubr. de conceſſ. præben. Prob. in Addit. ad Io. Monach. d. cap. vnico nu. 53. & 57. Selu. d. cap. 12. num. 33. Mil. in Repert. Verb. gratia Gom. in tract. de expectat. nu. 104. & poſt alios Couar. d. num. 1. inquiens hanc eſſe communem opinionẽ, & probari ex tex. in d. c. vnico de cler. non reſid. in 6. ſed nihil minus habetur in illo tex. in quo nulla mentio fit de valore exprimendo, ſed neque haberi po-
4 tuit, cum † de iure cõi ſcripto, & in corpore iuris clauſo nulla facienda ſit mentio valoris beneficij ĩ impetratione, ſed ſolùm ex diſpoſitione regularum Cancell. quæ ſemper à ſummis Pontificibus innouantur, vt tradunt Doct. magis cõmuniter in d. cap. ad aures de reſcript.
5 Ad rationes ergo † recurrendum eſt, & quidem Couar. d. num. 1. Oldr. d. conſi. 118. & Prob. d. nu. 53. poſt Bertrand. cõſ. 275. col. 1. part. 2. eam rationem tam cõcluſionis, quàm illationis præfatarum afferunt, quòd diſtributiones quotidianæ non augeant corpus præbendæ, & beneficij. ſed hæc videtur petitio principij, hoc ipſum. n. quæritur cur non augeant corpus præbendæ, & beneficij: quare Oldr. & Prob. aiunt ideo non augere corpus, & valorem, quia præbendæ, & diſtributiones ſunt diuerſa, & ſeparata inter ſe, atque adeo non poſſunt conglutinari, aliasq; rationes afferunt, prout apud eos videre eſt. communior autem, & firmior eſt illa, quam & ijdem Doct. Fel. d. c. ad aures, & Gregor. Tholoſ. in tract. de benef. cap. 15. num. 5. poſt Rebuf. in tract. de congr. port. cap. 10. & 11. & alij ferè omnes, qui hanc rem pertractarũt, afferunt, ni-
6 mirum quòd † incertæ ſint, nec ad certã ſummam reduci poſſint; in certum. n. eſſe poteſt, num quis intereſſe poſſit, vt in ſpecie monet Gregor. d. num. 5. Oldr. d.

conſi.118.Prob.vbi ſupr.num.37. 54. & 55.cum fieri poſſit, vt Clericus abſque culpa,immo ex iuſta cauſa, puta ſtudij, aut domeſticorum negotiorum abſit ab Eccleſia, diſtributionesq; quotidianas non percipiat iuxta ea,quæ infr. 2. part. latiùs explicabimus; at verò certum eſt
7 aptitudinem † acquiſitionis non augere pretium rei, neque reddere aliquem locupletiorem,vt per tex. in l.pretia rerum ff. ad l. falc. l. naturalem §. 1. ff. de acquir. rer. dom. & alia tradunt Alex. conſi.132.col.1.& conſi.152. in fin. vol. 6.Caſſan.conſi.45.col.1. Prob. d. nu.37. & 54. & cap. ſi poſtquam de præb. in 6. ferè per totum multa enim cadunt (vt iam veteri prouerbio fertur) inter calicem, ſupremaq; labra. Stet ergo firma concluſio diſtributiones quotidianas non cõputari in valore beneficij,ideoq; in eius impetratione earundem mentionem non eſſe neceſſariò faciendam; idq; propter illarum incertitudinem. Quæ quidem concluſio ampliatur pri-
8 mò, vt procedat etiam † in mortuarijs, & anniuerſarijs defunctorum, vt voluit Rot. d. deciſ. 8. de præb. in nou. Felin.d.c.ad aures nume.14. Anchar.d. quæſt.5. Oldr. d. conſi.118. Prob.d. nu. 53. Couar. d. num. 1. alijq; Doct. pene omnes in concluſ.cit. Secundò amplia-
9 tur, etiam ſi in illa Eccleſia † nulli alij reditus ſint, quàm diſtributiones quotidianæ, tum quia nullus Doct. vno excepto hunc caſum ab illa regula, & cõcluſione excipit; tum quia ideo nomine fructuum veniunt diſtributiones in ſententia, vel priuilegio vbi Canonicatus in illis dumtaxat conſiſtunt iuxta ſuperiùs deducta in q. 6. quia aliàs priuilegium, & ſententia nihil operarentur, prout colligitur ex Prob. d. addit. ad Monach. num. 64. priuilegium au-
10 tem, & quælibet verba † debēt aliquid operari, cap. licèt, & ibi Doct. de priuil. latè Alex. conſi. 187. vol. 5. quod quidem non vrget in caſu noſtro, vnde ſtandum eſt regulæ. Ex quibus ſatis patet longiùs à veritate aberraſſe Tiber. Decian. d.conſi.43.nu.15. vol. 1.virum alioqui euiditiſſimum, & Iureconſultũ clariſſimum, dum concluſionem ſuperiùs propoſitam, quòd diſtributiones, non computantur in valore beneficij, neque de ijs neceſſariò facienda ſit mẽtio in impetratione beneficij, ita cõtendit temperandam, vt non procedat vbi nullæ ſunt præbendæ in Eccleſia diſtinctæ à diſtributionibus; neque enim verum eſt, quod ipſe aſſumit, ſed non probat, diſtributiones tunc ſubrogari loco præbendarum, & earum naturam aſſumere,cum ſint planè diuerſa. Minùs verum eſt, quòd aliàs redderetur eluſoria regula Cancellariæ diſponens, vt exprimatur valor beneficij in impetrationibus quorumcunque beneficiorum; nam ſatis ea locum habet in beneficijs, quæ habent reditus diſtinctos à diſtributionibus. Verùm hanc conclu-
11 ſionem reſtringit † Fel. d. cap. ad aures num.15.& Anchar. d. Clem.1. quæſt.5. in fin.de præben.vt non procedat,quando hæc incerta reduci poſſunt ad aliquam certam ſummam; nam tunc recipiunt æſtimationem, ſic vẽditur iactus retis, & reditus ex iuriſdictione proueniens l.ſi iactum ff. de act. empt. & cap. 1.& 2.cum ibi not.ne præl. vic. ſuas. Falluntur tamen ambo (pace tantorum virorum dictum ſit), nam incertitudo illa, quæ facit, vt diſtributiones, & anniuerſaria non computentur in valore beneficiorum, & de ijs non ſit facienda neceſſaria mẽtio in impetratione beneficij,non eſt attẽdenda ex parte emolumentorum,ſeu prouẽtuum, prout ipſi ſupponere videntur, ſed ex parte ipſius acquiſitionis, ſeu perſonæ acquirentis, quia fieri poteſt, vt ea non acquirat, quod mox ex Prob.Oldr.& Gregor. demonſtrauimus. Atq; hæc de hac quæſt. quin, & de tota prima huius tractatus parte dicta ſint ſatis.





# PARS II.

## *De Quotidianis Diſtributionibus acquirendis.*

EXPLICATIS ijs, quæ generatim de quotidianis diſtributionibus dicenda videbantur, quod erat primum caput eorum, quæ initio huius tractatus diſputanda propoſuimus, ſequitur nunc, vt ad ſecundum caput, quod eſt de ijſdem quotidianis diſtributionibus rectè tam in foro conſcientiæ, quàm contentioſo acquirendis, deſcendamus; quod quidem illa breuitate, quã rei magnitudo patietur, quæq; neceſſaria eſt, diluciditate, deciſiuè more noſtro perſoluemus.

### SVMMÆ RERVM.

1 *Clericis duntaxat Eccleſiarũ Collegiatarum competit percipere poſſe quotidianas diſtributiones.*

2 *Canonicis, & qui dignitates obtinent in Eccleſiis Cathedralibus,vel Collegiatis, competit diſtributiones poſſe percipere.*

3 *Ius percipiendi diſtributiones quotidianas cõpetit ratione Canonicatus, vel dignitatis, quæ quis obtinet in Eccleſia Collegiata.*

4 *Canonici ſupernumerarij, & creati cum expectatione præbendas percipere poſſunt quotidianas diſtributiones, & num. 7.*

5 *Canonici ſupernumerarij habent ſtatim omnia iura Canoniæ, & ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo, ideoq; poſſunt eligere.*

6 *Canonici ſupernumerarij poſſunt eſſe delegati Papæ.*

8 *Receptus in Canonicum debet cùm primum occaſio tulerit habere præbendam, & interim habebit diſtributiones.*

9 *Canonicus receptus vltra numerum non modò voluntariè, ſed etiam mandante Pontifice poſtquam reliqui Canonici ſemel fregerunt numerum etiam ab ipſo Papa confirmatum habebit diſtributiones.*

10 *Canonici ſupernumerarij non habent diſtributiones vbi conſuetudo ſit, quod non habeãt iura Canoniæ.*

11 *Canonicus non habet diſtributiones niſi fuerit inſtallatus quoad chorum vbi adſit cõſuetudo,quòd non adminiſtret iura Canoniæ niſi fuerit inſtallatus.*

12 *Canonicus receptus vltra numerum nõ ſimpliciter, ſed cum hoc, quod ſit ſupernumerarius, non habebit diſtributiones.*

13 *Canonicus receptus vltra numerum non habet diſtributiones cùm Papa mãdat recipi aliquẽ in Eccleſia, in qua eſt certus numerus,neq; ei derogat, neq; mandat recipi cũ plenitudine iuris Canonicalis.*

14 *Canonicus receptus vltra numerum de mandato Papæ habere debet diſtributiones donec aſſecutus fuerit præbendam, vel reditus augeantur.*

15 *Manſionarij quoque percipere poſſunt quotidianas diſtributiones.*

16 *Manſionarij multis nominibus appellantur; & de ijs plura remiſſiuè.*

17 *Diſtributionum quotidianarũ capaces ſunt clerici diſtincti à Dignitatibus, Canonicis,& Manſionarijs.*

18 *Capellani quoque nonnulli capaces ſunt diſtributionum. quorum mẽſa diſtincta erit à menſis cæterorum clericorum illius Eccleſiæ. num. 19. Portioq; deficiens accreſcit cæteris Capellanis. num.20.*

### *Quibus Clericis competat percipere Diſtributiones Quotidianas.*
### *Quæſtio I.*

NON agimus hic quando, & quibus in caſibus poſſint licitè clerici percipere quotidianas diſtributiones; hoc enim latius explicabimus,& proſequemur in omnibus ferè ſequentibus quæſt. ſed quibus clericorum generibus conueniat poſſe illas percipere.cui quęſtioni per quinq; ſequẽtes cõcluſiones maioris perſpicuitatis gratia lubet reſpondere.

Prima Concluſio.Certum eſt non rectoribus Eccleſiarũ parochialiũ,nõ Capellanis, aut ſimilibus beneficiatis, ſed
1 tm̃ † Cathedraliũ, & Collegiatarũ Eccleſiarũ clericis cõpetere, vt huiuſmodi

quoti-

quotidianas diſtributiones poſſint percipere, id aptè cõſtat ex tex. in d. c. vnico, de cler. non reſid. in 6. ibi conſuetudinẽ, qua Canonici, & alij beneficiati, ſeu Clerici Cathedralium, & aliarum Collegiatarũ Eccleſiarum diſtributiones quotidianas qualitercunque in ciuitatibus, ſeu alijs locis, in quibus ipſæ conſiſtunt eccleſiæ, ſint præſentes, ex integro percipiunt, iunctis ijs, ſtatuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianæ Canonicis, ac alijs beneficiatis, & Clericis ipſarum Eccleſiarum, qui eiſdem officijs in ipſis Eccleſijs adfuerint, tribuantur, &c. idem etiam patet, ex clem. vt ij, qui, de æt. & qualit. & ord. præfic. in ijs verbis (qui diuinis in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclefijs ſunt mancipati officijs,) iunctis ijs (illi verò, qui dignitates, perſonatus, officia, vel prębendas, quibus certi ordines ſunt annexi pacificè nũc obtinent in ijſdem Eccleſijs, vel obtinuerint in futurum;) & illis quoque verbis (ipſisq; diſtributionũ, quæ dantur his, qui certis horis interſunt, pars dimidia ſubtrahatur) quibus in locis, & alibi ſæpe id apertè ſupponunt Doctores omnes. Sed idem quoque liquidò cõſtat ex verbis Cõcil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 24. cap. 15. ſuperiùs per nos relatis in 1. par. quæſt. 5. cõcl. 2. & ex eod. Concil. d. ſeſſ. 24. cap. 12. §. præterea, ibi obtinentibus in eiſdem Cathedralibus, aut Collegiatis, dignitates, Canonicatus, præbẽdas, aut portiones, non liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſijs quolibet anno adeſſe; & ſtatim, alioquin primo anno priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum; pauciſq; interpoſitis, diſtributiones verò, qui ſtatis horis interfuerint, recipiant; dum enim tam Concil. Trid. quam iura, & Doct. locis cit. cùm loquuntur de perſonis, quæ ius habent percipiẽdi quotidianas diſtributiones, de ſolis Clericis Collegiatarum, vel Cathedralium Eccleſiarum mentionẽ faciunt, nullam verò de alijs Clericis cæterarum Eccleſiarum, apertè oſtendunt ijs ſolis conuenire eaſdem diſtributiones poſſe percipere.

Secunda Concluſio. Certum eſt etiã obtinentibus dignitates, vel Canonicatús tam Cathedralium, quàm Collegia-
2 tarum Eccleſiarum † competere, vt quotidianas diſtributiones poſſint percipere. Id probatur tum ex ſuperiori concluſione maximè verò ex verbis tex. in d. c. vnico, ibi, ſtatuimus vt diſtributiones quotidianæ Canonicis &c. necnon, in d. Clem. vt ij, qui ibi, qui dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas obtinent in eiſdem Eccleſijs, ſimul cum ijs verbis, quæ paulò poſt ſequuntur, ipſiſque diſtributionum, quę dantur his, qui certis horis interſunt, pars dimidia ſubtrahatur, &c. item ex Extrau. 11. quæ incipit cum nonnullæ la 1. §. præterea, de præben. inter commun. ibi, debere computari pro quotidianis diſtributionibus illa tantùm, quæ præfatis Canonicis quotidie pro diurnis, & nocturnis horis diſtribuuntur ſine fraude. Idem quoq; cõſtat quo ad dignitates, ex cap. licet de præben. nec non ex Concil. Trident. ſeſſ. 21, cap. 3. ibi in diſtributiones quotidianas conuerti, quæ in dignitates obtinẽtes, & cæteros diuinis intereſſentes proportionabiliter iuxta diuiſionẽ ab Epiſcopo faciendam diuidãtur: rurſusq;, tam quoad obtinẽtes dignitatem in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis, quàm etiam quoad Canonicos earũdem Eccleſiarum patet ex eodem Concil. Trid. d. *Seſſ.* 24. cap. 12. §. præterea ibi, obtinentibus in eiſdem Cathedralibus, aut Collegiatis dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones iunctis ijs, diſtributiones verò, qui ſtatis horis interfuerint, recipiant; tũ quia ius percipiẽdi diſtributiones quotidia-
3 nas † competit Clericis quatenus in Eccleſia Cathedrali obtinent dignitatem, aut Canonicatũ, vt patet ex tex. in cap. dilectus il 1. cap. pro illorum, & cap. dilectus il 2. cũ ibi not. per Gloſ. & Doct. de præben. quod etiam alibi non ſemel admonuimus.

Tertia concluſio. Non modo illi Canonici, qui ſunt de certo numero Canonicorum,



nicorum, ſed etiam ſupernumerarij, & creati cum expectatione præbendæ, de quibus per tex. & Doct. in cap. cum M. Ferrarienſis de conſtit. d. cap. pro illorum, de præben. & in cap. fin. de
4 conceſſ. præben. in 6. poſſunt † percipere quotidianas diſtributiones, quod quidem comprobatur, tum ex eo, quod mox oſtendimus ius percipiendi quotidianas diſtributiones prouenire ex Canonicatu, ſeu Canonia; Canonici autẽ recepti vltra numerum habent ſtatim
5 † omnia iura Canoniæ, vti ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo, atq; adeo
6 poſſunt eligere; ſimiliter poſſunt † eſſe delegati Papæ, & habere prærogatiuas omnes, quibus cæteri Canonici gaudent, vt poſt Innoc. Hoſt. Compoſt. Butr. Calder. Barbat. Fel. Dec. & Rip. d. c. cum M. Ferrarienſis de conſtit. Gem. in cap. ſtatutum, de reſcrip. in 6. cap. ſi is cui, de præben. & d. cap. fin. §. in illis, de conceſs. præben. eod. lib. Feder. de Sen. conſi. 290. Lap. alleg, 14. in 7. concluſ. tradit Gomeſ. de Grat. expect. nu. 35. & 38. Alphonſ. Hoied. in d. tractat. de benef. incompatib. part. 1. cap. 12. nu. 6. & Io. Staphil. de form. expectatiuar. form. 1. num. 2. vſque ad 12. tnm quia in ſpetie, quòd huiuſmodi Canonici vl-
7 tra numerum recepti † habere debeãt quotidianas diſtributiones, voluit idẽ Gomeſ. d. tract. de Grat. expectat. num. 38. Staphil. d. form. 1. num. 8. & 12. & Hoied. d. cap. 12. num. 7. poſt Bal. in l. fi. C. de alluuion. & in Margarita ad Innoc. in verb. Canonicus, il 2. Innoc. ipſum in d. cap. dilectus, il 1. de præben. Abb. d. c. cum M. Ferrarienſis, num. 29. cum ſeqq. & ibi Rip. num. 186. Bernard. Diaz. in tract. regul. & fallent. reg. 68. idque ipſum decidiſſe videtur ſacra Cõgregatio quæ præeſt interpretationi Trident. Concil. dum ad ſeſs. 21. cap. 3. de refor. declarauit in vna Legobienſi, & Salernitana diſtributiones quotidianas eſſe diuidendas tam non habentibus præbendas, quàm habentibus, tum demum quia id probari videtur, in d. cap. cum M. Ferrarienſis, ibi, mandamus, quatenus, cum ijdem Canonici in derogationem ſuæ conſtitutionis ad vacaturas præbendas quatuor receperint vltra numerum conſtitutum, antiquis Canonicis præbendas cum integritate percipientibus conſuetas ſuperexcreſcentes reditus prædictis Canonicls facias aſſignari. Sed quoniam, licèt loquatur ibi ſummus Pontifex de reditibus non proprijs præbendarum, ſed cõmunibus totius menſæ capltularis, vt ſatis patet ex verbis citatis, d. cap. cum M. & in ſpetie adnotauit ibi Glo. in verbo induſtriam, & ibi Io. Andr. in addit. poſt Hoſt. tamen adhuc id poteſt intelligi de illis reditibus communibus, ſeu diſtributionibus, quas in prima, vel ſecunda ſpetie diſtributionũ ab ea quotidianarum, de qua agimus, diſtinctarum collocauimus ſupra in prima part. huius tract. quæſt. 3. ideo ad alia iura veniamus. Et quidem Hoied. d. num. 7. inquit id probari per tex. in d. c. dilectus, il 1. de præben. ſed certè nihil ibi dicitur de Canonico recepto vltra numerũ, ſed ſolùm in eo cauetur, quòd recepto
8 in Canonicum † quam citò facultas ſe obtulerit, debetur prabenda, & interim habebit quotidianas diſtributiones, prout eum textum ſummant, & intelligunt Doct. magis cõmuniter, quia fortè certus erat in illa Eccleſia Canonicorum numerus, ſed vnus, pluresue ex ijs Canonicatibus erant ſine præbenda, & mandat Pontifex prouideri nouiter recepto de præbenda cum primũ vacauerit, quia non eſt congruum, vt præbenda careat, qui in Canonicum noſcitur eſſe receptus, vt ibi dicitur, & in cap. relatum, & in cap. dilectus il 2. eodem tit. vbi eſt ſimilis ferè facti ſpeties, & cõſtitutio. Melior ergo tex. eſt in cap. pro illorum, eod. tit. de præb. ibi, mandamus, quatenus ſi vobis cõſtiterit prædictos Canonicos aliquem vltra conſtitutum numerum in Canonicum auctoritate propria recepiſſe, cum nobis legẽ imponere non debeant, quam ipſi negligunt obſeruare, latam in ipſos excõmunicationis ſentẽtiam à prædicto Archie-

chiepiſcopo tamdiu denuncietis ſubla-
to appellationis obſtaculo ſeruandam,
donec ſæpe dictum magiſtrum recipiãt
in Canonicum, & ea, quæ ad Canonica-
tum pertinẽt cum ſtallo Chori, & loco
Capituli ei ſtudeant aſſignare; probat
enim apertè hic tex. iuncta Gloſ. fin.
9 ibid. in Verbo Canonicatum † non mo-
dò Canonicum voluntariè ab ipſis rece-
ptum vltra numerum ab ijſdem conſti-
tutum, & à Sede Apoſtolica confirma-
tum, ſed etiam alium, quem Papa man-
dat recipi poſtquam ſemel fregerunt d.
numerum, debere habere quotidianas
diſtributiones, ſic enim explicat Gloſ. &
alij illa verba tex. ea, quæ ad Canoni-
catum pertinent; idq; maximè iuncto d.
c. dilectus il 1. ex quo tex. & d. c. pro il-
lorum, & c. dilectus il 2. de præben. li-
quidò conſtat ad Canonicatum perti-
nere quotidianas diſtributiones perci-
pere. Optimus verò tex. eſt in cap. fin. §.
ſi autem, de conceſſ. præben. in 6. ibi, ſi
autem huiuſmodi recepti vltra nume-
rum diſtributiones, & alia, vt Canonici
de numero exiſtentes ſic tempore dictæ
reuocationis habebãt & c. & clarans in
§. ſeq. ibi, in illis verò, qui vltra nume-
rum auctoritate præfata in aliquarum
Eccleſiarum Canonicos iam recepti
quantum ad Capitulum, & ad Chorũ,
ac diſtributionum perceptionem quoti-
dianarum plenitudinem iuris Canonici
tunc habebant; quàmuis in eo tex. Bo-
nif. 8. afferens interpretationem ad quã-
dam conſtitutionem à ſe emanatam re-
uocatoriam gratiarum ſub expectatio-
ne diſtinguat, ac decernat, vt d. reuoca-
toria includat receptos in Canonicos
vltra numerum præbẽdam, portionẽue
diſtinctam expectantes, etiam ſi perci-
perent diſtributiones quotidianas, ſe-
cus autem, ſi præbendam, aut portio-
nem diſtinctam non expectabant, ſed
ſolùm augumentum portionis, vt patet
ex tex. & Doct. ibid.

Præter hanc verò diſtinctionem, quę
eſſe poteſt quædam limitatio, & reſtri-
ctio ad 3. hanc concluſionem limitatur
10 adhuc primò, vt non procedat † vbi ſit
conſuetudo, quòd Canonici ſic vltra
numerum recepti non habeant iura Ca
noniæ, vt poſt Dom. de Rot. Butr. Imo.
Anch. & Card. tradit Fel. d. cap. cum M.
num. 23. in fin. & Staphil. loc. cit. num.
11 11. & 12. aut † niſi eſſet conſuetudo,
quòd Canonicus non poſſit adminiſtra
re iura Canoniæ, niſi priùs fuerit inſtal-
latus; tunc enim ad limites inſtallatio-
nis conſequetur iura Canoniæ; quare ſi
ſolùm fuerit inſtallatus in Choro, con-
ſequitur ea, quæ ſunt Chori, ſi fuerit
inſtallatus in capitulo, ea, quę Capituli,
vt ex Innoc. Compoſt. Abb. & Doct.
communiter in d. cap. cum M. tradit
ibid. Rip. num. 187. Secundò limitatur,
12 ſi † ſit receptus quis in Canonicum nõ
ſimpliciter, ſed cum hoc, quòd ſit ſu-
pernumerarius; nam tunc cõſtat, quòd
Canonici noluerunt frangere numerũ,
& ius integrum de nouo creare (iuxta
tex. in cap. dilecto de præben. cum ibi
traditis per Gloſ. & Doct.) ſed ſolùm
illi dare quoddam ius extraordinariũ,
& præparatorium ad futurum ius inte-
grum obtinendum; ita Abb. d. c. cum
M. num 31. in fine Fel. nu. 23. verſ. hanc
concluſionem. Rip. num. 188. ſecus ve-
rò ſi ſimpliciter recipiatur; nam tunc
frangitur numerus, vt ibid. Abb. &
Fel. adnotarunt. Tertiò limitatur, cùm
13 † Papa mandat ſimpliciter aliquem re-
cipi in Eccleſia, in qua eſt certus nume-
rus Canonicorum, neq; derogat certo
numero, aut nõ mandat recipi cum ple-
nitudine iuris Canonicalis; nam in pri-
mo caſu ſic receptus vltra numerum nõ
habebit plenum ius Canoniæ, neq; quo
tidianas diſtributiones, in 2. autem &
tertio habebit. ita poſt Butr. tenet Abb.
d. c. cum M. num. 32. & Fel. d num. 23.
idem etiam quoad primum caſum ad-
mittit Rip. num. 189. modò in illa Ec-
cleſia non ſolùm adſit certus numerus
Canonicorum, ſed etiam præbendarũ,
quæ ſint Canonicatibus annexæ, aliàs
ſecus; quia, inquit, primo horum duo-
rum caſuum receptus non habet Cano-
nicatum, ſeu titulum permanſurum, cũ
vacante prębenda, & illa adepta Cano-

nicatus



nicatus vacet, & prouiſus conſequatur
nouum Canonicatum per aſſecutionem
præbendæ illi annexæ, & ideo interim
dicitur Canonicus in aere ſecundũ In-
noc. in cap. dilectus il primo de præben.
ſecundo verò caſu receptus ſtatim con-
ſequitur integrum ius Canoniæ, quod
per aſſecutionẽ alicuius præbendæ po-
ſtea non extinguitur cap. fin. de conceſſ.
præben. in 6. & iſta, inquit, fuit intentio
Rot. deciſ. 445. ſi legatus in nouis. vtra-
que opinio eſt probabilis, ideo cogita.
Quartò limitari poſſe videtur vltra præ
dictos Doct. ex Gloſ. d. c. pro illorum in
14 Ver. ad Canonicatũ de præben. vt † Ca-
nonicus receptus vltra numerum de mã
dato Papæ habeat quotidianas diſtribu
tiones donec aſſecutus fuerit præben-
dam, vel fructus fuerint augumẽtati. ita
Gloſ. loc. cit. ſed nihil allegat, ſed poteſt
ſuppleri quoad primum ex tex. in cap.
dilectus il 1. de præben. in fin. ex mente
omnium, & ex cap. dilectus il 2. eod. tit.
etiam in fine ex mente eiuſdem Gloſ. ibi
in Verb. prouentus. quoad ſecundum
verò, nimirum de augmento fructuum
potuit allegare tex. in d. cap. cum M. Fer
rarienſis. ſed ſi rectè ponderentur illi
tex. parum ad rem faciunt; quod etiam
patet ex ijs, quæ diximus, cùm eos ſupra
hac eadem concluſ. perpenderemus;
quare ſolam ipſius Gloſ. auctoritatem
habemus, cui ſtandum exiſtimo, nã licèt
nullus Doct. quã viderim eã Gloſ. appro
bet, & ſequatur, nemo tamẽ ẽt illam im-
probat; maximaq́; eſt Gloſæ auctoritas.

Quarta Concluſio. Non ſolùm Ca-
nonici ius habent percipiendi quotidia-
15 nas diſtributiones, ſed etiã Clerici † il-
li Collegiatarum Eccleſiarũ, qui aliquã
16 do † beceficiati vocantur, vt in d. cap.
vnico de Cler. non reſid. in 6. aliquando
aſſiſij, vt in cap. pen. extra eod. tit. ali-
quando portionarij, vt colligitur ex
Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 3. ſeſſ. 22. cap. 4.
& ſeſſ. 24. cap. 12. aliquando Capellani
vt patet ex Petr. Nauar. tract. de reſtit.
tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 3. alicubi officia-
les nuncupantur, vt in noſtra Eccleſia
maiori Mediolanenſi, quod etiam no-
men fundamentum habet in Clem. vt ij,
qui de æt. & qualit. & Ord. præfic. Ex-
trau. 11. de præben. inter commun. quæ
incipit cum nõnullæ la 1. & Conc. Trid.
d. ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 22. cap. 3. & 4. cõ-
muni verò nomine ferè vbiq; appellan-
tur Manſionarij, vt etiam conſtat ex
Martyrologio Romano ſub die 14. Apri
lis in fin. & Gloſ. pen. in cap. pen. extra
de Cleric. nõ reſid. probatur autem hęc
concluſio ex his omnibus locis, quos
nunc adduximus. Eaſdem verò limita-
tiones, ac reſtrictiones patietur, quæ
cõcluſio ſuperior; nil enim obſtat, quin
etiam in illorum Collegio poſſint ali-
qui recipi vltra numerum, ſicut etiam
in illis locum habere ius optandi alibi
ſæpè docuimus, cum de optione Canoni
ca tractaremus; atque adeo ſicut regula
& concluſio, ita etiam eius reſtrictiones
locum obtinebunt. De his beneficiatis,
ſeu Manſionarijs, eorumq́; officio quod
ad ius commune ſpectat cõſulendi ſunt
Doct. in d. cap. pen. & vnico, quoad ſpe-
ciale verò ius Mediolanen. Eccleſiæ, in
qua ſcribimus, ad effectum quoque per-
cipiendarum diſtributionum: & quoniã
ſi ſingula proſequeremur, nimis proli-
xum eſſet, remittimus lectorem ad Cõc.
Prouinc. Mediol. 1. ſub generali tit. de
Miniſt. Eccleſ. & diuin. off. ſpetiali verò
de offic. Mãſionarij, & aliquid ibid. ſub
tit. de Miſſ. ſolemn. in prin. & Conc. Pro-
uinc. 4. ſub tit. de diſtribut. verſic. cũ de
Mãſionarij, & verſi. Pũctator præterea.

Quinta, & poſtrema Concluſio. Di-
ſtributionum quotidianarum, ſeu iuris
17 eas percipiendi † capaces etiam ſunt ſi
qui ſunt alij Clerici in Eccleſijs Cathe-
dralibus, vel Collegiatus, qui cõſtitue-
re Collegium aliquod aliqua ratione
poſſint, prout in Metropolitana Medio-
lanenſi Eccleſia olim erant ſexdecim cu
ſtodes, nunc verò duodecim, qui oſtia-
riorum nomen acceperunt, & inter eos
quidam prouentus, ſeu emolumenta di-
ſtribuũtur pro rata ſeruitij quotidiani,
quod Eccleſiæ, vel etiam Canonicis in
ipſa Eccleſia exhibent; atque ita diui-
uiduntur, vt partes non intereſſentium,

quod etiam in cæteris diſtributionibus
quotidianis Canonicorũ, & Officialiũ
accidit,intereſſentibus accreſcant. Hæc
autem concluſio ſatis probari videtur
in d.cap.vnico ibi, ſtatuimus, vt diſtri-
butiones ipſæ quotidianæ in quibuſcũ-
que rebus conſiſtant,Canonicis,ac alijs
beneficiatis,& Clericis Eccleſiarũ ipſa-
rum,(nimirum Cathedralium,vel Col-
legiatarũ, prout ſupplet ibi Gloſ.& pa-
tet ex eod. tex. in princip.) qui eiſdem
officijs in ipſis Eccleſijs ad fuerint, tri-
buantur, idem etiam colligitur in Ex-
trauag. 11 quæ incipit cũ nõnullæ la 1.
§.præterea de præben.inter communes.
ibi,cum in aliquibus Eccleſijs, tam Ca-
thedralibus, quàm alijs panis, & potus
pro quotidianis diſtributionibus ipſa-
rum Eccleſiarum Canonicis, & perſo-
nis &c. dum enim abſolutè,& ſimplici-
ter dicit Pontifex,perſonis,comprehẽ-
dere videtur quoſcunque Clericos, qui
diuinis officijs interſunt in Eccleſijs Ca
thedralibus, & Collegiatis. Atq; adeo
vnà cum alijs iuribus mox allegatis for
taſſis complectitur etiam illos Capella-
18 nos, † qui ex fundatorum inſtitutione
præterquam quòd celebrare debent in
Eccleſia Cathedrali ad altare ab ipſis
dotatum pro dantium animabus, tenẽ-
tur etiam in Eccleſia eadẽ horis inter-
eſſe diuinis,de quibus Capellanis in cõ-
ſtitutione præcedenti quæ eſt, 10. & in-
cipit, poſtulaſti,ſub eod. tit. de præben.
locutus fuerat idẽ Pontifex, loquiturq;
Gloſ.in Clem.2. Verb. diſtributionum,
vbi cæteri Doct.de ætat. & qual. & ord.
præfic.& cuiuſmodi capellanos quam
plurimos videmus in Eccleſijs Collegia
tis,duosq; nos habemus in eadem Me-
tropolitana Eccleſia Mediolani ex fun-
datione Andreæ Vicomercati olim eiuſ
dem Eccleſiæ Canonici Ordinarij. hu-
ius autem generis presbyteri, ſeu Ca-
pellani aliqua ratione dici poſſunt ca-
paces quotidianarum diſtributionum,
non quidem illarum communium, quæ
Canonicis,aut Manſionarijs tribuũtur,
ſed earum, quæ ex propria Capellania,
ſeu altari percipiunt,quæ ideo dici poſ-
ſunt quotidianę diſtributiones, quia il-
los reditus acquirũt ratione intereſſen-
tiæ diuinis officijs, inter ipſosq; Capel-
lanos accreſcunt,quando ipſi non inter-
ſunt,non autem alijs Clericis illius Ec-
cleſiæ, qui cum ijs Collegium non con-
ſtituunt: ex his igitur reditibus, ac di-
ſtributionibus maſſa quædam,ſeu men-
ſa communis conficitur diſtincta à mẽ-
ſis cæterorum Clericorum eiuſdem Ec-
19 cleſiæ, quæ quidem menſa † inter ipſos
Capellanos dumtaxat diuiditur, ita, vt
20 portio † deficiens eius, qui non inter-
fuerit, acreſcat cæteris intereſſentibus;
quòd ſi nemo interſit, applicandi erunt
reditus in vtilitatem communem illius
menſæ,quæ habet quodammodo ratio-
nem Eccleſiæ,iuxta ea, quæ latiùs diffe-
remus infr. 3. par. huius tract. quæſt.6.
Interim vero finis ſit huic 1. quæſt. 2.
par.

## SVMMÆ RERVM.

*1 Beneficiarius non recitans horas Canonicas iuſto ceſſante impedimento an teneatur ad reſtitutionem fructuum.*

*2 Beneficiarius non recitans horas Canonicas iuſto ceſſante impedimento tenetur poſt ſex menſes pro rata ad fructuum reſtitutionem; ijq; fructus conuertendi ſunt in fabricas Eccleſiarum. num.3.*

*4 Beneficiatus in Eccleſia Collegiata non facit ſuas diſtributiones, ſi priuatim, non autẽ in Choro recitat officiũ, intereſtq; diuinis.*

*5 Canonici non tenentur canere cum officium ſit cantu figurato.*

*6 Conſuetudo generalis approbata, & tolerata per Papam, & Eccleſiæ Prælatos excuſat.*

*7 Cantus figuratus licèt in Eccleſia congruus ſit, ac decens, non tamen eſt neceſſarius, aut præceptus.*

*8 Canonici nonnulla canere non tenentur cantu etiam firmo cùm adſunt Manſionarij*

*9 Canonici cogi poſſunt ab Epiſcopis etiam ſub pœna amiſſionis alicuius partis diſtributionum obire officia ad vnumquemque ratione proprij ordinis, aut muneris hebdomadarij ſpectantia; & num. ſeqq.*

*10 Canonici, & alij beneficiati debent inſeruire Eccleſijs Collegiatis continuè in diuinis officijs, quacunque conſuetudine non obſtante.*

11 Con-



*11 Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 3. de reform. quid diſponat de diſtributionibus quotidianis.*

*12 Canonici cogi poſſunt etiam ſub pœna amiſſionis diſtributionum ad aſſiſtendum, & inſeruiendum Epiſcopo Pontificalia exercẽti.*

*13 Canonici, & obtinentes dignitatem in Collegiatis cogi poſſunt ſub pœna amiſſionis diſtributionum, & alijs arbitrarijs pſallere in Choro.*

*14 Baſilienſ. Concil. decreta quam vim habeãt.*

*15 Attẽtio aliqualis requiritur in recitãdo diuino officio ad hoc, vt clericus Eccleſiæ Collegiatæ percipiat quotidianas diſtributiones.*

*16 Attentio interior quæ requiratur in recitatione diuini officij ad mortale peccatum euitandum.*

*17 Attentio exterior requiſita ad lucrandas diſtributiones eſt quædam externa recollectio, & compoſitio, qua non diuertamur ad extranea.*

*18 Attentè, atque ex propoſito aliquid non faciens non ſatisfacit obligationi, quam quis habet illud faciendi.*

*19 Paria ſunt aliquid non facere, & minùs rectè, aut legitimè facere.*

*20 Attentionem interiorem ad verba requiri, vt quis lucretur fructus, probabilius eſt.*

*21 Canonicus tenetur ad reſtitutionem diſtributionis illius horæ, cuius partem notabilem conſumit in confabulationibus, aut voluntariè dormit num. 22.*

*23 Canonici ratione præbendarum tenentur ſaltem aliquando in Chorum conuenire.*

*24 Auctoritatem quis præbere alicui rei non dicitur, ſi ad aliam attendat.*

*25 Canonici tenentur ſaltem in defectum Manſionarium pſallere in Choro.*

*26 Officia diuina publicè, & conuentualiter recitari debent in Eccleſia ex præcepto Eccleſiaſtico.*

*27 Stipendium diſtributionum quotidianarum aſſignatum eſt, vt diuina officia in Eccleſia per Clericos recitentur.*

*28 Statutum, vel conſuetudo, vt Canonici teneantur in Choro pſallere, licèt adſint Capellani, valent, & ſeruanda ſunt.*

*29 Synodus Prouincialis quidnam ſtatuere poſſit circa diuina officia.*

*30 Conſuetudo adſtringens Canonicos ad pſallendũ in Choro ſufficit, quòd ſit decennalis.*

*31 Canonici, & qui dignitates obtinent in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis etiã ſecluſa conſuetudine, vel ſtatuto tenentur pſallere in Choro, licèt adſint Manſionarij.*

*32 Cap. vnicum de dier. non reſid. in 6. quomodo probet Canonicos teneri pſallere in Choro, vbi etiam adſint Manſionarij.*

*33 Præfatis conſtitutionis declarat ipſam conſtitutionem.*

*34 Canonicos quoque teneri pſallere in Choro colligitur ex Trident. Concil. Item ex conſtitutione quadam Pij V. quæ incipit, ex proximo; num. 35.*

*36 Clerici Collegiatarum Eccleſiarum indiſtinctè iubentur in Choro diuina officia decantare.*

*37 Diſtinguendum non eſt vbi lex non diſtinguit.*

*38 Canonici habent diſtributiones propter Chorum, & eas lucrantur officio, & ratione Chori, quæ conſiſtit in communicatione.*

*39 Diſtributiones dantur eò, quòd dicuntur horæ in Eccleſia.*

*40 Beneficia dantur propter officia.*

*41 Fauendum in dubio cultui diuino.*

*42 Canonici debent meditari quæ canuntur.*

*43 Conſuetudo induci poteſt, vt non teneantur Canonici pſallere, modò id à pijs viris fiat. debet autem induci cum aliqua ratione ſpatio quadraginta annorum, num. 44.*

*45 Canonicus, qui non canit ob aliquam iuſtam cauſam, lucratur diſtributiones. Idem ſi partem minorem notabili nõ canat. nu. 46. Aut ſi propter legitimum impedimentum canere non poteſt, num. 47.*

*48 Chorus, qui errauit cantando aliud, vel aliter, quàm debuit, non tenetur iterum id ſupplere cõuentualiter, ſed ſufficit vt quiſque priuati ſuppleat.*

## *An ſola præſentia in Choro ſufficiat ad lucrifaciendas Diſtributiones Quotidianas. Quæſtio II.*

IN hac quæſtione, quæ ſanè difficilis eſt, & ſatis perplexa, vt dilucidè procedamus, & methodicè, quædam priùs ſupponenda ſunt tamquam in iure indubitata; deinde diſtinctiones quædam circa quæſtionis titulum afferendæ, deniq; nonnullis propoſitis cõcluſionibus certa ab incertis ſeparanda, totaq; quæſtio abſoluenda eſt.

Suppono ergo primò tãquam indubitatum, quòd, quicquid aliàs in vtrãque partem diſputauerint Theologi in

4.d.15 & ſeqq.Canoniſtæ in cap.1.de ce
lebr.Miſſ.& in tract.de horis Canon. ac
Summiſtæ in Verb.hora,vel horę Cano
1 nonicæ, An † beneficiarius non recitans
horas Canonicas iuſto ceſſante impedi-
mento teneatur ad reſtitutionē fructuū
beneficij, de qua etiam diſputatione la-
tiùs tractant Mart.Nauar.in Man. c.25.
num.120.& ſeqq.Petr.à Nauar. in tract.
de reſtit.tom.1.lib.2.c.2. dub.2.& Gre-
gor. Tholoſ. in tract. de benef.cap. 16.
num. 12.& lib. 1. Partit.iur. canon. tit.
20.cap. 5.in Gloſ. ſub lit. d. nulla nunc
tēporis ea de re dubitatio relinquitur;
2 id enim nunc † deciſum fuit per Conc.
Lateranen. ſub Leon. 10. ſeſſ. 9.cap. de
reform.Curiæ,& aliorum §. ſtatuimus,
vbi ſtatuitur, quòd ſi obtinens benefi-
cium nō recitat horas Canonicas tenea-
tur poſt ſex menſes ad reſtitutionē fru-
ctuum pro rata in hæc verba; ſtatuimus,
quoq; & ordinamus, vt quilibet habens
beneficiū cum cura,vel ſine cura, ſi poſt
ſex menſes ab obtento beneficio diui-
num officium non dixerit legitimo im-
pedimento ceſſante, beneficiorum ſuo-
rum fructus nō faciat pro rata omiſſio-
nis recitationis officij, & temporis, ſed
3 eos tāquam iniuſtè perceptos † in fabri-
cas huiuſmodi beneficiorū, vel paupe-
rum eleemoſynas erogare teneatur; ꝙ
quidē ſtatutū innouauit, declarauit, &
auxit Pius V. per ſuā Extrau. quę incipit
ex proximo Lateranenſi Concilio, cuius
tenorem refert Nauar.d.cap.25.nu.122.
& in tract.de Orat.& hor.Canon.cap.7.
num.32.& nos aliqua illius verba infra
hac eadē quæſt. concl.vlt. recitabimus.

Suppono ſecundò, illum, qui obtinet
Canonicatum, vel aliud beneficium in
Eccleſia Cathedrali,vel Collegiata, re-
4 gulariter † non facere ſuas diſtributio-
nes,neq; eas lucrifacere,ſi priuatim dū-
taxat recitet horas Canonicas, non au-
tem in Ecclſia, & Choro præſens ſit, ac
interſit horis Canonicis, conſtat id aper
tè ex d.cap.vnico de Cler. nō reſid. in 6.
Extrau. 11. incipit cum nōnullæ la 1.de
præben.inter cōmunes Conc. Trid. ſeſſ.
21.cap.3.& ſeſſ.24. cap. 12. §. præterea;
& latè tradunt Doct. communiter in d.
cap.vnico Couar.d.lib.3. var. reſol.cap.
13.num.2.& 3.Petr.Nauar.d. lib.2. cap.
2.dub.3. in princip. & nos in prima par.
huius tract.q.4.admonuimus.

Suppono nūc tertiò circa quæſtionis
propoſitæ titulum, eum poſſe intelligi,
vel in hunc ſenſum, vt non teneatur Ca
nonicus, & alius beneficiatus in Colle-
giata Eccleſia ad effectum lucrifacien-
di, diſtributiones quotidianas canere
cantu figurato,aut communi, quem fir-
mum vocāt, aut etiam demiſſa voce in-
telligibili tamen recitare ſiue commu-
niter,ſiue alternatim Pſalmos,Hymnos,
aut Antiphonas; vel in hunc ſenſum, vt
non teneatur ad eundem effectum ſuo
tempore cū hebdomadarij partes ſuſti-
net pro ſui muneris,& ordinis qualitate
canere,ſeu pronunciare antiphonas,re-
ſpōſoria,orationes, & huiuſmodi; item
cātare in Miſſa conuentuali Epiſtolā,vel
Euangeliū, aut etiam ipſam Miſſam cō-
uentualē vel priuatim, vel ſolēniter ce-
lebrare.Rurſus accipi poteſt quęſtio,an
requiratur attētio ad verba.vel ſenſum,
vel Deū dum aliquid in Choro recita-
tur,aut etiam nulla attētio requiratur.
Deniq; aliud eſt quęrere,an aliquid prę
dictorū requiratur ad effectum, vt quis
acquirere tutò poſſit quotidianas diſtri-
butiones,an vt euitet peccatū mortale;
item an ea iam ſtatuta ſint iure cōmuni,
vel an iure ſpetiali ſub ijs pœnis præci-
pi, ac ſtatui poſſit, vel etiam debeat.

His tam in iure, quàm in propoſitæ
quæſtionis ſpetie pręſuppoſitis iam cer-
ta ab incertis ſecernentes concluſiones
proferamus, totamq; hanc quæſtionem
abſoluamus.

Prima Concluſio. Certum mihi eſt
5 non teneri Canonicos canere,† cùm of-
ficium ſit cantu figurato, ſed ſatis eſt
quòd habeant Capellanos, Manſiona-
rios,ſeu etiam Cantores,qui id muneris
exequantur,vnde quāuis tunc taceant,
nec peccant, nec reſtituere tenentur.
ita in ſpetie docet Petr. à Nauar. d. lib.
2.cap.2.dubit.3.nu.205.neque enim,in-
quit,decet eorum grauitatē illo genere
cantus



cantus vti; Sed & alia ratio huius rei
afferri poteſt ex cōmuni conſuetudine
totius orbis recepta, tolerata, & appro-
bata,Papa,cæteriſq; Prælatis vidētibus,
& tacentibus,prout in quauis conſuetu-
6 dine arguunt † Doct.in cap. fin. de con-
ſuet.maximè verò Roc.Curt. ſect.4. nu.
25.atq; ex eadem ratione probare con-
tendit idem Petr. Nauar. d. dubit.3. nu.
217. Canonicos habētes Capellanos, &
attendentes ad verba non teneri pſalle-
re ſub pœna reſtitutionis diſtributionū;
de quo tamen nos infr. concl. vlt. Acce-
dit, quòd nullus canon, nulla conſtitu-
tio,nulla ratio cogit Canonicos eo ge-
nere cantus canere, cum nullum de eo
7 præceptum reperiamus; & licèt † in Ec-
cleſia congruus, & decens ſit, vt etiam
docet Petr.Nauar.d. dubit. 3. num.221.
non tamen eſt neceſſarius, ſicut de alio
genere cantus conſtat per ea, quæ nos
tradimus ſup. in 1. par. quæſt.5.in prin-
cip. & Doct. ibi relati. Idem verò pro-
pter eaſdem ferè rationes puto dicen-
8 dum de † cantu illo quāuis cōmuni, ſeu
firmo Antiphonarum completarum,
quamplurium reſponſoriorum, verſi-
culorum,pſallendarum, & aliorum hu-
iuſmodi, quæ præter Hymnos, & Pſal-
mos in horis Canonicis, ſimiliter introi
tus, tractus, ſeu gradualis, Offertorij,
Cōmunionis, quæ in Miſſa per Manſio-
narios dumtaxat ad lectorilia decātan-
tur; nam neq; ea de re præceptum ul-
lū quoad Canonicos extat; neq; id gra-
uitati Canonicorū cōgruit, & ex huiuſ-
modi inueterata conſuetudine id non
præſtant Canonici in Eccleſijs vbi ad-
ſunt huiuſmodi Manſionarij, ſeu Ca-
pellani; vbi verò non adeſſent, tunc
puto ad Canonicos id oneris pertinere
etiam ſub pœna amiſſionis quotidiana-
rum diſtributionum propter generale
ſtatutum, & præceptum de canendis in
Eccleſia diuinis officijs, de quo nos ſu-
pra 1.par.quæſt.6.in princip.

Secunda Concluſio. Certum quo-
que mihi eſt poſſe, & debere Canoni-
9 cos † compelli ab Epiſcopis, etiam ſub
pœna amiſſionis alicuius partis diſtri-
butionum quotidianarum obire pro-
pria officia ad vnumquemque ratione
proprij muneris, aut ordinis, Subdia-
conatus nimirum,diaconatus, aut preſ-
byteratus ſpectantia, cùm per orbem
ſua cuiq; redit hebdomada, non modò
in Miſſa eam ſolemniter celebrando,
aut Euangelium, Epiſtolamue decan-
tando, ſed etiam recitando, aut canen-
do orationes, reſponſoria, capitula pro
nnuciando, antiphonas, vel hymnos,
& cætera huiuſmodi præſtando, quæ
ex propria cuiuſque Eccleſiæ conſue-
ſuetudine, aut conſtitutione à Canoni-
cis hebdomadarijs præſtantur. Colli-
gitur id ſatis apertè ex tex. in d. cap.
vnico de cler. non reſid. in 6. vbi Sum-
10 mus Pontifex † penitus improbat, &
corrigit prauam conſuetùdinem, per
quam Canonici, & alij beneficiati Ca-
thedralium, & Collegiatarum Eccle-
ſiarum præſentes in locis Eccleſiarum
diſtributiones quotidianas ex integro
percipiebant, ac ſi continuè ipſis Eccle-
ſijs in ijſdem officijs deſeruirent; quo
loco manifeſtè indicat, debere Canoni-
cos, & alios beneficiatos in Eccleſijs
Collegiatis ipſis Eccleſijs deſeruire iux
ta proprium, & cuique competens ſer-
uitium, & officium; per quem fortaſſe
tex. (qui tamen potiùs loquitur, & in-
telligendus eſt de obligatione, quā Ca-
nonici, & alij beneficiati habent pſal-
lendi, ſeu canendi pſalmos, & hym-
nos, & cætera huiuſmodi, vt infra con-
cluſ. vlt. oſtendemus) per quem in quā,
forſan tex. & ibi Gemin. & Franc. nec
non Butr. & Dec. in cap. cum omnes
de conſtitut. idem expreſsè voluit Co-
uar. d. cap. 13. num.3. in princip. vbi à
reſidentia diſtinguens intereſſentiam,
eamque deſcribens ait eſſe, cum obti-
nens beneficium ipſis diuinis officijs
celebrandis præſens eſt, & miniſterium
eorum celebrationi, ac altari exhi-
bet. Sed apertiùs colligi videtur ve-
11 ritas noſtræ concluſionis † ex Con-
cil.Trid.ſeſſ.22.cap.3.de reform.ibi,Epi
ſcopi ex fructibus, & prouentibus qui-
buſcunq; omnium dignitatum, perſo-
natuum,

natuum,& officiorũ in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis exiſtentium tertiam partem in diſtributiones eorum arbitrio aſſignandas diuidere poſſint, vt ſcilicet qui eas obtinẽt, ſi perſonaliter competens ſibi ſeruitium iuxta formam ab eiſdem Epiſcopis pręſcribẽdum quolibet die ſtatuto non impleuerint, illius diei diſtributionem amittãt, qui tamen locus intelligendus eſt non de omnibus diſtributionibus, ſed de illis dumtaxat, quæ conflantur ex tertia parte d. prouentum ex facultate Epiſcopis conceſſa, vbi aliæ quoq; in Eccleſia ſunt quotidianæ diſtributiones non tenues, vt me aliàs etiam admonuiſſe memini in 1. parte quæſt. 5. concl. 2. Apertiſſimè verò id conſtat ex eod. Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 4. de refor. in hæc verba; ſi verò qui dignitates perſonatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis Eccleſijs (nimirũ Cathedralibus, vel Collegiatis, quarum paulo ante mentio facta erat) obtinent, aut in poſterum obtinebũt, quibus onera varia ſunt annexa, vt alij Miſſas, alij Euangelium, & alij Epiſtolas dicant, ſeu cantent; quocunque ij priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate ſint inſigniti, teneantur, iuſto impedimento ceſſante, infra annum ordines ſuſcipere requiſitos, alioquin pœnas incurrant iuxta conſtitutionem Concilij Viennenſis, quæ incipit, vt ij, qui, quam præſenti decreto innouat, cogantq; Epiſcopi eos diebus ſtatutis dictos ordines per ſe ipſos exercere, ac cætera omnia officia, quę debent in cultu diuino præſtare ſub eiſdem, & alijs etiam grauioribus pœnis arbitrio eorum imponendis; pœna verò, de qua in d. conſtitutione Concilij Viennenſis, incipiente, vt ij, qui, eſt ea, quæ habetur in Clem. vt ij, qui, ſeu, 2. de æt. & qual. & ord. præfic. vt nimirum diſtributionum, quæ dantur his, qui certis horis interſunt, pars dimidia ſubtrahatur. Idem etiam vnico verbo ſtatuitur ab eadem ſynodo ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. §. præterea, vbi cum ſancta ſynodus de obtinentibus in Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſijs dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones mẽtionem feciſſet, decreuiſſetq; diſtributiones ab ijs dumtaxat recipi qui ſtatis horis interfuerint, ſubijcit, omnes verò diuina per ſe, & non per ſubſtitutos compellantur obire officia, & Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti adſiſtere, & ſeruire. Ex
12 quibus verbis apparet † inter cætera quoque munera, ad quæ obeunda cogi poſſunt Canonici etiã ſub pœna amiſſionis alicuius partis diſtributionum, illud eſſe, vt Epiſcopo Põtificalia exercenti adſiſtant, & inſeruiant. Id verò, pœna amiſſionis diſtributionum propoſita, diſertè ſtatuit Concil. 1. Prouinc. Mediol. ſub tit. de his, qui dignitates perſonatus, aut Canonicatus habent in hæc verba. Quibus Canonicatibus, præbendis, dignitatibus, aut perſonatibus, & officijs adiũctum eſt munus aliquod presbyterij, Diaconatus, aut ſubdiaconatus, qui ea obtinent, ſi quemadmodũ à Tridentino Concilio præſcriptum eſt, ſuo officio per ſe non fungantur, priuentur eius officij diſtributionibus, in quo muneri ſuo defuerint, niſi legitimè impediti impetrata licentia ab eo, qui Choro præſederit, vel ſuperiore ordinario per alios ſatisfecerint. De hebdomadario verò Canonico verbis paulò præcedentibus ſtatuerat idem Mediol. Cõcil. quòd ſi ſuo officio defuerit, ſtatutis diebus Miſſam, aut veſperas non canendo, dierum trium diſtributionibus careat, quas Epiſcopus arbitrio ſuo, vel cæteris Choro operam dantibus diuidat, vel in locorum piorum vſum conferat tributa tamen aliqua parte Canonico, qui Collegæ munus expleuerit.

Tertia Concluſio. Certum quoque mihi eſt eadem ratione, ac ſub iiſdem pœnis amiſſionis quotidianarum diſtri-
13 butionum, & alijs arbitrarijs † non modò Manſionarios, ſed etiam Canonicos ipſos, quique in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis dignitates obtinẽt, compelli poſſe, ac debere per epiſcopos

pſallere



pſallere in Choro, ſeu canere pſalmos, & hymnos, & cætera huiuſmodi, quæ vel alternatim canuntur, vel ad recitationem ſacerdotis hebdomadarij reſpõdendo dicuntur. Conſtat id manifeſtè ex tex. in Clem. 1. de celebrat. Miſſar. ibi pleriq; Eccleſiarum miniſtri horas Canonicas dicere, ſeu pſallere tranſcurrendo, & ſyncopando, diuina etiam celebrare, aut eis intereſſe nimis indeuotè præſumunt, iunctis ijs; ſancimus, vt illi, ad quos pertinet, vt in Cathedralibus, & Collegiatis eccleſijs horis debitis deuotè pſallatur, ſolicitam curent diligẽtiam adhibere, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, aliiſq; remedijs, &c. præterea ex Concil. Trid. d. cap. 12. §. præterea mox allegato, vbi poſt illa verba mox relata, omnes verò diuina per ſe, & non per ſubſtitutos compellãtur obire officia, & Epiſcopo celebranti, aut alia Põtificalia exercenti adſiſtere, & inſeruire, ſubdit, atque in Choro ad pſallendum inſtituto Hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuoteq; laudare; idẽ expreſsè voluit Armilla in Ver. hora quæſt. 21. Alber. de Ferrar. in tract. de hor. Canon. num. 27. & 28. & concedit Petr. Nauar. d. cap. 2. dubit. 3. num. 220. & ſeq. ita quoque explicans eum locum Trid. Concil. Huc etiam ſpectat decretum Concil. Baſil. ſeſſ. 21. §. 3. cuius quidem Concilij
14 decreta † eatenus vim obtinent, quatenus ab Eugenio 4. ſummo Pontifice eiuſue ſucceſſoribus approbata fuerunt, vt ex eius actis conſtat, nec non ex literis Leon. 10. in ſeſſ. 11. Concilij proximi Lateranenſis, & Nicol. Sander. lib. 7. viſibil. Monarch. Eccleſ. illud autem decretum ſic ſe habet; Canonici, cum pſallendi gratia conueniant, iuncta, aut clauſa labia tenere non debent, ſed omnes, præſertim, qui maiore funguntur onere, in Pſalmis, Hymnis, & Canticis Deo alacriter modulentur; Et in Concil. Aquiſgran. cap. 131. habetur; Canonicis religioſiſſimè in Choro ſtandum, & pſallendum eſt. Denique concluſio hæc optimè probatur, & quidem in fortioribus terminis ex ijs, quibus infra concl. vlt. oſtendemus teneri Canonicos ad effectum lucrifaciendi diſtributiones pſallere in Choro, & cætera præſtare, ad quæ mox hac ipſa in cõcluſione cõpelli debere ſub pœna amiſſionis earumdem demõſtrauimus. Huc etiam pertinet, quod in Concil. Prouin. Med. 1. ſub tit. de ijs, qui dignitat. perſonat. aut Canonic. habent, hac de re ſtatuitur in hæc verba. Qui dignitates, aut perſonatus in Eccleſijs obtinent, & Canonici nominis, ac inſtitutionis ſuæ memores ea pietate, & aſſiduitate diuina officia colere debent, vt alij eorum exemplo ad ſtudium, & amorem diuini cultus accendantur. Itaq; auctoritate etiam Tridentini Concilij præcipimus, vt cum in Choro pſallendum eſt, ipſi quoque quantum honoris gradu cæteris præſtant, tantò ſtudioſiùs Pſalmis, Hymnis, & Canticis vnà cum alijs modulantes Dei laudes concelebrent; cui officio ſi defuerint, pro abſentibus habeantur, & earum horarum, quas ea ratione non obierint, diſtributionibus mulctentur.

Quarta Cõcluſio. Certum etiam eſt non ſatis eſſe Canonicis ad lucrandum quotidianas diſtributiones corpore ſo-
15 lùm adeſſe, ſed † requiri aliqualem attentionem ſaltem ad verba ſiue in Choro cantando, ſiue domi recitando, ita docet Petr. Nauar. d. cap. 2. dubit. 3. nu. 202. & duob. ſeqq. & Mart. Nauar. in tract. de orat. & hor. Canon. cap. 13. nu.
16 17. & 19. nam quicquid ſit, an † ad euitandum mortale peccatum requiratur attentio interior vel ad Deum, vel ad ſenſum, vel ad verba iuxta diſtinctionẽ Nauar. d. cap. 13. num. 4. & ſeqq. Petr. Nauar. d. c. 2. nu. 230. & 233. Io. Med. C. de orat. q. 14. dub. vlt. cum ſatis probabilis, & tuta opinio ſit, ſufficere interiorem ad verba, vt latè tradunt Petr. Nauar. d. dubit. 3. num. 203. & Mart. Nauar. d. cap. 13. num. 20. dicens hanc eſſe communem, certè ad lucrandos fructus, & ſatisfaciendum Eccleſiæ præcepto requiritur ſaltem exterior attentio ex omnium

nium

17 nium ſententia,† nimirum quędam cō-
poſitio,& recollectio externa,qua ſcili-
cet non diuertamur ad extranea, quæq;
cum ijs,quæ aguntur, ſe compati nō poſ
ſunt . quod enim Eccleſia præcipiat hãc
attentionem,patet ex Conc. generali in
cap. dolentes de celebr. Miſſ. ibi,diſtri-
ctè præcipientes in virtute ſanctæ obe-
dientiæ, vt diuinum officium nocturnū
pariter, & diurnum, quantum eis dede-
rit Deus, ſtudioſè celebrent pariter, &
deuotè.hoc ipſum ferè habetur in clem.
1.eod.tit.in ijs verbis, dum offerre Deo
ſacrificium laudis fructum labiorum
ſuorum in puritate cōſcientiæ, & animi
deuotione deberent horas Canonicas
dicere,ſeu pſallere tranſcurrendo, ſyn-
copando extranea quidem, ea plerunq;
vana, prophana, & inhoneſta intermi-
ſcendo præſumunt; iuncto §. ne igitur
tranſgreſſiones. idem etiam ſtatuitur in
cap. cantantes 92. diſt. quod ſumptum
eſt ex D. Paulo ad Epheſ. 5.cantantes,&
pſallentes in cordibus veſtris Domino,
ſuper quibus verbis dicit D. Hierony-
mus in d. c. cantantes, audiant hi, qui-
bus in Eccleſia eſt pſallendi officium,nō
voce, ſed corde cantandum, quibus lo-
cis Gloſ. & Doct.idem adnotarūt. Si er-
go Eccleſia hanc attentionem præcipit,
& ob id ſtipendia aſſignat, vt ex ijs con-
ſtat,quæ ſupra adduximus 1.part.quęſt.
5.in princip. & concl.2. ob attētionem,
inquam, ſi non veram, & meritoriam
coram Deo, certè apparentem exterius
ſequitur, eum, qui illa caret, ſtipen-
dia huiuſmodi conſequi non poſſe;
18 nam qui † attentè, & ex propoſito
aliquid non facit maximè orando non
dicitur rectè facere, neque præcepto ſa-
tisfacit, vt optimè docet Mart. Nauar.
d.cap.13.num. 15. 27. & 28.quare idem
erit,ac ſi nō recitauerit horas, ſeu Cho-
19 ro non adfuerit; paria enim ſunt † ali-
quid non facere, aut non facere rectè,
ſeu legitimè quoad ſubſtantialia, cap.
inter corporalia, de tranſlat. Epiſc. cap.
veniens, de presbyt. non baptiz. l. ſi au-
tem nullum C. de legit. hæred. l. quo-
ties ff. qui ſatiſd.cog. cum ſuis concord.

Denique abeſſe dicitur qui licèt corpo-
re præſens ſit abeſt tamen animo, & in-
tellectu l. 2. §. furioſus ff. de procur. la-
tèq; oſtendit Sfort. Odd. in tract.de re-
ſtit. in integr. quæſt. 5.art. 6.nu.39. cer-
tum eſt autem abſentibus non dari di-
ſtributiones d. cap. vnico, de cler. non
reſid. in 6. cum ſuis ſimil. Quare non
eſt in hoc audiendus Cordub. qui lib.4.
quæſt. 13. dub. vlt. in fine vult Canoni-
cum,ſeu beneficiarium, licèt nullam at-
tentionem habeat etiam exteriorem,eſ-
ſe à reſtitutione fructuum, ac diſtribu-
tionum immunem, cum non faciat id,
ob quod ſtipendium datur, non ſolùm
verè, ſed nec fictè, ſeu apparenter, neq;
Silueſt. aut Medina, quos Cordub. pro
ſua opinione adducit, excludunt atten-
tionem exteriorem,nam Silueſt.in Aur.
Roſ. caſ. 9.& in Sum. Verb.hora quæſt.
2. requirit,vt ſciat,quod recitat, vel fa-
cit, vt etiam optimè adnotauit Mart.
Nauar.d.cap.13. num.20. Med. verò C.
de Orat. quæſt. 14. dub. vlt. concl. 2. &
quæſt.15. verſic. itaque ſecundum hunc
modum,apertè requirit in eo,qui ex prę
cepto Eccleſiæ tenetur horas Canonicas
recitare,attentionem ad verba,& vt ex-
teriora, quæ attentionem impediunt,
euitet; immo ad lucrãdos fructus,& di-
20 ſtributiones † neceſſariam eſſe atten-
tionem quoq; interiorem ad verba pro-
babilius puto, tum ex ſupra deductis,
tum ex latè traditis per Petr. Nauar. d.
cap.2. num. 233. & ſeqq. Ex hac autem
21 concluſione infertur † Canonicum non
modò peccare mortaliter, ſed etiam te-
neri ad reſtitutionem diſtributionis il-
lius horæ,cuius partem notabilem con-
ſumit in confabulationibus, & alijs ex-
terioribus actibus, qui externam atten-
tionem impedire poſſunt; ſecus autem
ſi pars illa non ſit notabilis; ita Petr.
Nauar.d.dubit.3.nu.202. & duob.ſeqq.
Lud. Lopez. in Inſtructor. Conſcient.2.
par.cap.96.Bapt. Conrad. reſponſ. 240.
Caſ. Conſc. & Mart. Nauar. d.cap. 13.
nu.17.& 19. cum ſeqq. vbi ad alia quo-
que infert, idem Nauar. in tract. de ſi-
lent.in Chor. ferè per totum,quem edi-
dit



dit ad c.in loco benedictionis, 5. quæſt.
4. ſumptum ex Conc. Tolet. 11. cap. 1.
quem tex. de huiuſmodi ſilētio in Cho-
ro habendo intellexit ibid. Nauar. ve-
rùm apertè loquitur ille tex. de con-
uentu Conciliari, vt patet ex ijs verbis,
quicunque ergo in conuentu Concilij
ea, quæ præmiſſa ſunt; & de eo etiam
intellexit & ad ſeſſionem Conciliarem
traduxit Concil. Trid. ſeſſ. 2.ad finem.
Idem etiam dicendum ob eandem ra-
22 tionem de eo, qui † aliqua parte nota-
bili alicuius horæ ſua culpa, ſeu vo-
luntariè, & aduertenter obdormit in
Choro; neque enim magis lucratur di-
ſtributiones quotidianas illius horæ,
quàm ſi ei non interfuiſſet, vt optimè
monet Nauar. d. tract. de orat. & hor.
Can. cap. 9. num. 5. Explodenda igi-
tur eſt etiam tanquam peccati nutriti-
ua opinio Alphonſ. Madrig.in Inſtruct.
ordinan. religioſ. ſacerd. & Epiſc. ſub
tit. de maior. ordin. volentis Canoni-
cum, qui aſſiſtit in Choro ſua præſen-
tia, quando diuina officia celebran-
tur, ſed tamen ipſe non recitat, quia
ſemper eſt loquendo cum alijs, modò
ea domi recitet, ad nullam diſtribu-
tionum reſtitutionem teneri, quia, in-
quit, officium principale, propter quod
recipit diſtributiones, eſt, vt ſua præ-
ſentia aſſiſtat in Choro, dum diuina
officia celebrantur, authorizando cho-
rum, id ex eo quoque comprobans,
quòd, licèt ſacerdotes loquantur in-
ter ſe in proceſſionibus mortuorum,
accipiunt diſtributiones à ſecularibus,
quàmuis dentur illis non ſolùm pro
ſua præſentia, ſed vt orent pro mor-
tuo; propter quas rationes etiam Bar-
thol. Med. in inſtruct. confeſſ. 1. part.
cap. 14. §. 11. ſub fin. docet huiuſmo-
di Canonicum non teneri ad reſtitutio-
nem totius illius horæ, in qua confabu-
latur. quod enim vtraque hæc opinio
falſa ſit, patet ex ſupradictis. Sed neq;
vrget prior ratio, tum quia falſum eſt,
ſicut præbendas, ita quotidianas diſtri-
butiones ſolùm dari Canonicis, vt au-
ctoritatem præbeãt Choro, ſed ſaltem,

vt attendant diuinis officijs, vt ſupra
oſtendimus,cum etiam ratione pręben-
23 darum teneãtur † Canonici ſaltem ali-
quando in Chorum conuenire, vt colli-
gitur ex tex. in c. fin. 92. diſt. & conſtat
ex cap. ſi quis in clero 7. q. 1. quod ſum-
ptum eſt ex Conc. Agath.cap. 64. & do-
cent Hoſt.in ſum. tit. de cler. non reſid.
§.2. q.27. Aſten. lib. 6. tit. 34. Silueſt.in
Verb.reſidentia in princ. & And.ab Ex-
ea in cap. cum omnes num. 58. de con-
ſtit.cum quibus ſentire videtur Couar.
d.l.3.var.reſol.cap.13.num.3. &9. tum
24 quia non poteſt quis dici † auctorita-
tem præbere alicui rei tunc, cū ad aliud
attendit; quis enim dixerit aut Epiſco-
pum auctoritatem præbere alicui alie-
nationi rerum Eccleſiaſticarum,aut Pa-
rochum Matrimonio, ſi, dū contractus,
vel Matrimonium celebrantur,ipſi non
aduertunt,ſed ad aliud attendunt? Ne-
que exemplum, quod pro poſteriori ra-
tione affertur, efficit, tum quia fortè
non rectè accipiunt illi ſacerdotes di-
ctas diſtributiones; tum quia non ſem-
per colloquuntur, ſed ſolùm cum ſta-
tas preces, & orationes perſoluerint,
quas nullo præcepto cautum eſt, con-
tinuas eſſe debere, ac ſine vlla intermiſ-
ſione; tum quia tribuuntur Canonicis
potiùs ad pompam honorabiliorem, &
à ſcientibus qualiter res vt plurimum
ſe habeat, neque vt ſinguli orent, ſed
vt vniuerſi, quod præſtatur: ſic ad hanc
poſtremam obiectionem ferè reſpon-
det Lopez. d.cap. 96.circa medium.

Quinta Concluſio. Certum etiam
eſt, quòd ſi Canonici non habent Ca-
pellanos, ſeu Manſionarios, vel ſi eos
habent, aliquo tamen caſu non ad-
25 ſunt, † tenentur ipſi ſaltem in com-
muni horas pſallere ſub onere reſtitu-
tionis: ita in ſpetie Petr. Nauar. d. du-
bit. 3. nume. 204. & tenent ij omnes,
quos pro ſequenti, & poſtrema con-
cluſione allegabimus. Mouetur autem
Nauar. illa ratione, & quidem optima,
quia tunc nec per ſe, nec per alios offi-
cium ſuum implent, & Eccleſiam frau-
dant ſeruitio horarum Canonicarum,
F ob

ob quod, ſicut ob cauſam totalem, vel
ſaltem principalẽ datur illis ſtipendiũ.
26 Extat enim Eccleſiæ præceptum † de
Miſſæ ſacrificio, horiſq; Canonicis pu-
blicè in Eccleſia, & conuentualiter ab
ijs, qui illi addicti ſunt, celebrandis, ac
decantandis, vt conſtat ex cap. fin. 92.
diſt. cap. dolentes, & cap. cum creatura,
de celebr. Miſſ. & Clem. 1. eod. tit. quòd
27 verò † ſtipendium quotidianarum di-
ſtributionum ob id aſſignatum ſit, vt in
Eccleſia per Clericos diuina officia ce-
lebrentur, conſtat ex ijs, quæ ſupr. 1. par.
quæſt. 5. cõcl. 2. latiùs deduximus, & in-
fra in vlt. concluſ. adducemus: certum
eſt autem, quòd, ſi nulli alij ſunt Man-
ſionarij, ſeu Clerici in Eccleſia, diuina
officia celebrari nequibunt, id ergo per
Canonicos ipſos præſtari omnino de-
bebit.

Sexta Concluſio. Certum denique
28 mihi eſt, † quòd, vbi adſit hac de re ſta-
tutum, vel conſuetudo alicuius Eccle-
ſiæ, vt Canonici ipſi canere teneantur
ſub pœna amiſſionis diſtributionum, ea
omnino ſeruanda eſt; idq; facilè proba-
tur, tum ex ijs, quibus ſupr. concl. 3. oſtẽ-
dimus ad id cogi poſſe, & debere Cano-
nicos ſub ea pœna; tum ex Concil. Trid.
quod quidem in ſeſſ. 24. cap. 12. in fine
præcepit, vt quæ ad debitum in diuinis
officijs regimen ſpectant, deq; congruo
in his canendi, ſeu modulandi ratione,
de certa lege in Choro conueniendi, &
permanẽdi, ſimulq; de omnibus Eccle-
ſiæ miniſtris, quæ neceſſaria erunt, & ſi
29 qua huiuſmodi, † ſynodus Prouincia-
lis pro cuiuſque prouinciæ vtilitate, &
moribus certam cuique formulam præ-
ſcribat; interea verò Epiſcopus cũ duo-
bus Canonicis, quorum vnus ab Epiſco-
po, alter à Capitulo eligatur, in ijs, quæ
expedire videbuntur, poſſit prouidere;
tum ex eadem Tridentina ſynodo, quæ
ſemper ſalua eſſe voluit ſtatuta, conſue-
tudineſq; laudabiles requirentes lon-
gius ſeruitium Eccleſiæ, vt patet ex ſeſſ.
21. cap. 3. de reform. ibi, ſaluis tamen
conſuetudinibus earum Eccleſiarum,
in quibus non reſidentes, ſeu non ſer-
uientes nihil, vel minus tertia parte
percipiunt, & ſeſſ. 22. cap. 3. ibi, hæc in
ijs tantùm Eccleſijs conſtituta intelli-
gantur, in quibus nulla eſt conſuetudo,
vel ſtatutum, vt dictæ dignitates non
ſeruientes aliquid amittant, quod ad
tertiam partem dictorum fructuum, &
prouentuum ſcendat; deniq; ex d. ſeſſ.
24. cap. 12. §. præterea, ibi, ſaluis nihilo-
minus earum Eccleſiarum conſtitutio-
nibus, quæ longius ſeruitij tempus re-
quirunt. Huiuſmodi autem conſuetu-
do, cum ſit ſecundùm ius, vel ad ſummũ
30 præter ius, † inducetur ſpatio decẽ an-
norum, iuxta latè tradita per Gloſ. &
Doct. in cap. fin. de conſuet. & ibi fusè
Curt. ſect. 3. num. 28. communem dicẽs
cum alijs pleriſq; quos retulimus, & ſe-
cuti ſumus in noſtro tract. de Option.
cap. 2. quæſt. 2. in princip.

Septima, & poſtrema Concluſio. Pro-
babilius mihi eſt ſecluſa etiam conſue-
tudine, vel ſtatuto Eccleſiæ Canonicos,
31 † quique in Cathedralibus, vel Colle-
giatis Eccleſijs dignitates obtinent, vbi
etiam in ijs Eccleſijs adſint Manſiona-
rij, ſeu Capellani, teneri iuſto ceſſante
impedimento pſallere in Choro, ſeu ca-
nere Pſalmos, & Hymnos, & cætera hu-
iuſmodi, quæ vel alternatim in Choro
decantantur, vel ad ſacerdotis hebdo-
madarij pronunciationem, ſeu recita-
tionem reſpondendo dicuntur, aliàs ad
diſtributionum quotidianarum reſtitu-
tionem teneri, quicquid in contrarium
voluèrit, & probare conetur Petr. Na-
uar. d. cap. 2. dubit. 3. nu. 217. & plurib.
ſeqq. Nam eiuſdem nobiſcum ſenten-
tiæ fuit Mart. Nauar. in tract. de orat. &
hor. Can. cap. 10. nu. 47. cap. 11. nu. 41.
cap. 13. num. 17. & in Miſcell. de orat.
Miſcell. 79. cuius quidem Doctoris au-
ctoritas quanta ſit, conſtat ex Couar. in
repet. cap. alma mater 1. par. §. 6. num. 7.
& lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 8. Pinel.
in l. 1. C. de bon. mater. 3. par. num. 16.
Alphon. à Veracr. in 3. par. ſpec. Cõiug.
art. 19. Marſ. Colum. in tract. de red. Ec-
cleſ. 3. par. cap. 34. num. 19. & alijs, quos
referunt, & ſequuntur Viual. in Candel.





Eccl. in princ. tit. de auct. Doct. in gen.
num. 24. & Segur. Dabal. in direct. Iud.
Eccleſ. fori 1. par. cap. 6. num. 6. ſed ean-
dem quoque ſentẽtiam cum Mart. Na-
uar. tuẽtur Caiet. in tom. 1. Opuſc. tract.
31. reſponſ. 8. Ludou. Beia. in reſponſ.
caſ. conſcien. Bonon. fol. mihi 174. aliàs
caſ. 55. Io. Lãghecruc. in ſpec. Canonic.
lib. 4. cap. 9. 10. & 11. Sot. lib. 10. de iuſt.
& iur. quæſt. 5. art. 4. circa mediũ Bapt.
Conrad. in reſponſ. caſ. conſcient. caſ.
240. Archid. c. fin. nu. 4. de ſent. excom.
in 6. Marc. Ant. Cucch. Inſtit. maior. Ca-
non. lib. 5. tit. 7. num. 43. verſ. qui Choro
ad dicti ſunt, & ante eũ Silueſt. in Verb.
horæ Canonicæ quæſt. 2. & 10. Armil. §.
22. & quoad reſtitutionem alicuius par-
tis diſtributionum tenet etiam Lud.
Lop. d. 2. par. inſtruct. Conſcient. cap.
96. circa medium, idem quoque quoad
totum apertè ſenſit Alber. de Ferrar. in
tract. de hor. Canon. num. 55. per tex. in
cap. 1. de celebrat. miſſ. eiuſdem etiam
opinionis eſſe videtur Couar. d. l. 3. var.
reſol. cap. 13. in princ. dum ait quotidia-
nas diſtributiones tanquam horarium
ſtipẽdium his, qui quotidiano miniſte-
rio in celebrandis officijs diuinis ſub-
ſeruiunt Eccleſiæ diſtribui; nam quoti-
dianum illud miniſterium ſupponit ne-
ceſſitatem canendi, cum cętera miniſte-
ria non ſint quotidiana; neque ſibi ad-
uerſatur idem Couar. num. 3. ita, vt me-
ruerit allegari pro ſe à Petr. Nauar. loc.
cit. nam ibi quoque requirit, quòd eas
percipientes miniſterium celebrationi
diuinorum officiorum, & altari exhi-
beant. ſed idem apertè tenet Abb. in c.
cum olim num. 6. de ſent. & re iud. vbi
loquens de Canonicis dicit, diſtributio-
nes dari non præcisè reſpectu cantus,
aut alterius obſequij, ſed reſpectu etiã
intereſſendi diuinis, & apertiùs Ant. de
Butr. ibid. dicẽs dari diſtributiones pro-
pter intereſſentiam, in qua cultus diui-
nus honorabilior tanto eſt, quãtò ineſt
maior numerus Eccleſiaſticarum per-
ſonarum in canticis iubilationis. Pro-
batur autem adhuc concluſio hæc pri-
32 mò iuribus, quorum primum eſt † in d.
c. vnico de Clericis non reſid. in 6. vbi
licèt ſtatuatur, vt diſtributiones tribuã-
tur ijs, qui diuinis officijs in Eccleſijs
Cathedralibus, vel Collegiatis ad fue-
rint, tamen illud, adeſſe, intelligendum
eſt deſeruiendo continuè ipſis Eccleſijs
in eiſdem officijs, prout paulò ante in
præfatione conſtitutionis dictum erat;
ſecuudùm præfationem enim intelligẽ-
33 dam † eſſe ipſam conſtitutionem con-
ſtat ex l. fin. ff. de hæred. inſtit. latè Rot.
Rom. deciſ. 298. num. 1. & 2. in nouiſſ.
diuerſ. illud autem ſeruitium continuũ
aliud eſſe non poteſt, quam cantus, &
pſalmodia; nam cætera munia Canoni-
corum, puta pronunciandi antiphonas,
decantandi Epiſtolam, Euangelium, aut
Miſſam non continuè, ſed perrarò, &
interpolatis vicibus obeũda ſunt. quòd
verò etiam Canonici in ea conſtitutio-
ne comprehendantur, patet ex ipſis ver-
bis illius diſpoſitiuis, ſtatuimus, vt di-
ſtributiones ipſæ quotidianæ in quibuſ-
cunque rebus conſiſtant, Canonicis, &
alijs beneficiatis, & Clericis ipſarum Ec
cleſiarum, qui eiſdem officijs in ipſis
Eccleſijs adfuerint, tribuantur, & ita fe-
rè illum tex. inducit Langhecruc. d. c.
10. ſicq; patet in d. c. vnico non potuiſſe
34 ſe fundare Petr. Nauar. Alterum eſt † in
Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. §. præterea,
vbi agens de obtinentibus dignitates, &
Canonicatus in Cathedralibus, ac di-
ſtributionibus quotidianis ab ijs dũta-
xat recipiẽdis, qui ſtatis horis interfue-
rint, iuxta Bonif. 8. diſpoſitionem in d. c.
vnico, quaſi explicãs, quid ſit illud inter
eſſe ſtatis horis, ſubijcit; oẽs verò diuina
per ſe, & nõ per ſubſtitutos cõpellantur
obire officia, & Epiſcopo celebranti, aut
alia Põtificalia exercẽti adſiſtere, & in-
ſeruire, atque in Choro ad pſallendum
inſtituto Hymnis, & canticis Dei nomẽ
reuerenter, diſtinctè, deuoteq; lauda-
re; in quibus verbis illud etiam perpen-
dendum eſt, quod docet, Chorum eſſe
ad pſallendum inſtitutum, neque diſtin
guit de Manſionarijs, aut Canonicis.
Neque valet reſponſio Petr. Nauar. d.
dubit. 3. num. 220. præceptum dirigi ad

prælatos,vt compellant,& faciant;nam
ideo præcipitur prælatis, vt compellāt,
quia Canonici ſua natura iā tenentur,&
ſic eſt quędam executio obligationis,vt
patet ex d. verbis,in Choro ad pſallēdū
inſtituto, quæ eſt quædam ratio, quare
compellendi ſint Canonici ad pſallen-
35 dum. Tertius locus ſumitur † ex cōſti-
tutione Pij V. incipit, ex proximo Late-
ranenſi Concilio, ſuperiùs allegata, cu-
ius verba, quæ ad rem noſtram faciunt,
hæc ſunt; ſtatuimus,vt qui horas omnes
Canonicas vno, vel pluribus diebus in-
termiſerit, omnes beneficij, ſeu benefi-
ciorum ſuorum fructus,qui illi,vel illis
diebus reſponderent, ſi quotidie diui-
derentur,qui verò Matutinum,tantum,
dimidiam, qui cæteras omnes horas,
aliam dimidiam,qui horarum ſingulas,
ſextam partem fructuum eiuſdem diei
amittat;tametſi aliquis Choro addictus
non recitans omnibus horis Canonicis
cum alijs præſens adſit, fructuſq; & di-
ſtrbutiones fortè aliter aſſignatas ſola
præſentia,iuxta ſtatuta,cōſuetudinem,
fundationem, vel aliàs ſibi lucrifeciſſe
prætendat: is etiam præter fructuum,
& diſtributionum amiſſionem; item il-
le, qui primis ſex menſibus officium nō
dixerit, niſi legitimum impedimentum
ipſum excuſauerit, graue peccatum in-
telligat ſe admiſiſſe. Hæc Pontifex. quæ
quidem verba conſtitutionis in hunc
ſenſum accepiſſe videtur Mart. Nauar.
d.cap.10.nu.47. ſed planè intellexerunt
Conrad.Langhecr. Cucch. & Lud.Beia
loc.cit.ita explicātes, vt per ea ſummus
Pontifex damnet, neq; vllo modo ad-
mittat ſtatuta, conſuetudinem, funda-
tionem, aliudq; quodcunq; ius, quo il-
li,qui ſunt Choro addicti, poſſint ex ſo-
la præſentia, & non recitando, fructus,
aut diſtributiones prætendere, velitq;
vt omnes ſub pœna peccati mortalis, &
amiſſionis fructuum,ac diſtributionum
teneantur ad diuinum officium dicen-
dum; & quidem is ſenſus planus eſt, &
litteræ congruit,quicquid voluerint Lo
pez d. cap. 96. & Petr. Nauar. d. cap. 2.
dubit.3.num.224.& 225. dicentes hunc
potiùs eſſe ſenſum, ille, qui non recita-
uerit horas, neq; in Choro, neq; extra,
quàmuis in Choro cum alijs adſit, præ-
tendens ſola præſentia lucrari, non lu-
crifaciet fructus,& diſtributiones, atq;
ideo Petr.Nauar. ibi voluit particulam
illam, cum alijs, non eſſe iungendam il-
li non recitans, vt ſit ſenſus, non reci-
tans cum alijs, ſed cum illa particula
præſens adſit,vt ſenſus ſit, non recitans
præſens ſit cum alijs omnibus horis Ca-
nonicis, eamq; ob cauſam ponendam
eſſe inciſionem inter illa verba, non re-
citans, & illa, omnibus horis Canoni-
cis cum alijs præſens adſit; nam præter
quam quòd hæc lectura, ſeu interpun-
ctio non congruit editioni, quam ha-
bet Nauar. in tract. de orat. & horis
Canon. cap. 9. num. 32. quæque eſt in
Bullario Magno, vel etiam paruo, per
Petr. Matthæum eruditiſſimum virum
conflato, adhuc remanet planus ille ſen
ſus, quem ſupra diximus; nam adhuc
dicitur Choro addictum, qui non reci-
tat,ſed putat poſſe lucrifacere ſola prę-
ſentia diſtributiones, eas tamen per il-
lam ſolam,hoc eſt non recitando, nimi-
rum in Choro, vbi cum alijs horis Ca-
nonicis præſens eſt, de quo paulò ante
mentio facta erat, non lucrifacere etiā
prætextu conſuetudinis, ſtatuti, funda-
tionis,alteriuſue tituli. Quartus deni-
que locus ſumitur ex omnibus illis iu-
ribus antiquis,quibus indiſtinctè caue-
36 tur, † vt Clerici Collegiatarum Eccle-
ſiarum in Eccleſia diuina officia cele-
brando decantent,prout in cap. cantan-
tes,& cap. fin. 92. diſt. cap. non medio-
criter de conſecr. diſt. 5. c. dolentes de
celebra.Miſſ.& Clement.1.eod. tit.neq;
enim iura illa diſtinguunt de Canoni-
37 cis, vel alijs Clericis, quare † nec nos
diſtinguere debemus cap. ſi Romanorū
19. diſt. cum ſuis concord. adductis per
Gloſ.pen.in cap. 2. de coniug. leproſ. &
per Doct.paſſim. Probatur nunc ſecun-
dò hæc ipſa concluſio rationibus, qua-
rum prima eſt illa, quam ex Caiet. d.
reſponſ. 8. tract. 31. ſumpſit Lud. Beia
38 loc. cit. quia, cum Canonici † habeant
diſtri-



diſtributiones propter Chorum,cui ad-
ſunt, quod etiam fatentur ſequaces op-
poſitæ ſententiæ, tenentur illas lucrari
officio, & ratione Chori; ratio autem
Chori conſiſtit in cōmunicatione vnius
cum alio, ita, vt quicquid diuini officij
ibi dicitur, ſit commune alteri, & hoc
eſt perſe in tali modo alternato dicen-
di,ſeu canendi,ad quem Chorus eſt in-
ſtitutus;non poteſt autem eſſe commu-
ne alteri, quod quis dicit ſibi ſoli, vt ſic
enim eſt ſibi proprium; quare recitans
perſe, & non cum alijs non ſatisfacit
obligationi annexæ Choro, atq; adeo
nec diſtributiones huic coniunctas lu-
crabitur. Secunda ratio eſt,quæ innui-
tur à Caiet.loc.cit.& Silueſtr. d. q. 2. &
10. ſed apertè affertur à Nauar. d. num.
47. Sot. d. art. 4. & Beia loc. alleg. quia
39 † diſtributiones non dantur ſolùm eò,
quòd canuntur, aut dicuntur horæ, ſed
quia dicuntur, & canuntur cum alijs in
Eccleſia, quod etiam admittit Alb. de
Ferrar. tract.de hor.Canon. nu. 28. Lo-
pez. d. c. 96. & Petr. Nauar. d. dubit. 3.
num. 205. ex eo probans, vbi non ad-
ſunt Capellani, teneri Canonicos pſal-
lere; quæ certè ratio locum obtinet etiā
vbi adſunt Capellani, ſeu Manſionarij,
40 cum ergo beneficia † dentur propter
officium cap. fin. de reſcript. in 6. & ad
diuinum cultum,atq; Eccleſiaſtica mu-
nia obeunda ſint conſtituta, vt habetur
in Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 3. & huiuſ-
modi ſtipendia quotidianarum diſtri-
butionum ad id tribuantur,vt in Eccle-
ſia diuina officia decantentur, vt mox
diximus, & ex ijs patet, quæ 1. part. q.
5. concl. 2. adduximus, quid mirum, ſi
ceſſante cauſa, ob quam datæ ſunt, &
ipſæ ſubtrahi debeant iuxta l. 1. & tot.
ferè tit. de condict. ob cauſ.? Tertia ra-
tio eſt, quia, vbi etiam ex hucuſq; per
nos deductis conuicta non remaneret
noſtra opinio, ſed ſolùm probabilis red
41 dita, adhuc in † dubio huic eidem ſen-
tentiæ adhærendum eſt fauore cultus
diuini; ſumma enim eſt ratio, quæ
pro religione facit vulg. l. ſunt perſo-
næ ff. de relig. & ſumpt. fun. cum ſuis
ſimil. quod autem hæc opinio faueat
cultui diuino præterquam quòd ex ſe
patet, conſtat etiam ex Trident. Syno-
do d. cap. 3. monetque Lopez. d. cap.
96. & admittit Bart. Med. in d. inſtruc.
Confeſſ. 1. par. cap. 14. §. 11. neque infi-
ciatur eorum aliquis, qui oppoſitam
ſententiam tueri conantur; cui licèt ad-
hærere videatur Caiet. in ſumma Verb.
horæ Canonicæ in fine, dum ait maio-
res in Choro non debent cantare, ſed
meditari, quæ ab inferioribus cantan-
42 tur; tamen ſolùm ibi vult Caiet. † non
debere ſolùm canere, ſed etiam medi-
tari, potiùs quæ canuntur iuxta illud,
Pſal. 46. quoniā rex omnis terræ Deus,
pſallite ſapienter,& Apoſtoli ad Epheſ.
5. cantantes, & pſallentes in cordibus
veſtris Domino & 1. ad Corinth. 14. ſi
orem lingua mens mea ſine fructu eſt
cum alijs adductis per Gloſ. in cap. can-
tantes 92. diſt. & Clem. 1. de reliq. &
vener. ſanct. aliàs eſſet ſibi contrarius
Caiet. cum aliud doceat in d. reſponſ.
8. ad quem etiam locum refert ſe in d.
Verb. horę, vbi ait, rationem dictare,
eum, qui non canit, ſed ſubmiſſa voce
recitat ſuum verſiculum, non ſatisface-
re ſuæ obligationi.

Hæc tamen concluſio aliquot admit-
tit limitationes. Quarum prima eſt,
43 quòd † vbi adſunt Manſionarij, in-
duci poteſt conſuetudo, vt non tenean-
tur Canonici pſallere, modò id à pijs
uiris fiat. ita Petr. Nauar. d. dubit. 3.
num. 217. hic enim Doctor præcipuè
ſe fundat in communi conſuetudine to-
lerata per ſummum Pontificem,& Præ-
latos. idem docet Caiet. ſupra d. Verb.
horæ Canonicæ in fine, vbi poſtquam
dixiſſet, rationem dictare, vt, qui
ſuum verſiculum non canit, non ſatiſ-
tisfaciat obligationi, quam habet ca-
nendi in Choro, ſubdit, ſi tamen in-
telligerem, quòd viri timorati con-
ſueuerunt ſic facere, dicerem, quòd
conſuetudo bonorum eſt optima le-
gum interpres. Hæc autem conſue-
44 tudo, cum ſit contra ius, † debet cum
aliqua ratione induci ſpatio 40. anno-
rum

rum iuxta tex. iũcta Gloſ. & ibi traditis
per Abb. & cæteros de conſuet. Secun-
45 dò limitatur, † eum, qui non canit ob
aliquam iuſtam cauſam, maximè ordi-
natam ad recitationem, & cantum Cho
ri, puta quærendi Pſalmos, Antiphonas,
præuidendi lectionem, aut reſponſoriũ
à ſe canendum, deferẽdi prunas ad thu-
rificandum, & huiuſmodi, lucrifacere
diſtributiones quotidianas; quàmuis
poſtea teneatur priuatim ſupplere,
quod omiſit; ita Nauar. d. tract. de orat.
& hor. Canon. cap. 10. num. 69. in fin. &
70. cap. 11 nu. 36. & ſeq. & cap. 16. num.
66. cum ſeqq. id temporãs d. cap. 11. mo-
dò commodè id ante, vel poſt tempus
horarum fieri non potuerit; ampliat ve-
rò d. cap. 10. etiam in tranſmittente nun
cios neceſſarios. Tertiò limitatur, ſi
46 † partem minorem notabili non canat,
nã tritum iam eſt omnium ore prouer-
bium, parum pro nihilo reputatur; idq;
in hac ſpetie admonet Nauar. d. tract.
de orat. cap. 9 in fine & cap. 10. num. 42.
& ſeqq. quæ autem ſit hæc pars notabi-
lis, dicemus infr. quæſt. ſeq. Quartò li-
47 mitatur, † eum, qui ob defectum vocis,
aliudq; ſimile impedimentum canere
non poteſt, excuſari, & tamen percipe-
re diſtributiones, modò aliàs canere ſo-
leret; nam tunc tale impedimentum eſt
in cauſa; certum autem eſt cõditionem
haberi pro impleta, quando nõ ſtat per
eum, qui implere debet, vulg. reg. cum
non ſtat, de reg. iur. in 6. cum ſimil. idq;
in ſpecie tenere videtur Nauar. d. c. 11.
num. 41. ſed tanquam certum ſupponit
Petr. à Nauar. d. dubit. 3. nu. 207. in fine.
48 Quintò, & poſtremò limitatur, † Cho-
rum, qui errauit cantando horam ali-
quam, aut partem eius notabilẽ aliter,
quàm debuit (quàmuis aliàs aliquid nõ
facere, & minus rectè facere æquiparen-
tur, cap. fin. de reſt. ſpol. & l. ſcire opor-
tet §. ſufficit ff. de excuſ. tut. cum ſuis
concord.) non teneri ad ſupplendam
eam cantando, vel conuentualiter pro-
nunciando, ſed ſufficere, vt ſinguli ſin-
gulariter ſuppleant illum defectum; li-
cet ſatiùs eſſet, ſi ſine ſcandalo fieri poſ-
ſet, id conuentualiter præſtare, vt ex
Turrecr. in c. Clerici victũ 91. diſtinct.
num. 9. & ibi Card. Alex. num. 5. reſoluit
Nauar d. cap. 10. num. 58. Atque hæc de
hac concluſione, & quæſtione dicta ſint
ſatis; cætera enim minùs neceſſaria, quę
hic afferri poſſent peti queunt, tum ex
alijs, tum maximè ex Nauar. d. cap. 10.
11. & 13.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Aſſignari debent diſtributiones quotidianæ ſingulis horis Canonicis, & Miſſæ conuentuali. Vbi autem aliquibus ſunt aſſignatæ, aliquibus non, debent omnibus aſſignari detracta aliqua portione à præbẽdis. nu. 2.*

3 *Diuinorum officiorum nomine tam horæ Canonicæ, quàm Miſſa Conuentualis continetur.*

4 *Verbum, ſtatis, ſeu ſtatutis horis, in Trident. Concil. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. intelligendam eſt de omnibus horis.*

5 *Officium B. Mariæ ſemper Virginis nulla Eccleſia Collegiata iure communi tenetur conuentualiter recitare.*

6 *Officium B. Virginis recitare in choro tenetur, vbi recitari ſolet, ad hoc, vt lucrifaciat Clericus diſtributiones maioris Officij.*

7 *Officium, ſeu Vigilias mortuorum non tenentur Clerici conuentualiter recitare, niſi in anniuerſario defunctorum; Aut niſi ea dere adſit ſtatutum, vel oonſuetudo, num. 8.*

9 *Vigiliæ Mortuorum, & officium B. Virginis, aut quid ſimile quando debeat recitari ab abſentibus etiam ex iuſta cauſa; & quid ad effectũ lucrandi diſtributiones. num 10.*

11 *Præceptum Matrimonij, & ordinis non obligat ſingulos, ſed omnes.*

12 *Officium B. Virginis, vel quid ſimile præceptum ex ſpetiali iure alicuius Eccleſiæ, recitare non tenentur extra chorum priuilegiati, vt abſentes ad certum tempus percipiant diſtributiones.*

13 *Dependens ex voluntate Principis habetur, ac ſi fieri non poſſit.*

14 *Supplicationibus, & alijs huiuſmodi, quæ cõmuniter à Clericis Collegiatarum Eccleſiarum fiunt, poteſt, & debet aſſignari aliqua portio diſtributionum quotidianarum.*

15 *Epiſcopus, & vnaquaque Eccleſia ſtatuere debet, quænam portio diſtributionum cuique parti diuini officij, Eccleſiaſticæve functioni aſſignanda ſit, & num. ſeq.*

16 *Epiſcopus ſimul cum Capitulo ſtatuit quæ ſpectant ad ſpirituale regimen Eccleſiarũ Collegiatarum.*

17 *Aſſignatio redituum cuilibet horæ, ſeu parti diuini officij, de qua Pius V. in ſua conſtitutione, non eſt neceſſariò ſeruanda quoad diſtributiones. Sed neque ad eas adaptari poteſt; num. 18.*

19 *Aſſignatio rationabilis diſtributionum ſingulis horis, ſacriſque functionibus quænam eſſe poſſit.*

20 *Diſtributiones quotidianæ aſſignatæ ſunt horis Canonicis, ac diuinis officijs integris, & completis.*

21 *Syncopans & deglutiens verba, & ſyllabas, quæ conſtituant notabilem quantitatẽ, non ſatisfacit præcepto recitandi horas. Id tamen intelligandum eſt de ſingulis horis ſeorſim, non ſimul. num. 22.*

23 *Egrediens Chorũ ſine cauſa ante finem horæ amittit diſtribntionem illius horæ, & peccat venialiter, immo aliquãdo mortaliter.*

24 *Confabulãtes, ſubſcribentes Epiſtolis, aliudque officiũ recitantes dum horæ canuntur, peccant, nec lucrantur diſtributiones.*

25 *Alternatim canens habetur pro integrè recitante diuinum officium. Idem in eo, qui in Choro ſolùm audit ea, quæ ex rationabili ſtatuto, vel conſuetudine ab vno pro omnibus recitantur. num. 26.*

27 *Chorum ſerò ingrediens an, & quando peccet, vel lucretur diſtributiones quotidianas.*

28 *Omittens, vel non recitans partem non notabilem vnius horæ non peccat mortaliter, & lucratur diſtributiones.*

29 *Notabilis pars cuiuſque horæ non eadem eſt ratione mortalis peccati, & reſpectu amiſſionis diſtributionum.*

30 *Tempus conueniendi in Chorum cœptis horis abſq; amiſſione diſtributionum diuerſum eſt iuxta diuerſa ſtatuta.*

31 *Læſio in ſexta parte enormis eſt, & dat cauſam reſtitutioni in integrum.*

32 *Notabilis pars non eſt in eadem quantitate conſtituenda reſpectu ſingularum horarũ, atque adeo non eſt quanta, ſed quota.*

33 *Notabilis pars cuiuſq; horæ eſt decima.*

34 *Decima pars fructuum habita fuit notabilis, & in vltimo gradu conſiderabilitatis.*

35 *Læſio enormis, ob quam datur reſtitutio in integrum eſt in decima parte; quamuis alij in ſexta, alij in maiori parte conſtituant, & plerique id totum iudicis arbitrio relinquant. nu. 36.*

37 *Decimam partem vnius horæ ſi quis ommittat in ſingulis horis non intereſſendo, confabulando, &c. non lucratur illius horæ diſtributionem.*

38 *Canonicus tenetur recitare in Choro officiũ iuxta formam Breuiarij, quod ibi adhibetur; & ſi partem notabilem ommittat, iuxta illud ſupplere debet. num. 39. ſecus tamen ſi iuſta de cauſa ommittat. nu. 40.*

41 *Omittens partem notabilem conflatam ex pluribus verſiculis ſatisfacit recitãdo pſalmum cõtinentem tot verſiculos, quot omiſit.*

42 *Notabilis pars quæ fuit omiſſa inducens amiſſionem diſtributionum ſumenda eſt præter eam, quam indulget ſtatutum initio cuiuſq; horæ.*

43 *Conſuetudo, vt diſtributiones quotidianæ tribuantur horis non integris, neque omnibus valet, & num. ſeqq.*

44 *Conſuetudo parum præiudicialis Eccleſiæ valet.*

45 *Conſuetudine aſsignari quidem poſſunt omnes diſtributiones aliquibus horis, non tamen poteſt quis intereſſendo vni horæ lucrari diſtributiones aſsignatas omnibus horis.*

46 *Aſsignari ſingulis horis diſtributiones rationabilius eſt, & iuri quoque conformius.*

47 *Conſuetudo tribuens vniuerſas diſtributiones certis dumtaxat horis ratione aliqua induci debet ſpatio 40. annorum. ad inducendam verò rurſus priorem conſuetudinẽ, ſufficeret decennium. num. 48.*

49 *Reditus ad ius commune facilè conceditur.*

50 *Conſuetudo, quòd diſtributiones vnius diei vnica hora acquirantur, non valet.*



## *Qualiter diſtributiones Quotidianæ aſſignatæ ſint horis, ac diuinis officijs. Quæſtio III.*

QVONIAM nunc agimus de acquirendis quotidianis diſtributionibus ab ijs, qui interſunt diuinis officijs, videndum eſt in hac quæſtione, quibus horis, functionibusq; Eccleſiaſticis intereſſe debent, vt eas diſtributiones lucrifaciant.

1 Prima Concluſio. Certum eſt † debere aſſignari diſtributiones ſingulis horis

horis Canonicis, & Miſſæ Conuentua-
li. Id apertè voluit Gloſ. in d. cap. vni-
co in Verb. ordinationem, de Cleric. nõ
reſid. in 6. quam nullus Doct. ibi repro-
bauit, & conſtat etiam ex ſtatuto Eccle-
ſiæ Gallic. ſub tit. quo temp. quiſq; de-
bet eſſe in Choro; deciditq; Sacra Cõ-
greg. præfecta interpretationi Trid.
Concil. ad ſeſſ. 21. cap. 3. de reformat. in
2 vna Mediolanenſi declarans, † quòd in
Eccleſijs, in quibus diſtributiones non
ſunt tenues, ſed immo pingues, licèt ſint
aliquæ horæ, quæ nullas diſtributiones
habent, aut tenues, debent ei rationabi-
les aſſignari detrahendo aliquam partẽ
fructuum à præbendis, non autem ab
alijs diſtributionibus, quas ſingulis cæ-
teris horis iam ſunt aſſignatæ. Ratio
autem cõcluſionis eſt, quia, cum ab Ec-
cleſia præceptum ſit, vt hæc diuina of-
ficia in Eccleſijs Cathedralibus, & Col-
legiatis celebrẽtur, vt ſupr. 1. par. quæſt.
5. in principio ſatis oſtẽdimus, quoniam
Clericorum pietas defecerat, ne qua in
parte minueretur diuinus cultus, de-
buerunt ad id allici quotidianis diſtri-
butionibus, vt ead. quæſt. 5. concl. 2. de-
mõſtrauimus. & optimè colligitur tum
ex Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 3. ibi, ſe-
parari debere, & in diſtributiones quo-
tidianas conuerti; quæ inter dignitates
obtinentes, & cæteros diuinis intereſ-
ſentes proportionabiliter iuxta diuiſio-
nem ab Epiſcopo etiam tanquam Apo-
ſtolicæ ſedis delegato in ipſa prima fru
ctuum deductione faciendam diuidan-
tur; tum etiam ex d. c. vnico verſ. ſtatui-
mus de cler. non reſid. in 6. vbi ſtatui-
tur, vt diſtributiones dentur Clericis
Eccleſiarum Collegiatarum, qui diui-
3 nis officijs adfuerint; conſtat autẽ † di-
uinorum officiorum nomine, tam ho-
ras Canonicas, quàm Miſſam, quæ con-
uentualiter celebratur, contineri, vt pa-
tet ex cap. dolentes de celebr. Miſſ. &
ſup. 1. part. q. 4. circa finem latiùs ad-
monuimus. Neque verò obeſſe vlla ra-
tione poteſt huic concluſioni, quòd in
Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.
habetur diſtributiones dari ijs, qui ſta-
tis, vel, vt alij legunt, ſtatutis horis in-
4 terfuerint, illud enim verbum † adhuc
exponendum eſt de omnibus horis, vt
declarauit eadem ſacra Congreg. ad d.
cap. 12. in vna Taruiſina, prout ego vi-
di Mediolani in quibuſdam Manuſcri-
ptis Declarationibus.

Secunda Concluſio. Quàmuis regu-
lariter nulla Eccleſia Collegiata, vel
Cathedralis teneatur de iure communi
recitare communiter officium B. Marię
ſemper Virginis, tamen vbi ex conſue-
tudine, vel particulari ſtatuto tenetur,
Canonici, & Clerici illarum Eccleſiarũ
tenentur illi quoque intereſſe, ſi maio-
ris officij diſtributiones lucrifacere vo-
5 lunt. Prior pars † huius concluſionis
probatur ex Alberto de Ferrarijs d.
tract. de hor. Can. nu. 52. cuius opinio-
nem commuuem dicit Nauar. d. tract.
de hor. Canon. cap. 10. num. 2. quam te-
net etiã Guliel. Paul. Io. de Lign. Card.
& Imol. in Clem. 1. de celebr. Miſſ. idem
Io. de Lign. in tract. de hor. Canon. q. 12.
& Nicol. Plou. in ſimili tract. 2. par. q. 5.
poſt Paul. Aluar. in ſuo tract. de hæreſ.
ac Silueſt. in Verb. hora quæſt. 5. ſeu nu.
6. Armill. §. 8. poſt Palud. in 4. diſt. 15. q.
5. ar. 6. à qua tamẽ communi recedit Na
uar. d. num. 2. dicens Vrbanum Secun-
dum in Concilio Claromontenſi cum
decretum fuit bellum ſacrum, quo re-
cuperata fuit terra ſancta, præcepiſſe
eas dici ſingulis diebus motus ſola au-
ctoritate Gloſſat. ad ſtatut. Gallican.
ſub tit. quomodo diuin. offic. verb. di-
cturi, propter quam tamen non puto re-
cedendum à communi, cum de huiuſ-
modi præcepto aliter non conſtet; ſed
vbi etiam de eo conſtaret, adhuc dici
poteſt, fuiſſe temporale, donec nimi-
rum illud bellum perduraret. Poſte-
6 riorem partẽ cõcl. † tenet etiam Nauar.
loc. cit. Ferrar. d. tract. num. 53. & alij
Doct. mox allegati, & pro ea extat de-
cretum Concil. Prouinc. Mediolan. 4.
ſub tit. quæ pertin. ad ſanctiſſ. Miſſ. ſa-
crific. & diuin. offic. poſt mediũ verſic.
quibus in Eccleſijs, in hæc verba. qui-
bus in Eccleſijs diuinum Canonicarum





horarum officium de B. Maria Virgine
recitari aut ſolet, aut debet, earum cle-
rus vniuerſus illud in Choro præſens
pariter recitet, atque officium, quod de
Domino dicitur; id verò ita, vt ſingulas
horas canonicas vnius officij cum ſin-
gulis alterius ex Breuiarij Romani præ
ſcripto ordine coniungat. quicunq; ab
vnius horæ officio de Beata Maria ab-
fuerit, diſtributione illius horę perinde
mulctetur, ac ſi ab horæ eiuſdem offi-
cio, quod de Domino recitatur, abfue-
rit.

Tertia Concluſio. Vigilias quoque,
ſeu officium mortuorum non tenentur
7 † recitare, ſeu canere Clerici Collegia-
tarum Eccleſiarum de iure communi,
niſi in anniuerſario defunctorum; ſi ta-
men de hoc adſit conſuetudo, vel ſtatu-
8 tum, † tenentur ſicut, & reliquum offi-
cium diuinum recitare. ita Nauar. d. c.
10. num. 5. ex communi poſt Palud. in 4.
diſt. 15. col. 3. Io. And. in cap. 1. de cele-
br. Miſſ. Card. à Turrecr. in §. 1. 91.
diſt. art. 15. & 16. Io. de Lign. in Clem. 1.
de celebr. Miſſ. ſed idem etiam volue-
runt Plou. d. 2. par. quæſt. 7. Ferrar. d. nu.
5. Silueſt. & alij locis cit. apud quorum
etiam Doct. aliquos videri poteſt, quid
de littanijs, reſponſorijs, alijſq; huiuſ-
modi dicendum ſit. Illud verò apud
eos omnes ibid. eſt in confeſſo, quòd
9 † ſi Officium B. Virginis, aut vigiliæ
mortuorum, cæteraq; eius generis re-
citari debent ex communi conſuetudi-
ne, aut ſtatuto omnium Eccleſiarum
alicuius vrbis, vel prouinciæ, prout eſt
officium mortuorum cùm ſit de feria, in
Eccleſia Mediolanenſi, omnes clerici il-
lius Eccleſiæ, ſeu prouinciæ tenentur
ea recitare, aliàs peccatum lethale in-
currunt; & ſi quidem ordinariè id fiat
ſtatis diebus, tunc etiam abſentes cau-
ſa ſtudiorum, aut alia iuſta de cauſa te-
nentur illa recitare, aliàs peccant mor-
taliter, ſecus verò, ſi ſolùm ex conſue-
tudine, aut ſtatuto ſpeciali alicuius Ec-
cleſiæ, prout eſt Officium B. Virginis in
Metropolitana certis diebus; nam tunc
cæteri aliarum Eccleſiarum eiuſdem
ciuitatis non tenebuntur; & verò ſi ex-
traordinariè id contingat in illa parti-
culari Eccleſia, nimirum ex deuotione,
& voluntate alicuius, tunc abſentes ad
illud non adſtringuntur ex præcitatis
omnibus Doct. Maximè verò mihi pla-
cet, quod addit, & ſatis probat Nauar.
10 d. cap. 10. num. 5. & 6. † non modò ab-
ſentes ob eam cauſam, propter quã ha-
bentur pro præſentibus ſolùm quoad
fructus præbendæ, non autem quoad
diſtributiones, vt eſt cauſa ſtudiorum,
ſed etiam abſentes ea de cauſa, quæ ſuf-
ficiat ad lucrifaciendas diſtributiones,
qualis eſt infirmitas, & aliæ huius gene
ris, non teneri recitare illa, ad quæ Ec-
cleſiæ aliquæ particulares tenentur ex
ſpeciali ſtatuto, ſeu conſuetudine, & ta-
men percipiẽt diſtributiones; quia hæc,
inquit, præcipiuntur Capitulo, aut Col-
legio animo ad id obligandi Chorum,
aut Capitulum, non autem ſingulos,
11 quemadmodum † præceptũ illud con-
ſeruandi genus humanum Creſcite, &
multiplicamini Geneſ. 1. & 9. non fuit
datum ſingulis, ſed toti vniuerſo, ea mẽ
te, vt nõ deeſſent in tota hominum mul-
titudine, qui illud adimplerent, vt mo-
net inter alios S. Thom. 2. 2. quæſt. 152.
art. 10. ad primum, ſimileq; etiam exem
plum habemus in Sacramento ordinis,
quod non ſingulis, ſed omni, & vniuer-
ſæ Eccleſiæ præceptum eſt, vt in ea mi-
niſtri non deficiant vſque ad conſuma-
tionem ſæculi. Neque huic rei, quam
paulò ante cum Nauar. adnotauimus
aduerſatur idem S. Thom. dum quod-
libet. 6. art. 5. ſentire videtur beneficia-
rium ſtudentem teneri recitare in ſcho-
lis omiſſa officia, quorum diſtributio-
nes, cùm ijs intereſt lucratur; ſolũ enim
ait, eum non teneri recitare officia ex-
traordinaria defunctorũ, vti præſentes,
quia neque lucrantur diſtributiones,
quas illi, ſic optimè reſpondet Nauar. d.
nume. 6. Illud autem indubitatum eſſe
12 puto, † eos, qui à Summo Pontifice pri-
uilegiati ſunt, vt abſentes ad certum tẽ-
pus, puta duos menſes in anno, prout
ſunt priuilegiati Canonici Ordinarij

noſtrę Eccleſię maioris Mediolani,per-
cipiant quotidianas diſtributiones, ac
ſi diuinis intereſſent,dum abſunt etiam
ſine cauſa ijs diebus, quibus recitatur
Officium B. Mariæ Virginis,vel quid ſi-
mile ex ſpeciali ſtatuto,vel cõſuetudine
propriæ Eccleſiæ, non teneri illud reci-
tare,tum quia eo tempore pro abſenti-
bus notantur, licèt in fine anni fiat ex
ea cenſura ſubductio dictorum duorũ
menſium ad ratam, tum quia cum hu-
iuſmodi priuilegium obtinuerint ex
diſpẽſatione, & liberalitate, ac volun-
tate Pontificis, perinde eſt quoad hoc
etiam ex poſt facto, ac ſi omnino pro
13 abſentibus habeantur; nam † quod ex
voluntate,& diſpẽſatione Principis de-
pendet,habetur, ac ſi fieri non poſſit l.
apud Iulianum § conſtat,vbi Doct.om-
nes ff.de leg. 1. Gloſ. pen. in cap. gratia
de reſcript.in 6. cum ſimil.

Quarta Concluſio. Poteſt etiam, &
14 fortaſſe debet † non modò diuinis ip-
ſis officijs, ſed etiam ſupplicationibus,
& alijs ſimilibus, quæ communiter à
Clericis Eccleſiarum Collegiatarũ ob-
euntur, portio aliqua diſtributionum
quotidianarum aſſignari. Quòd poſſit
id fieri,probatur ex concluſione ſequẽ-
ti; quòd verò debeat, probari ex eo po-
teſt, quòd ſuppoſita rationabilitate in-
ſtitutionis illarũ ſupplicationum, ſimi-
liũq; rerũ, naturaliter ſequitur, vt fieri
debeant qua maiori dignitate,Clerico-
rumq; numero fieri poſſit. ad id aũt fa-
ciendũ optimum inuentum erit quoti-
dianarũ diſtributionũ aſſignatio, iuxta
ea, quæ de diuinis officijs docet Nauar.
in Manual.de orat. & hor. Canon.c.18.
nu. 10. & nos latiùs tradidimus ſupr. 1.
par.huius tract.q.5.concl.1.& 3.Qua ra
tione in Concil. Prouinc. Mediolan. 4.
ſub.tit.de proceſſionibus circa medium
ſancitum legimus, vt in ſupplicationi-
bus,proceſſionibuſue, quæ Summi Pon-
tificis,Epiſcopiue iuſſu in exteriori, aut
interiori Eccleſię circuitu aguntur,Ca-
nonicis,& alijs Chori miniſtris, qui di-
ſtributionum quouis modo participes
ſunt,tantũ ex communi reſidentiæ cen-
ſu diſtribuatur, quantum ipſis dari ſo-
let, cũ in Choro præſentes horæ Tertiæ
officio adſunt; ſi verò pro feriæ, feſtiq;
ratione,quo proceſſio agitur, non in cir
cuitu Eccleſiæ, ſed per vrbem, oppidũ-
ue illa fiat, triplum detur, eaq; omnis
diſtributionum portio detur ijs tãtùm,
qui illas præſentes obeunt.

Quinta Concluſio. Ad Epiſcopum,
& vnamquamque Eccleſiam ſpectat
15 † ſtatuere, quænam portio diſtributio-
num cuiq; horæ Canonicæ, diuino offi-
cio, Eccleſiaſticæue functioni aſſignan-
da ſit. Probatur tum quia ad Epiſcopũ
16 ſimul cũ Capitulo † pertinet ſtatuere,
quæ ad ſpirituale regimen Eccleſiarum
Collegiatarũ ſpectant,vt tradunt Doct.
in cap. cum omnes de conſtit.& nos la-
tiùs oſtendemus infr.q.13. tum ex Con-
cil.Trid.ſeſſ.21.c.3.ibi, ſ parari debere,
& in diſtributiones quotidianas cõuer-
ti, quæ inter dignitates obtinentes, &
cæteros diuinis intereſſentes proportio
nabiliter iuxta diuiſionem ab Epiſcopo
etiã tanquam Apoſtolicę Sedis delega-
gato in ipſa prima fructuũ deductione
faciendam diuidantur. Verùm decretũ
hoc Cõcilij poteſt, & debet fortaſſe in-
telligi de diuiſione,& aſſignatione iux-
ta qualitatem potiùs perſonarum, quã
partium diuini officij; præterquam,
quòd loquitur dũtaxat de diſtributio-
nibus quotidianis cõflatis ex tertia par-
te fructuum,& prouẽtuum dignitatum,
præbendarum, & portionũ, non autem
de cæteris, quæ ſuapte natura, & anti-
quitus diſtributiones ſunt. Aliud ſimile
decretum eiuſdem Cõcilij eſt in ſeſſ.22.
cap. 3. ſed illud ſolùm locum habet,vbi
adeſſent in Eccleſijs diſtributiones ſuf-
ficientes prout ſupr.1.par. q. 5.concl.2.
ex Rot. Ro. docuimus, eæq; impropriè
diſtributiones ſunt, verèq; differt hæc
tertia fructuũ à diſtributionibus quoti-
dianis, vt de ſimili tertia ex ſtatuto de-
trahenda de fructibus præbendarum,&
ſolis præſentibus tribuenda docet ead.
Rot.deciſ.270.nu.5.par.2. in nouiſs.di-
uerſ. & infr. quæſt. 17. latiùs oſtende-
mus. Quare melior locus eſt in ead.
Synodo



Synodo ſeſſ.24.cap.12. in fi.cuius verba
in præced. q. concl. 6. circa principium
retulimus. Idem etiam apertè colligi-
tur ex conſtit. Pij V. allegata in eadem
præced. quæſt.concl.7. ibi, fructuſque,
& diſtributiones fortè aliter aſſignatas,
&c. iuncto eo, quod paulò ante admo-
nuimus ad ipſas Eccleſias ſimul cũ Epi-
ſcopo ſpectare de huiuſmodi rebus ſta-
tuta condere, quod enim in eadem cõ-
ſtitutione ibidem ſubditur, iuxta ſtatu-
ta, conſuetudinem, fundationem, vel
alias ſibi lucrifeciſſe prætendat, quæ
etiam ibi improbari videntur à Summo
Pontifice, non ad aſſignationem diſtri-
butionũ ſingulis horis refertur, ſed ad
id, quo aliqui Choro addicti tueri ſe
volunt, vt ſola præſentia diſtributio-
nes lucrifaciant, vt ex eius lectura ſa-
tis apparet. Optimus verò locus eſt
in dicto cap. vnico, de cleric. non re-
ſid. in 6. verſicul. ſtatuimus,in ijs ver-
bis, diſtributiones ipſæ quotidianæ in
quibuſcunque rebus conſiſtant, Cano-
nicis, ac alijs beneficiatis, & Clericis
ipſarum Eccleſiarum, qui eiſdem offi-
cijs in ipſis Eccleſijs adfuerint, tribuan
tur iuxta Eccleſiæ cuiuslibet ordina-
tionem rationabilem iam factam, ſeu
etiam faciendam; idq; iuncta Gloſ. ibi-
dem in verbo ordinationem, ita expli-
cante, dum ait, vt puta, quòd tantum
detur ei, qui intererit in Miſſa; & tã-
tum ei, qui intererit in Matutino, &
ſic de ſingulis horis, quam Glo.tamquã
ſingularem ſequuntur ibi communiter
Doctor.

17 Sexta Concluſio. Exiſtimo † non ne-
ceſſariò ſeruandam eſſe in Collegiatis
Eccleſijs quo ad diſtributiones quoti-
dianas illam aſſignationem, quam fe-
cit Pius V. in d. Conſtitut. in benefi-
cijs, vt nimirum, qui Matutinum in-
termiſerit, dimidiam, qui cæteras om-
nes horas, aliam dimidiam; qui hora-
rum ſingulas, ſextam partem diſtribu-
tionũ illius diei amittat, tum quia aper-
tè diſponit Summus Pontifex dumtaxat
de beneficijs, eorumq; fructibus;at ve-
rò quotidianę diſtributiones propriè lo-
quendo neque dici poſſunt beneficia,vt
1.par. q. 2. latiùs oſtendimus, neq; etiã
fructus beneficij, vt eadem 1.par. quæ-
ſtio. 6. demonſtrauimus; tum quia idẽ
Pontifex eod. loco manifeſtè ſupponit,
& concedit poſſe diſtributiones aliter
aſſignari, quàm ipſe in beneficijs aſſi-
gnauerit, vt patet ex ijs verbis, diſtri-
butiones fortè aliter aſſignatas. Quin
18 etiam eam aſſignationem † adaptari
non poſſe puto ad quotidianas diſtri-
butiones, neque debere in ijs practica-
ri, tum quia nihil de Miſſa ibi habetur,
cui tamen ſuam diſtributionum portio-
nem aſſignari debere in 1. concluſ. do-
cuimus; tum quia rationi conſentaneũ
non eſt, vt in eadem Eccleſia eadẽ die
alter Canonicus, qui omnibus horis in-
tereſt, excepta Tertia, amittat ſextam
partem diſtributionum omnium illius
diei, alter verò qui nulli excepto Matu-
tino, ſolam dimidiam amittat; rurſus
ſequeretur, eum, qui tribus alijs horis
à Matutino non intereſt ter ſextam par
tem, hoc eſt dimidiam diſtributionum
totius diei amittere, quam eãdem dum-
taxat amitteret, qui omnes ſex horas
præter Matutinum omitteret, quæ
non ita ſunt abſurda in beneficijs, eo-
rumq; fructibus, ſicut in diſtributioni-
bus quotidianis, in quibus tamen illa
ſequerentur, vt conſtat ex plano ſenſu
verborum d. conſtitutionis, niſi illam
ſextam partem, quam vult Pontifex
ab eo amitti, qui horarum ſingulas
præter Matutinum omittit, non de ſex-
ta parte fructuum totius diei,prout ver
ba indicare videntur intelligamus, ſed
illius dimidiæ, quam totam amittit a-
lias horas omnes à Matutino omit-
tens. Sed tunc adhuc aliter facienda
erit aſſignatio diſtributionum propter
Miſſam, & alia munera, quæ à Cano-
nicis, Eccleſiarumque Collegiatarum
Clericis obeunda, oneraque, quæ in il-
lis, aut extra eas ab ijſdem ſubeunda
19 ſunt. Rationabilis ergo erit † illa Ec-
cleſiæ ordinatio, quæ eò maiorem diſtri
butionum portionẽ aſſignabit horę, aut
alteri diuino officio, vel muneri, quò

 diutiùs

diutiùs durat, maioriue ſolemnitate ce-
lebrandum, aut exercendum eſt. hinc
rectè conſtitutum videmus in omnibus
ferè Mediolanenſis Ciuitatis Eccleſijs,
vt Matutino tertia pene totius diſtribu-
tionis vnius diei portio, paulò minor
Miſſæ, ac Veſperis, minima verò cæteris
horis adſcribatur; & in Metropolitana
ſtatutum eſt, vt ferialibus diebus omni-
bus diſtributio ſimplex ſit, feſtis autem
diebus, qui à populo colũtur, & in Octa
uis Natiuitatis, Reſurrectionis, & Cor-
poris Domini duplex, Pontificalibus ve-
rò, & cum in Metropolitana ſacræ ordi-
nationes habentur, alijsq; ſimilibus ce-
lebrioribus diebus triplex ſit vnico die
diſtributionis portio.

Septima Concluſio. Diſtributiones
20 quotidianæ aſſignatæ intelligũtur † ho
ris, ac diuinis officijs non quouis modo,
ſed integris, & completis. ita Nauar. d.
tract. de orat. & hor. Canon. cap. 10. nu.
1. 38. & 42. in fine, idq; ex eo probatur,
quòd regulariter non liberatur debitor
ſolutione vnius partis debiti l. planè ff.
famil. eriſc. l. tutor §. Lucius ff. de vſur.
cum ſimil. idque apertè colligitur ex
Concil. Tolet. 11. cap. 14. quod refer-
tur in cap. illud. 7. q. 1. & ex decreto So-
ter. Papæ cap. vt illud, de concr. diſt. 1.
ſed clariùs id habetur ex Concil. Rom.
in cap. dolentes, de celebr. Miſſ. & Cõ-
cil. Vienn. in Clem. 1. de celebr. Miſſ. ex
quibus etiam, & alijs optimè infert Na-
21 uar. d. cap. 10. num. 9. † non ſatisfacere
pręcepto recitandi horas, qui, dum can-
tant, aut recitant omittunt tantam par-
tem verſuum, vel pſalmorum etiam de-
glutiendo, corrumpendo, vel ſyncopan-
do verba, vel ſyllabas, vt ex ita omiſ-
ſis, vel corruptis fiat notabilis pars;
22 quod tamen intelligẽdum eſt † non de
omnibus horis ſimul, ſed de ſingulis
horis; nam, quod in vna hora omit-
tetur, non eſt cum eo, quod in altera
omittitur, computandum ad conſti-
tuendam notabilem partem, cum quæ-
libet hora vnum totũ integrum, & per-
fectum per ſe conſtituat. Infertur 2.
23 † eum, qui egreditur Chorum antequã
finiatur hora abſque iuſto impedimen-
to, vel alia iuſta cauſa, non ſolùm amit-
tere quotidianas diſtributiones, ſed etiã
ſaltem venialiter peccare, immo & le-
thaliter, ſi ob id omitteret partem no-
tabilem horæ, poſteaq; non ſuppleret
eam priuatim pronunciando. ita infert
Nauar. d. cap. 10. num. 11. idq; quoad
priorem partem docet etiam Couar. d.
lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 6. ratioq;
eſſe poteſt; quoniam inciuile eſt Prin-
cipem alloqui libenter audientem, &
colloquio non peracto ad alios ſermo-
nem conuertere, cum ijsq; negotiari, vt
optimè admonet Nauar. d. cap. 10. nu. 1.
24 Infertur 3. † eos, qui, dum horę cantan-
tur, ſubſcribunt Epiſtolis, ſcripta legũt,
confabulãtur, aut etiam aliud officium
recitant, aut quid ſimile faciunt, quod
ad id, quod recitatur, non pertineat, nõ
ſatisfacere obligationi, neque lucrifa-
cere diſtributiones, quod latè proſequi-
tur Nauar. d. cap. 10. num. 12. & ſeqq. &
cap. 13. ferè per totum, & nos quæſt. præ
ced. concl. 4. docuimus.

Limitatur autem hæc Concluſio pri-
25 mò, vt † non habeatur pro omittente,
vel integrè non recitante, qui alterna-
tim canendo dimidiam partem horarũ
in Choro, vel etiam extra recitat; aut
26 † ea in Choro ſolùm audit, quæ ex ra-
tionabili conſuetudine, vel ſtatuto ab
vno pro omnibus recitantur, quod ex
ijs conſtat, quæ de alternata cernendi
ratione 1. par. quæſt. 5. in princip. attu-
limus, & pluribus in ſpetie comprobat
Nauar. d. cap. 10. num. 16. vſque ad 32. &
ex communi reſoluit num. 45. Limi-
27 tatur 2. † eũ, qui ſerò conuenit in Cho-
rum ſine iuſta cauſa cępta iam hora pec
care quidem venialiter; tamen non mo-
dò poſſe continuare cum Choro horam
iam cœptam, quam poſtea perficere de-
bebit, ſi fuit notabilis pars, quæ peracta
erat, ſed etiam lucrari diſtributiones, ſi
venerit tempore à ſtatuto permiſſo, de
quo mox dicemus. ita Nauar. d. cap. 10.
num. 11. tranſacto verò eo tempore ſa-
tiùs eſt, vt nullus ingrediatur Chorum
etiam amittendo diſtributiones, aut in-
curren-



currendo alias pœnas, vt admonet Na-
nar. eod. cap. 10. num. 44. quia, inquit,
huiuſmodi ingreſſus eſt magna occaſio
deſtrahendi mentes eorum, qui cœpe-
runt canere, vel recitare horam ab attẽ-
tione illis debita; tales vero occaſiones
ſunt euitandæ, propter quam cauſam
nonnullæ Religiones, vt ait Nauar. id
obſeruant, & ſeruare cõſueuerunt Mo-
nachi Aegiptij teſte Io. Caſſiano de in-
ſtit. Cœnob. lib. 3. cap. 7. Limitatur ter-
28 tiò, vt non procedat † in eo, qui omittit,
vel non recitat modicam aliquam quã-
titatem, ſeu non notabilem alicuius ho-
ræ; nam is neque peccat, neque tenetur
ad quòtidianarum diſtributionum il-
lius horæ reſtitutionẽ, vt ſatis inter cæ-
teros cõprobat Nauar. d. tract. de orat.
& hor. Canon. tum alibi ſæpe, tũ d. cap.
10. ferè per totum.

Quæ autem ſit pars notabilis cuiuſ-
que horæ, diuinique officij, non conſtat
inter Doctores. Duo ſanè in hac re mi-
29 hi certiſſima ſunt. Alterum † non ean-
dem eſſe notabilem partem quoad amit
tendam diſtributionem, & quoad pec-
catum; poteſt enim eſſe aliqua pars no-
tabilis, quæ omitti nequit ſine reatu
peccati mortalis, poteſt tamẽ ſine amiſ-
ſione diſtributionum, vt optimè docet
Nauar. d. num. 44. idq; liquidò conſtat
ex ſtatuto Gallican. ſub tit. quo tempo-
re quiſque debet eſſe in Choro per to-
30 tam Galliam recepto ſtatuente † non
eſſe adimẽdas quotidianas diſtributio-
nes beneficiarijs ad Matutinum eunti-
bus priuſquam finiatur Pſalmus, Veni-
te exultemus, & ad alias horas antequã
finiatur primus pſalmus, & ad Miſſam
ante vltimum Kyrie eleyſon, quam etiã
partem communiter quoad hoc non re-
putari notabilem ab aliarum Eccleſia-
rum ſtatutis aſſerit ibid. Nauar. & ſanè
in prouinciæ Mediolanenſis Eccleſijs
omnibus idem ſeruari omnino debet ex
Conc. Prouinc. 1. decreto ſub tit. quãd.
& quom. ad diu. off. conueniend. Vbi
etiam illud notabiliter, ac rationnabi-
liter conſtituitur, quòd ſi quis cum poſ-
ſit initio officij, vel ſupplicationum cõ-
uenire, aduentum ſuum in extremum
præfiniti temporis pũctum de induſtria
diſtulerit, loco abſentis habeatur. In
ciuitate tamen, ac diœceſi Mediolanẽſi,
quoniam diuerſus eſt ritus, ex ſtatuto
ſpetiali, ſeu conſuetudine vniuſque Ec-
cleſiæ partim laxiori partim etiam ſtri-
ctiori inductum eſt, vt ſufficiat in Ma-
tutino adeſſe ante finem reſponſorij,
quod Hymnum ſequitur, vel etiam Cã-
tici Laudabilis, ſeu, Benedictus es, pro ra
tione temporum, quod quidem Canti-
cum eſt loco pſalmi, Venite exultemus,
in cæteris horis poſt finem hymni, (Ve-
ſperis exceptis, in quibus indulgetur
etiam Reſponſorium poſt Hymnum,)
in Miſſa verò poſt finem Hymni Ange-
lorum, vbi dicatur, aliàs poſt finem Epi
ſtolæ; non poteſt autem negari, quin
omiſſio dictorum principiorum ſaltem
in hora Tertiæ, Sextæ, ac Nonæ, ſit o-
miſſio partium notabilium cum ſint
quarta pars, vel ſaltẽ quinta prædicta-
rum horarum, ſi computentur, prout
computari debent, Pater noſter, Aue
Maria, Deus in adiutoriũ, & Hymnus,
ſexta enim pars, ne dum quinta procul-
dubio conſiderabilis, ac notabilis eſt;
31 vnde † ſi in ea quis læſus ſit, quòd ea
læſio enormis ſit, reſtituitur minor in
integrum, vt voluit Bart. in l. ſocietatẽ
§. arbitrorum num. 25. ff. pro ſoc. Pariſ.
conſi. 89. num. 53. lib. 3. latè poſt alios
Siluan. conſi. 38. col. pen. lib. 1. & de cõ-
muni teſtantes Dec. conſi. 39. num. 7. &
Chircou. comm. opin. cent. 3. concl. 7.
Alterum hac in re mihi certum, & in-
dubitatum illud eſt, ſecluſa etiam ra-
tione lucrandi fructus, ac diſtributio-
32 nes, † non eandem, neque in eadem
quantitate conſtituendam eſſe partem
notabilem in ſingulis horis Canonicis,
diuiniſq; officijs, ac functionibus Eccle
ſiaſticis; quis enim vnquam iure dixerit
illam eſſe partem notabilem in Matuti-
no, quæ in Tertia, quarum decem, & eo
amplius in Matutino poſſunt contineri?
ſicut etiam nõ eadem pars notabilis eſt
totius diei, & vnius horæ, ſed ponenda
eſt ad ratam, & pro cuiuſque portione.
Malè

Malè igitur plerique voluerunt pſalmũ
eſſe partem notabilem in vnaquaq; ho-
rarum Canonicarum, quæ opinio vel ex
eo improbabilis redditur, quòd adeſt
pſalmus duorum verſiculorum, alter ve
rò 70. & eo amplius continebit. Conſti-
tuenda ergo eſt hæc notabilis pars cu-
iuſque horæ diuerſimodè, & quidem nõ
quanta, ſed quota, ratione lõgitudinis,
& breuitatis ſingularum horarum. Quę
verò ſit iſthæc quota pars, puta, an ſit
decima quinta, decima, vel vigeſima,
cum non ſit à iure definitum, neque de-
ciſum communiter à Doctoribus, relin-
quendum eſt iudicis, & boni viri arbi-
trio iuxta tex. in cap. vnaquæque §. fin.
13. quæſt. 2. cap. de cauſis de offi. deleg. l.
1. ff. de iur. delib. & latè tradita per Me-
noch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 14. num.
2. 5. & 6. ac Bernard. Diaz. in Prax.
Crim. Canon. Verb. arbitrarijs puniri
capit. mihi 147. vbi Salſed. in Addit.
Verb. imponere. Ego ſanè, vt meum
hac in re interponam iudicium, arbi-
33 trarer † partem hanc notabilem vniuſ-
cuiuſque horæ eſſe decimam, ſumpto
argumento à ſimili, quod quidem in iu-
re validum eſt, vt fuſè oſtendunt Eue-
rard. & Io. Bellon. in loc. & argument.
legal. in loc. ſeu argum. à ſimili. & eo
maximè vti debemus, vbi caſus ali-
quis ſpetiali aliqua lege comprehenſus
non eſt, vt pluribus oſtendunt Turz.
opin. 176. Viu. lib. 2. commun. Verb.
ſtatutum ciuitatis §. quando duo, &
Nicol. Vigel. vir exquiſitæ, atque inde-
feſſæ doctrinæ in ſua Method. iur. con-
trou. lib. 1. cap. 1. in princ. Hoc autem ar
gumentum à ſimili deſumo tum ex in-
ſtitutione, ac præcepto decimarũ, qua-
34 rum quantitas, ſeu quota † reſpectu cę-
terorum fructuum habita fuit in vlti-
mo gradu, vt ita dicam, conſiderabili-
tatis, ac notabilitatis à Deo O.M. tem-
pore veteris legis, atq; ab Eccleſia, à Sũ-
mis Pontificibus tempore nouæ, hanc
enim partem tanquam Leuitis, ac ſacer-
dotibus ſufficientem, & populo nõ mo-
leſtam Deus voluit retinere, vt inquit
Abulenſ. ſuper Matth. 23. quæſt. 56. quẽ
cum Rebuf. in ſuo tract. de decim. q. 2.
num. 8. nos quoq; ſecuti ſumus in ſimil.
tract. de decim. cap. 2. quæſt. 2. tum ex eo
quod aliqui nõ improbabiliter, & qui-
dem maximè auctoritatis uiri tradide-
rũt, læſionem magnam, & enormem, ob
35 quam datur in integrũ reſtitutio † eſſe
in decima parte; id enim poſt Roffr. do-
cuit Io. An. in addit. ad Specul. tit. de re-
ſtit. in integrum §. 1. col. fin. & Soc. iun.
36 conſi. 84. nu. 43. lib. 2. & quàmuis † non
nulli eam læſionem in ſexta, alij in ma-
iori parte conſtituant; alij etiam, & qui-
dem frequentiùs iudicis arbitrio id re-
linquant, vt conſtat ex latiùs adductis
inter cęteros per Clariſſimum Iurecon-
ſultum, cui ſanè me plurimum debere,
maximèq; addictum eſſe fateor, Sfort.
Odd. ĩ ſuo eruditiſſimo, abſolutiſſimoq;
tract. de reſtit. in integrũ q. 4. art. 10. &
11. maximè verò nu. 106. & 122. tamen
cum opinio illa, quam nos attulimus
de decima parte ſit ſtrictior cæteris;
ideo puto ad eam poſſe iudicis arbitriũ
conformari, & cuiuſque conſcientiam
accomodari, cum maximè non ſimus in
caſibus, in quibus quæuis quantitas etiã
minima conſiderabilis ſit, tribuatque
cauſam reſtitutionis; hoc eſt in rebus in-
diuiſibilibus de quibus per Odd. d. art.
11. num. 123. & duob. ſeqq. ſed in caſu,
in quo modicitas rei excuſat tum à pec-
cato, tum etiam à quotidianarum di-
ſtributionum reſtitutione, vt patet ex
ſupra dictis hac ipſa concl. 7. limitat.
3. omneſq; Doct. paſſim admittunt. Hãc
37 igitur partem † ſi quis omittat in ſin-
gulis horis vel non intereſſendo, vel
obdormiendo voluntariè, vel ad alia
extranea ſe conuertendo, non modò cul
pam lethalem incurrit, niſi habeat ani-
mum ſupplendi, ſed etiam quotidianas
diſtributiones iure non acquirit, & vbi
eas recipiat, ad illarum reſtitutionem
tenetur, vt colligitur ex ſupra per nos
latiùs deductis, & ex Nauar. d. cap. 10.
nu. 11. 44. & 48. vbi cũ multis ſeqq. latiùs
proſequitur materiã obligationis ſup-
plendi, aut iterum recitandi eodem, aut
alio die officium quam ideò con ltò
omit-



omittimus, quia ad effugiendum po-
tiùs reatũ culpæ, quàm pœnæ, ſeu amiſ-
ſionis diſtributionum, de quo præcipuè
in hoc tractatu agere inſtituimus, perti-
nere videtur, cũ maximè de illa quoque
latiùs tractent Summiſtæ omnes in ver-
bo horę Canonicę. Illud tamen vnũ non
omittam, quod ad ea, quæ proximè,
atq; in præcedenti quæſt. dicta ſunt, &
ad Chorũ, ac quotidianas etiã diſtribu-
tiones aliquo modo ſpectat; nimirum,
38 quòd † ſicut Canonicus recitans horas
extra Chorum iuxta formã Breuiarij à
Cardinale S. Crucis compoſiti, vel alte-
rius obtenta ad id diſpẽſatione, tenetur
intereſſe Choro, & pronunciare, ſeu cã-
tare horas vnà cũ eo ad lucrifaciendam
39 diſtributiones quotidianas, ita etiã † ſi
culpa ſua ſeriùs accedẽs, aut citiùs egre
diens, immiſcenſue ſe rebus contrarijs,
ijs, quæ dicuntur, vel cantantur in Cho-
ro, omiſerit partẽ aliquam notabilem,
tenetur eam ſupplere ad formã breuia-
rij, quod in Choro adhibetur, aliàs non
ſatisfacit. ita Nauar. d. c. 10. nu. 59. tum
quia, inquit, qui ſenſit emolumentum,
etiam ſentire debet onus ei annexum c.
qui ſentit, de reg. iur. in 6. & l. ſecũdum
naturam, ff. de reg. iur. iunctis Gloſ.
vtrobiq;, & quæ ibi tradunt Doct. con-
ſtat autẽ diſtributionibus, quæ in Cho-
ro lucrifiunt, annexum eſſe onus recitã-
di horas iuxta formulam Breuiarij ab
eo recepti, vt etiam monẽt Summiſtæ in
Verbo horæ Canonicæ, & quot quot de
horis Canonicis ſcripſerunt. Tũ quia in
huiuſmodi diſpenſationibus ſemper ap
ponitur clauſula, qua ſic diſpenſatus iu-
betur in Choro recitare horas ſecundũ
formam ab eo ſeruari ſolitam. Hoc au-
tem dupliciter limitat ibid. Nauar nu.
40 60. Primò, vt non procedat † in omit-
tẽte prædicta iuſta de cauſa, & ſine pec-
cato, vt quia ijs negotijs detinetur, quæ
à ſtatutis Eccleſiæ pro iuſta cauſa ha-
bentur etiam ad lucrandas diſtributio-
nes, quia, inquit cum ſubſiſtente iuſta
cauſa non teneatur recitare, aut cantare
in Choro id, quod à Choro recitatur,
aut canitur, nõ videtur obligatus dein-
de ad pronunciandum præciſè id, quod
in Choro pronunciatur, ſed poterit ſuo
peculiari officio ſatisfacere, quia ceſſat
ratio, & cauſa prædictæ deciſionis, qua
ceſſante debet & illa ceſſare, cap. cum
ceſſante, de appell. cum ſimil. Secũdò li-
41 mitatur, † vt is, qui ſic omiſit partem
aliquã notabilem cõflatam ex pluribus
verſiculis plurimorũ pſalmorum, nõ te-
neatur ſupplere recitando illos verſicu-
los, id. n. eſſet quidã labyrinthus, & ma-
gna cõfuſio, ſed poſſit ſupplere p æqui-
pollens recitando vnũ, duos, vel plures
pſalmos, qui contineant tot verſiculos,
quot ipſe omiſit. Tertiò limitatur
prædicta deciſio ex eod. Nauar. loc. cit.
vt non procedat, cùm Breuiarium ex-
traordinariũ parum differt ab eo, quod
in Choro recitari ſolet.

Denique in hac concluſione illud o-
42 mittendũ nõ eſt, † partem illam notabi-
lem, quam paulò ante in vnaquaq; hora
conſtituimus ad effectũ amittendi quo-
tidianas diſtributiones, eſſe accipiẽdam
præter eam, quam indulget rationabilis
conſuetudo, ſtatutũ, aut Prouincialis ſy
nodus, ita, vt ſi qs Canonicus in Chorũ
conueniat mox ante finẽ vltimi Kyrie-
leiſon hymni, vel pſalmi, aut reſponſo-
rij iuxta diuerſitatem diuinorũ officio-
rum, necnon conſuetudinũ, aut ſtatuto-
rũ, de quibus hac eadem in concluſ. di-
ximus, & præterea omittat vel non re-
citando, vel extraneis ſe immiſcẽdo, vel
etiam Chorum ſine iuſta cauſa egrediẽ
do partem aliquam, quæ ad decimam
non accedat, is diſtributionem illius ho-
ræ neque in foro conſcientiæ, neq; con-
tentioſo dicatur amittere; ſicq; intelli-
genda ſunt quæcunq; decreta hiſce o-
miſſionibus, atque defectibus pœnam
amiſſionis diſtributionum illius horæ,
in qua eos defectus cõmitti contingat,
impoſuerunt.

Octaua, & poſtrema concluſio. Valet
conſuetudo, vt diſtributiones quotidia-
43 næ tribuantur † non modò ijs, qui inte-
gris horis non interfuerint, ſed etiã non
omnibus, ſed aliquibus, & certis dum-
taxat. Id apertè colligi videtur ex tex.
in

in Clem. vt ij, qui, ſeu 2. de ætat. & qual.
& ord. præfic. ibi, ipſisq; diſtributionũ,
quæ dantur his, qui certis horis inter-
ſunt, pars dimidia ſubtrahatur quẽ tex.
ita explicauit Gloſ. ibi in Verb. certis
horis, & ibid. plerique alij. ſed fortè il-
le tex. poſſet euitari, intelligendo illud,
certis, non quaſi excludantur cæteræ
horæ, ſed quia illæ certæ ſunt, & deter-
minatæ, vel etiam intelligendo illud, ho
ris, nõ de Canonicis horis, diuiniſue of-
ficijs, ſed de horis, ſeu temporibus, qui-
bus in Eccleſiam conueniendum eſt, di-
uiniſq; intereſſendum, eadem planè ra-
tione, qua Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12.
§. præterea decernit diſtributiones ab
ijs recipiendas eſſe, qui ſtatis horis in-
terfuerint, quibus verbis vtrumq; illũ
intellectum, quem mox ad d. conſtitu-
tionem Clement. 2. afferebamus, mira
breuitate complectitur. Verùm quic-
quid ſit de intellectu illius Clement.
hæc noſtra cõcluſio nititur communio-
ri Doct. opinione; nam præter Gloſ. loc.
cit. eam tuentur ibi Card. in quæſt. 17.
Anchar. num. 8. Imol. num. 35. circa me-
dium Roch. de Curte in reper. cap. fin.
num. 485. aliàs ſect. 5. num. 43. de con-
ſuetud. Petr. Duen. in tract. reg. & fal-
lent. reg. 206. limit. 2. & Alphonſ. Ho-
ied. in tract. de benef. incompatib. par.
1. cap. 17. num. 11. quàmuis contrarium
teneant Guliel. de mont. laud. Zenzel.
& Butr. d. Clem. 2. Henr. Boich. in cap.
quia nonnulli de cler. non reſid. & poſt
eum Graf. deciſ. par. 2. lib. 3. c. 15. nu. 12.
Ratio verò, qua niti poteſt communior
44 opinio, ea eſt, quia † valet conſuetudo,
quæ parum ſit præiudicialis Eccleſiæ, vt
per tex. in cap. cum omnes, de conſtit.
docet Abb. in c. 1. in princ. & in fin. de
conſuet. & poſt Feder. de Sen. conſi. 155.
& alios tradit latè Curt. d. cap. fin. nu.
490. ſeu ſect. 5. num. 48. Id autem ita ac-
45 cipiendum eſt, † vt ex huiuſmodi con-
ſuetudine poſſint quidem aſſignari om-
nes diſtributiones totius diei aliquibus
horis, cui ſi quis interfuerit omnes illius
diei acquirat, non autem poſſit quis in-
tereſſendo vni horę acquirere diſtribu-
tiones aſſignatas omnibus horis, vt opti
mè diſtinguit Nauar. conſi. 9. in fin. de
cler. non reſid. vol. 1. quomodo etiam
intelligendum eſt, quod ſubdit ibid.
Apoſtillator referri, ſacram Congrega-
tionem Illuſtriſſimorum Cardinalium
prefectorum interpretationi Trid. Cõc.
cenſuiſſe diſtributiones eſſe omnibus
horis aſſignandas, quod ſi ea eſt, quam
ego vidi Mediolani in quibuſdam Ma-
nuſcriptis declarationibus eiuſdem Sa-
cræ Congregationis ad ſeſſ. 24. cap. 12.
de reformat. in vna Taruiſina, ſolũ vult,
ac declarat, quòd Canonici tenentur in-
tereſſe omnibus horis, non obſtante cõ-
traria cõſuetudine, quòd aliquibus tan-
tùm intereſſe ſoleant; quæ declaratio,
cum nullam mentionem faciat de effe-
ctu percipiẽdarum diſtributionum, ni-
hil omnino facit contra propoſitam à
nobis concluſionem; quòd ſi etiam de-
claratio, cuius mentionem facit Apoſtil
lator loc. cit. eſt illa, quam ſupr. concl. 1.
huius eiuſdem quæſtion. priori loco,
nimirum ad ſeſſ. 21. cap. 3. retulimus,
nihil etiam contra nos facit, cum nihil
de conſuetudine loquatur. Illud verò
46 apud omnes expeditum eſt, † rationa-
biliorem, & honeſtiorem eſſe illam cõ-
ſuetudinem, ſeu ordinationem quæ om
nibus horis, ac ſingulis ſuam propriam
diſtributionum portionem aſſignat, vt
in ſpetie monet Gloſ. Card. & Imol.
loc. cit. cui ego addo eſſe etiam iuri ma-
gis conformem, vt patet ex ijs, quæ ſupr.
hac eadem quæſt. concl. 1. deduximus,
47 quam ob cauſam etiam exiſtimo † ad
inducendam contrariam conſuetudinẽ,
quòd nimirum qui aliquibus intereſt,
omnes diſtributiones etiam cæteris ho-
ris aliàs aſſignatas acquirat, requiri ali-
quam rationem, & præterea ſpatium
40. annorum iuxta tex. in d. cap. fin. cũ
ibi traditis per Gloſ. & Doct. de cõſuet.
48 ad inducendam † verò rurſus priorem
conſuetudinem, quoniam rediretur ad
ius commune, ſufficeret ſpatium decem
annorum, Abb. d. cap. fin. & latè Fel. in
cap. cum acceſſiſſent verſi. 7. limita, de
49 conſtit. facilè autem conceditur † talis
reditus



reditus ad ius commune, cap. ab exor-
dio 35. diſt. cum alijs adductis per Fel.
loc. cit. Fateor tamẽ non valere conſue-
50 tudinem, † quòd diſtributiones vnius
diei vnica hora acquirantur, tamquam
nimis Eccleſiæ damnoſam, vt pluribus
comprobat Card. in d. Clemen. 2. quæſt.
17. de ætat. & qual. & ord. præfic. Prob.
d. cap. vnico, num. 31. cum plurib. ſeqq.
& Graf. deciſ. aur. par. 2. lib. 3. cap. 15.
num. 12. poſt Henric. Boich. in cap. quia
nonnulli de cleric. non reſid. eſtq; tex.
in cap. 1. de conſuet. Atque hæc de hac
quæſtione dicta ſint ſatis.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Diſtributiones maiores habere debet qui maiorem in Eccleſia dignitatem obtinet.*
2 *Stipendia meliora tribuenda ſunt iuxta cuiuſq; dignitatem.*
3 *Dignitatem obtinentes percipiunt diſtributiones.*
4 *Conſuetudo attenditur in tribuenda maiori portione vni Clerico Eccleſiæ Collegiatæ, quàm alteri. ſufficietq; decennalis, nu. 5.*
6 *Duplices diſtributiones habere non debet, ſed ſimplices qui in Eccleſia Collegiata dignitatem, & Canonicatum, vel duos Canonicatus ex diſpenſatione obtinet.*
7 *Opinio etiam communis deſeri poteſt propter eius falſitatem, melioremq; contrariæ opinionis rationem.*
8 *Viſitator vnam procurationem exigit ſi duas viſitationes vnico die expediat.*
9 *Alimenta iterari non poſſunt.*
10 *Diſtributiones quotidianæ an dentur loco alimentorum.*
11 *Legatum alimentorum, & centum debentur, quando ob diuerſam cauſam vtrumque relictum eſt.*
12 *Labori duplicato duplex merces, & ſtipendiũ debetur, ſicut minuitur imminuto labore.*
13 *Officio duplici an, & quomodo poſſit quis fungi, duplexue merces debeatur.*
14 *Archidiaconus ſimul, & Canonicus an habeat duas voces in Capitulo ſecluſa conſuetudine.*
15 *Vocem habere in Capitulo ſtatim ſequitur ad ius Canoniæ.*
16 *Conſuetudine induci poteſt, vt, qui habet dignitatem, & Canonicatum, vel duos Canonicatus, habeat duplices diſtributiones.*
17 *Conſuetudo, quæ non ſit contra ius naturale, vel diuinum, aut à iure improbata, vel nimis Eccleſiæ damnoſa, eſt admittenda.*
18 *Conſuetudo tribuens duplicem diſtributionẽ ei, qui Canonicatum ſimul, & dignitatẽ, vel duos Canonicatus in eadem Eccleſia obtinet, cum ſit præter ius, contenta erit ſpatio decem dumtaxat annorum.*

## *An, & quando poſſit quis duplices quotidianas percipere diſtributiones diuinis intereſſendo.*
## *Quæſtio IV.*

ANTEQVAM egrediamur
materiam de ratione acqui-
rendi quotidianas diſtribu-
tiones ab his, qui diuinis in-
terſunt, & agere aggrediamur de ijſdẽ
per abſentes acquirendis, nõ abs re erit
videre, quiſnam, & quando poſſit in ea
dem Eccleſia duplices habere diſtribu-
tiones.

Prima concluſio. rationi, & iuri con-
1 ſonum eſt, † vt qui maiorem in Eccle-
ſia aliqua Collegiata, vel Cathedrali
habet dignitatem, maiores quoque ha-
beat diſtributiones. optimus tex. in cap.
ſtatuimus de maior. & obed. ibi; & qui
maior eſt ordine, etiam ſi poſtea ſit re-
ceptus, in portione percipienda eſſe vo-
lumus potiorem, maxime iuncto tex.
& Gloſ. in cap. dilectus il 1. de præben.
ibi, portiones quotidianas, & c. hoc eſt
quotidianas diſtributiones, vt explicãt
ibi Gloſ. & Doct. præterea meliora ſti-
2 pendia † conferenda ſunt ſecundũ cu-
iuſque dignitatem, cap. nobis. c. Vulter-
ranæ, & cap. conceſſo 12. q. 2. cap. fin. 1.
q. 2. c. ius militare, diſt. 1. c. miramur.
61. diſt. & c. conſuluit 74. diſt. & is gra-
dus cęteros antecedere dẽt, quẽ labor
prolixior, & meliora ſtipendia fecerint
anteire. l. nemo. C. de offi. magiſt. offic.
per quæ, & alia iura. Glo. d. c. ſtatuimus
in verb. potiorem à nemine, quem vide-
rim, reprobata docet, honeſtum eſſe, vt
qui maiores ſunt, & digniores, plus per
cipiant. Idem quoq; apertè ſentit Frãc.

Viu. deciſ. Neap.311.num. 1. & 2. dum
ex communi opinione Doctorum ait,
conſuetudinem legitimè præſcriptam,
hoc eſt,quadragenariam,attendendam
eſſe quoad tribuendam maiorē portio-
nem diſtributionum vni;quā alteri; vbi
verò nulla eſt cōſuetudo, puta quia Ec-
cleſia ſit nuper fundata,tūc attendi me-
rita, & qualitates clericorū quoad hoc,
vt maior portio diſtributionum vni,
quam alteri tribuatur. Immo idem ex-
preſsè tradit Abb. in cap. cum olim nu.
6.de ſent. & re iud. poſt Innoc. in cap.
cum omnes, de conſtit. dicens, quòd,
quantò quis eſt in Eccleſia clarior, ma-
ior,& dignior,tantò in his, quæ dantur
pro alimentis pręhonorari debet.quare
3 parum ſibi conſtat, falliturq; † idem
Abb.d.c.cum olim num.2. dum poſt Io.
An.velle videtur, habentem dignitatē,
ſecluſa conſuetudine, vel ſpeciali di-
ſpoſitione, non debere percipere por-
tionem vllam diſtributionū;nam oppo-
ſitum oſtendimus ſupr.q.1.cōcl.2.aper-
teq; conſtat ex Trid.Concil. ſeſſ.21.c.3.
& ex c.licèt,de præben. vbi dum Archi-
diacono abſenti cauſa ſtudij mandatur,
vt non detur diſtributiones,ſupponitur
eum fuiſſe capacem diſtributionum;nā
non entis nullæ ſunt qualitates cap. ad
diſſoluendum de deſponſ. impub. cum
4 ſimil. ſubdit autem ibid. Gloſ. † circa
hoc magis conſiderandam eſſe cuiuſq;
Eccleſiæ conſuetudinem d. c. cum om-
nes,& c.cū M. Ferrarienſis,de conſtitut.
& ſanè in noſtra MediolanenſiEccleſia
ſiue ex conſuetudine, ſiue ex ſtatuto,
ſiue aliter inductum eſt, vt omnes di-
gnitates portionem vnam cum dimidia
quotidianarum diſtributionum perci-
piant; huiuſmodi verò conſuetudo,
5 † cum ſit vel ſecundum ius, vel certè
duntaxat præter ius, requiret dunta-
xat ſpatium decem annorum iuxta not.
per Abb. & cæteros d. cap. fin. de con-
ſuetud. maximè verò per Curt. ibid.
ſect.3.num 28.

Secunda Concluſio. Regulariter,
6 & ſecluſa conſuetudine † obtinens di-
gnitatem, & Canonicatum, vel duos
Canonicatus in eadem Eccleſia non
debet habere duplices, ſed ſimplices
diſtributiones; ita Ant. Butr. in cap.
cum olim de ſent. & re iud. Lud. Gom.
in tract. de expectat. num. 54. Nicol.
Mil. in Repertor. Verb. diſtributiones
il 1. Gig. conſi. 144. num. 28. Franc.
d. cap. vnico §. fin. in fin. & Roch. Cur.
d. cap. fin. ſect. 5. num. 43. cuius etiam
ſententiæ eſſe videntur Aret. in cap. 3.
de probat. dum ſententiam Io. An. quæ
contraria eſt,dubiam,& hanc in iure ve
riorem eſſe dicit; nec non Duen. reg.
206. limit. 4. Dec. in d. cap. cum om-
nes in 1. lect. col. 1. & ibi Andr. ab Ex
ea num. 52. & alij quot quot præciſe
voluerunt conſuetudine induci poſſe,
vt is, qui ex diſpenſatione habet Cano-
nicatum,& dignitatem,ſeu duos Cano-
nicatus,habere debeat duplices diſtri-
butiones; nam ſatis apertè volunt con-
trarium de iure ſcripto procedere; idē
quoque poſtquam hæc ſcripſi reperi te-
nuiſſe Lælium Zecchum in tract. quem
nuper edidit de Repub.Eccl.c.24. verſi.
ſextò ſi habent dignitatē poſt Rebuf. in
prax. benef. tit. de diſpenſat. rat. ætat.
verſ. in Cathedrali; deciſumq; videtur
à Sacra Congregat. Trid. Concil. dum
ad ſeſſ. 22. cap. 3. de reform. in vna Le-
gionenſi reſpondit obtinentem legiti-
mè duas dignitates in vna Eccleſia in
digniori reſidere debere, & percipere
quidem fructus præbendæ alterius di-
gnitatis, non tamen quotidianas diſtri-
butiones,quæ illi reſponderent. & quā-
uis ingenuè fatear oppoſitam eſſe com-
muniorem opinionem,quam tenent in-
ter alios Io. An. Abb. Imol.& Fel. d.c. cū
olim,Bal.in conſ.53.inter conſi.Card.ei
ſubſcribētis,Viui.com.opin.lib.1.Verb.
Archidiaconus; in quam etiā magis in-
clinat Couar.d.lib.3.var. reſol.c.13.nu.
6. Ant. Corſet. in tract. de verb. gemin.
nu.27.& Alphonſ.Hoied.d.tract. in cō-
patib.benef.cap.12.nu.15. & quam eſſe
magis communem teſtatur Viu. loc.cit.
communem verò Fel. d. cap. cum olim
num. 2. tamen audacter etiam ab hac
affirmatiua recedo propter manifeſtā
eius



eius falſitatem, & euidentem rationem
pro contraria, quam nos tuemur; quam
7 ob cauſam † etiam à cōmuni opinione
recedere licet,vt eſt opt. tex. in cap.Ca-
pellanus de fer. & l. 1. §. ſed neque ex
multitudine C. de vet. iur.enuclean.la-
tè Rol.à Val.conſi.100.num.49.& ſeqq.
vol.2.Fel.in cap.1.limit. 1. de conſtitut.
Aſin.in Prax.Iudic.§.fin.cap.vlt.1.part.
Azoguid. in tract. de com. opin. lib. 3.
cap.8.num.1.latiſſimè Ant. Mar. Corat.
in ſimil. tract. lib. 2. tit. 9. caſ. 17. ratio
autem euidens noſtræ opinionis, vnde
etiam conuincitur falſitas contrariæ,
eſt hæc; nam cum diſtributiones den-
tur propter intereſſentiam in Choro di-
uinis officijs, & vt Clerici Eccleſiæ in-
ſeruiant, vt patet ex tex. d. cap. vnico,
& nos latiùs explicauimus in definitio-
ne diſtributionum quotidianarū 1. par.
quæſt. 4. & fatentur ſequaces oppoſitæ
ſententiæ, certum eſt Archidiaconum
ſimul,& Canonicum,aut duos Canoni-
catus obtinentem nō magis diuinis in-
tereſſe,Eccleſiæq; inſeruire,quàm eum,
qui Archidiaconatum ſolum, aut Cano
nicatum obtinent. Neq; valet reſponſio
Abb.d.c.cum olim nu.6.nimirum,hunc
intereſſe & vt Canonicū, & vt Præpoſi-
tum,ſeu Archidiaconum;nā adhuc non
poteſt niſi ſemel intereſſe, & vnico tē-
pore vnicū Eccleſiæ ſeruitium exhibe-
re. Minus valet reſpōſio eiuſdem Abb.
Imol.& Fel.loc.cit. quòd vtramq; repre-
ſentat perſonam;vnde cum nō poſſit aſ-
ſignari ratio, cur magis detur diſtribu-
tio ratione Archidiaconatus,quàm Ca-
nonicatus,vel vnius,quàm alterius Ca-
nonicatus, debetur ex vtraque ratione
arg. l. generaliter C. de fideiuſſ. nā dici
poteſt deberi vel vnicam diſtributionē
ex vtraq; ratione,vel eā, quæ reſpondet
Archidiaconatui, tāquam digniori, vel
Canonicatui nobiliori, ſi ſunt duo Ca-
nonicatus, quorū alter ſit ſacerdotalis,
alter Diaconalis iuxta mētem, & verba
Sacræ Cōgregationis, de quibus ſupra;
vel, ſi vterq; ſit æqualis, alteri indeter-
minatè, vel quē maluerit is eligere, qui
vtrumq; obtinent. arg. Extrauag. Exe-
crabilis,de prębend. verò l.generaliter
nihil ad rem habet. Et quoniā ſimilibus
probare conātur ſequaces Io. An. ſuam
ſententiam, & nos ſimilibus noſtram
confirmemus. Tex. eſt in cap. fœlicis §.
8 adijcientes, de pœn. in 6. vbi, † ſi Præ-
latus expedit vna die duas viſitationes,
pro quarum qualibet,ſi ſeparatim factę
fuiſſēt,ſoluta fuiſſet duplex ꝓcuratio,
ſeu duorum dierum, non poteſt niſi vni
cam exigere. Præterea in l.alimenta §.
baſilicæ ff.de aliment.& cib. leg.& in l.
9 dominus §.fin.ff.de vſufr.habetur, † ali
menta interari non poſſe; vnde Petr.de
Bellapert. in l. Titia §. qui Marco ff.de
ann.leg.Bar.& Cyn.in l. cum quæſtione
C.de legat. optimè ad rem noſtram tra-
dunt,quòd ſi relicta ſunt alimenta pre-
sbyteris, & Diaconibus, vel Priori, &
fratribus alicuius Monaſterij, ille, qui
eſt Prior ſimul, & frater, vel Presby-
ter, & Diaconus,non debet ratione du-
plicis officij habere duplicata alimen-
ta; quòd autem diſtributiones quoti-
dianæ dentur loco alimentorum, ſatis
patet, quia victualia nuncupantur in
cap. de cætero, de cler. non reſid. & d.
capit. vnico, eod. tit. in 6. Neque ob-
ſtat reſponſio Abb. d. capit. cum olim
10 num. 6. diſtributiones † dari in par-
tem alimentorum non autem pro om-
nibus, & integris alimentis; nam ſi-
cut gratis id dicitur, ita gratis negari
poteſt; deinde ſupplementum non
eſt petendum ex alijs diſtributioni-
bus, ſed ex corpore præbendæ, alijſue
fructibus præter quotidianas diſtribu-
tiones, quos quidam duplicandos eſſe
in noſtro caſu indubitatum puto cum
eod. Abb. ibid. Neque etiam valet re-
ſponſio Felin. Bald. & Cardinal. loco
citato diſtributiones impropriè diei ali
menta, eò, quòd victualia dicantur in
iur. alleg. habito potiùs reſpectu ad
ſpeciales conſuetudines Eccleſiarum,
vnde in d. cap. vnico dicitur, quòd ita
nuncupantur; nam præterquam quod
in d. cap. de cætero abſolutè dicuntur
victualia,ſicut alibi diſtributiones, ad-
huc dico, id à nobis adductum eſſe

 tan-

tanquam ſimile nõ tanquam deciſionẽ
in ſpecie; & quidem magis ſimile eſt,
quàm quod ab ijſdem, & Abb. Coua. &
Hoied. ſequacibus Io. Andreæ pro ſua
opinione adducitur ex d. §. qui Marco,
vbi iuxta expoſitionem Hoied. & Co-
uar. Iuriſconſultus ſcribit, quòd ſi legẽ-
tur libertis annua alimenta, & Marco
centum, debebuntur Marco alimenta
annua, & ſimul centum, ſi is libertus ſit;
quid enim habent commune legatum,
quod ex libera volũtate teſtatoris abſq;
vlla conditione, & cauſa datur cum
quotidianis diſtributionibus, quæ ex
neceſſitate, ac ſub certa cauſa, & con-
ditione dantur, nimirum ijs, qui in Ec-
cleſijs Collegiatis diuinis interſunt,
atque inſeruiunt, & ratione talis inter-
eſſentiæ, & ſeruitutis, & non aliter, vt
ſupra oſtendimus? Deinde in id inci-
dunt, quod in alijs reprehendunt, dum
enim nõ rectè argui volunt ab alimen-
tis ad diſtributiones, ipſi tamen ab ijſdẽ
alimentis ex d. §. qui Marco argumentũ
ſumunt ad eaſdemmet diſtributiones.
ſed adhuc directè reſpondeo ad d. §. qui
Marco ideo ei deberi vtrumq; legatum,
11 † quia non ob eandem cauſam facta
ſunt, vt exponit ibi Bart. & alij, ipſeq;
Abb. d. cum olim num. 4. at verò certum
eſt, quòd ſi duplices diſtributiones Ar-
chidiacono ſimul, & Canonico deberẽ-
tur, id fieret ob vnam, eandemq; cau-
ſam, nimirum propter intereſſentiam,
quæ vnica eſt, & ſemel dumtaxat in die
ab vno exequi, & obiri poteſt. Ex quo
etiam tollitur obiectum Fel. d. c. cum
olim num. 1. ex tex. in §. illud Auth. vt
iud. ſine quo ſuffrag. fi. vbi ſi duo offi-
cia vniuntur debẽtur duo ſalaria vtrũ-
que habenti etiam tanquam vnum, &
alijs ſimilibus, quæ ibi adducit; nam id
12 euenit, quia † duplicato labori, & ope-
ri duplex merces, ac ſtipendium debe-
tur, ſicut etiam quando labor minuitur
debet minui ſalarium l. Seio amico in
princip. ff. de ann. leg. At verò in caſu
noſtro vnicus eſt labor, & vnicũ opus.
Minus etiam obſtat, quod obijciũt Co-
uar. & Hoied. loc. cit. ex l. ſi conſul, iun-
cta Gloſ. ff. de adopt. l. 3. ff. de rit. nupt.
l. fiſtulas §. 1. ff. de contrah. empt. & alijs
13 ſimilibus iuribus † poſſe quem duplici
officio fungi, modò exercitium vnius
alteri non contradicat, eiuſue vſum nõ
impediat; nam reſpondetur primò non
modò duas intereſſentias ſe impedire
in vnica perſona, ſed implicare, vt ſimul
ſint eodem tempore. Secundò nõ ideo
ex d. iurib. ſequi, debere habentem illa
duo officia habere etiam duo ſalaria,
vel ſi habebit, erit ratione duplicis la-
boris, vt mox diximus, quod non acci-
dit in caſu noſtro, in quo vnus eſt labor,
& vna intereſſentia, propter quam dan-
tur quotidianæ diſtributiones, vt ſu-
pra oſtendimus. Denique non officit,
quod idem Couar. & Hoied. ibid. obij-
ciunt ex tex. & ibid. Gloſ. & Doct. in d. c.
14 cum olim † Archidiaconum ſimul, &
Canonicum habere duas voces in capi-
tulo; nam in eo tex. id non deciditur,
ſed ſolùm refertur, quod tamen potiùs
improbatur. Gloſ. verò dubitatiuè lo-
quitur ſtante etiam conſuetudine, quo
caſu id libenter admitto, ſicut etiam in
diſtributionibus; aliàs non video, quo-
modo id iure ſuſtineri poſſit. deinde
dato etiam duplicem vocem ei compe-
tere, non rectè ſequitur, deberi etiam
duplices diſtributiones, vt optimè ait
Butr. d. c. cum olim; illud enim datur
in conſequentiam dignitatis, & quia
15 † adhoc, vt clericus habeat vocem, ſo-
lùm ſufficit, quòd habeat ius canoniæ
cap. dilectus il 1. & ibi omnes, de præ-
ben. at verò, vt habeat diſtributiones,
requiritur etiam realis intereſſentia,
quæ duplicari non poteſt, vt iam dictũ
eſt; deinde percipere diſtributiones nõ
ſtatim ſequi ad vocem in Capitulo nos
latiùs oſtendemus infr. quæſt. 20. con-
cl. 1.

Tertia, & poſtrema concluſio. Indu-
bitatum omnino eſt, quòd, vbi adſit hac
16 de re conſuetudo, † is, qui obtinet di-
gnitatem, & Canonicatum ex diſpenſa-
tione in vna, & eadem Eccleſia, dupli-
ces habebit diſtributiones; ita poſt Bal.
Card. Deci. & Exe. locis cit. tradit Viu.
d. ver.



d. ver. Archidiaconus. Duen. d. reg. 206.
limit. 4. Couar. d. cap. 13. num. 6. Hoied.
d. cap. 12. uum. 16. licèt contrarium ve-
lit Curt. d. ſect. 5. num. 43. ſed malè; nam
17 † conſuetudo admittenda eſt modò nõ
ſit contra ius naturale, vel diuinum, aut
conſuetudo ipſa a iure improbetur, aut
ſit nimis damnoſa Eccleſiæ, vt patet ex
tex. d. cap. ſin. iuncto cap. 1. & quod ibi
tradunt Doctor. neque obſtat tex. quẽ
ipſe Curt. allegat in cap. litteras, de con
ceſs. præben. nam nihil ibi habetur, de
diſtributionibus, ſed ſolùm de præben
dis, quæ longè diſtant à diſtributioni-
bus; minus aduerſatur Clem. fin. de præ
ben. nam loquitur dumtaxat de præben
dis; neque vllum verbum ibi fit de con
ſuetudine. Card. etiam Flor. in d. conſ.
53. arguendo id indicat, ſed cum Bald.
firmat contrarium. Abb. denique in cõ
ſil. 96. volum. 2. nihil ad rem habet. Ex
quibus fit, quòd, cum hæc conſuetudo
non ſit contra ius, ſed ſolùm præter,
18 † requiret dumtaxat ſpatium decem
annorum iuxta aliàs tum in hoc tracta.
tum tractat. de option. cap. 2. quæſt. 2.
per nos tradita; traduntq; Doct. com-
muniter in cap. fin. de conſuetud. vbi in
ter cæteros Roch. Curt. ſect. 3. num. 28.
communemq; dicit Turzan. opin. 66.
& Soar. in Theſ. recept. ſent. litt. C. nu.
279. Atque hæc de hac quæſtione dicta
ſint ſatis.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Abſens aliquis dicitur pluribus modis.*
2 *Abſens dicitur qui non eſt in hoc mundo, ſed mortuus eſt.*
3 *Abſens dicitur qui longè abeſt à loco, de quo agitur.*
4 *Abeſſe dicitur qui extra prouinciam eſt. quæ prouincia accipienda eſt iuxta dominum illius ciuitatis. num. 5.*
6 *Abſens dicitur qui non eſt in ciuitate, ſeu in continentia murorum illius.*
7 *Abſens dicitur qui non eſt domi. aut ſi eſt domi parat diſceſſum. aut reuerſus nondum compoſuit ſarcinulas. num 8.*
9 *Abſens dicitur qui non eſt in loco particulari, puta cubiculo, Eccleſia, &c.*
10 *Abſens dicitur qui corpore præſens eſt, non animo.*
11 *Abſentia duplex, alia ordinaria, alia extraordinaria.*
12 *Abſentia extraordinaria duplex, alia neceſſaria, alia voluntaria.*
13 *Abſentia neceſſaria triplex, alia laudabilis, alia vituperabilis, alia neutra. Similiter voluntaria. num. 14.*
15 *Abſens poteſt quis dici iuſta de cauſa quoad vnum effectum, & non quoad alium.*
16 *Abſens iuſta de cauſa in caſibus à iure non expreſſis quando quis dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*
17 *Præſentia, reſidentia, & intereſſentia an, & & quomodo inter ſe differant.*
18 *Diſtributiones quotidianæ nõ dantur ijs, qui tantùm præſentes ſunt in ciuitate, & loco Eccleſiæ. Item non dantur reſidentibus tantùm, ſed intereſſentibus. num. 19.*
20 *Diſtributiones non dantur abſentibus licèt per alium inſeruiant.*
21 *Abſens ob iuſtam cauſam, ob quam iure percipit diſtributiones, non percipiet, ſi ea nõ ſit verè cauſa abſentiæ. Idem autem dicendum eſt quoad partem. num. 22. Idem vbi alia de cauſa tunc magis principaliter abeſſet ab Eccleſia. num. 23.*
24 *Impedimentum affectatum non tribuit iuſtã cauſam abſentiæ, propter quam poſſit quis percipere diſtributiones.*
25 *Impedimentum affectatum regulariter non excuſat. Modò affectatio contineat malitiam. num. 26.*
27 *Affectatio diſceſſus, ſeu diuturnæ abſentiæ ex quibus colligatur.*
28 *Affectaſſe diſceſſum præſumitur, qui ſine lucro abſentandi ſe occaſionem procurauit.*
29 *Affectaſſe diſceſſum præſumitur vir egregius abſens cauſa publici officij, aut negotij exigui, quod à quouis expediri potuiſſet.*
30 *Affectaſſe diſceſſũ præſumitur, qui maturiùs, quàm neceſſe ſit, diſceſſit. Aut eo tempore, quo abeſſe cœpit, tenebatur aliquid facere, quod non fecit. num. 31.*
32 *Abſentiam affectare quoad non reditum præſumetur is, qui non redit ſtatim, ac abſentiæ cauſa ceſſat.*
33 *Abſentia ſuſcepta cauſa metus tãdiu durat, quamdiu durat metus.*
34 *Ambaſciatores finita legatione non fruuntur ampliùs priuilegio, neque habent ſalariũ.*
35 *Abſenti iuſta de cauſa debet concedi tantum temporis, quo redire poſſit in patriam; hoc*
*eſt*

*eſt viginti milliaria pro ſingulis diebus. num. 36.*

37 *Dieta vna legalis continet viginti milliaria.*

38 *Abſens iuſta de cauſa dicitur eadem de cauſa abeſſe, ſi dũ reditũ pararet, vel rediret, aliud iuſtum impedimentum ei ſuperuenit.*

39 *Abſenti iuſta de cauſa datur, poſtquam reuerſus eſt, modicum temporis ad res ſuas componendas. Illud autem quantum eſſe debeat. num. 40.*

41 *Impedimentum iuſtum non facit, vt abſens percipiat diſtributiones, quando is ſe arctauit. Aut ſi proceſſit impedimentũ ex culpa impediti præordinata ad caſum. num. 42.*

43 *Impedimentum, quod facile potuit remoueri, & non fuit remotum non excuſat. Quid autem, quando impedimentnm remoueri non potuit, ſed impeditus otioſè agebat. nu. 44.*

45 *Proteſtatio an, & quando neceſſarium ſit impedito, vt impedimentum eum excuſet.*

46 *Argumentũ à reſtitutione in integrum ad acquiſitionem diſtributionum an rectè ſumi poſſit.*

47 *Neceſſitas corporalis iuſta, & rationabilis excuſat ab amiſſione diſtributionum quotidianarum. Idque procedit de iure communi ſcripto ſecluſa conſuetudine. num. 48.*

49 *Abſens leuandi corporis cauſa priuandus non eſt diſtributionibus.*

50 *Egrediens chorum aliquantiſper ad reſpirandum amittere non debet diſtributionem.*

51 *Peregrinationis cauſa qui abeſt non ideo percipit diſtributiones. Idem de eo, qui peregrinatur ex voto. num. 52.*

53 *Abſens, vt confiteatur peccata ſua non ideo habebit diſtributiones.*

54 *Vi priuata detentus non amittit diſtributiones. Idẽ ſi ab hoſtibus quis capiatur. n. 55.*

56 *Obſes datus ab Eccleſia non amittit diſtributiones.*

57 *Repræſaliarum cauſa captus non amittit diſtributiones.*

58 *Metus iuſti cauſa abſens non eſt priuandus diſtributionibus.*

59 *Metus quando fuerit iuſtus, & iuſta cauſa ſe abſentandi, regulariter iudicis arbitrio remittitur. quid autem conſideret iudex. num. 60.*

61 *Metus iuſtus circa quæ mala verſetur. & num. ſeqq.*

62 *Mors, vel cruciatus corporis iuſtè timetur.*

63 *Vincula, & carcer iuſtè timentur.*

64 *Bonorum omnium amiſſio iuſtè timetur. immo & maioris partis. num. 65.*

66 *Honoris, & pudicitiæ amiſſio iuſtè timetur.*

67 *Libertatis, & ſtatus amiſſio iuſtè timetur.*

68 *Expulſio à ciuitate eſt iuſta cauſa timoris.*

69 *Præceptum Principis, vel iudicis iniuſtum aliquid præcipientis eſt iuſta cauſa timoris, & abſentiæ.*

70 *Tyranni mali mores, quos compati quis nequeat, ſunt iuſta cauſa timoris.*

71 *Inimicitiæ potẽtiorum, ſeu partialitates ſunt iuſta cauſa timoris, & abſentiæ, vt quis percipere poſſit diſtributiones. Modò tamẽ is non fuerit in culpa, num. 72.*

73 *Bellum vel ciuile, vel externum eſt iuſta cauſa timoris, & abſentiæ, modò tutum non ſit in patria commorari.*

74 *Peſtis eſt iuſta cauſa timoris, & abſentiæ à loco contagioſo.*

75 *Peſtis cauſa an, & quomodo clericus poſſit abeſſe maximè à reſidentia.*

76 *Peſtis cauſa abſens clericus Eccleſiæ Collegiatæ percipit fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas.*

77 *Beneficiatus diſcedens cauſa peſtis an teneatur habere licentiam Prælati.*

78 *Metum quando iuſtum arbitrabitur iudex attenta perſonarum qualitate.*

79 *Metus iuſtus, & abſentia eius cauſa ſuſcepta excuſant, modò metus perduret.*

80 *Clericus iniuſtè bannitus, relegatus, & carceratus non amittit diſtributiones quotidianas; Idem ſi fuit iuſtè carceratus, & tortus propter indicia, ſed fuit abſolutus. num. 81. Secus verò ſi iuſtè quis omnino carceratus, relegatus, vel bannitus fuerit. num. 82.*

83 *Impedimentum quodlibet iuſtum, & neceſſarium excuſat ab amiſſione diſtributionum.*

## *An, & quando abſens ob corporis neceſſitatem iure poſſit percipere quotidianas diſtributiones.*

### *Quæſtio V.*

EXPLICATIS ijs, quæ de pcipiẽdis quotidianis diſtributionibus ab ijs, qui præſentes actualiter, & verè ſunt diuinis officijs, dicenda videbantur, operæ pretium eſt, vt ad ea veniamns, quæ ad rationem earundem ab ijs percipiendarum, qui abſunt, ſed fictè pro præſentibus, & intereſſentibus habendi ſunt, pertinere videntur. Sed antequam ad propoſitam quæſtionem de abſentibus ob corporis neceſſitatem deſcendamus, quędam priùs generatim de abſentia, quæ magis ad rem noſtram faciunt, adnotanda ſunt.



1 Præmitto igitur primò † quam plurimis modis dici aliquem abſentem, de
quibus per Bal. in l. præſens ff. de pact.
Alciat. & Rebuf. in l. abſentem ff. de
verb. ſign. Fel. in cap. quoniam frequenter nu. 9. & ſeqq. vt lit. non conteſt. Dec.
in cap. cum omnes, num. 43. de conſtit.
Alex. in l. 2. §. voluntatem ff. ſol. matr.
Cagn. in l. qui poteſt ff. de reg. iur. Balb.
in tract. de præſcript. 4. part. 2. quæſt.
princ. nu. 3. & D. Sfort. Odd. in ſuo pulcherrimo tract. de reſtitut. in integrum
quæſt. 5. art. 6. nos eos dumtaxat modos
ſeligemus, qui ad rẽ, de qua agimus, magis videntur accedere. Primò ergo dici-
2 tur abſens, † qui non eſt in hoc mundo,
ſed mortuus eſt c. ſi delegatus, de off.
deleg. in 6. opt. tex. vbi Alciat. & cæteri
in l. mulieris §. abeſt ff. de verb. ſignifi.
3 Secundò dicitur abſens, † qui licèt in
mundo ſit, tamen longè diſtat à loco, de
quo agitur opt. tex. in l. fin. § vbi autẽ C.
de bon. quæ liber. vbi id adnotauit inter cæteros Bald. & Fulg. Tertiò dicitur
4 abeſſe † qui extra prouinciam eſt; tex.
in l. fin. C. de præſcript. 10. vel 20. annorum, Gloſ. in §. 1. verb. præſentes Inſtit.
de vſucap. & in l. præſens ff. de procur.
5 quæ tamen prouincia † accipienda eſt
non ſecundùm gentes, ſeu nationes, aut
ſecundum Geometrarum diuiſionem,
ſed iuxta dominium Ciuitatis illius, à
qua dicitur abeſſe, vt poſt Bald. d. §. 1.
monet Odd. d. art. 6. num. 31. Quartò
6 dicitur abſens † qui non eſt in Ciuitate,
ſiue in continentia murorum illius, d. l.
abſentem ff. de verb. ſignif. cum concord. per Alber. d. l. præſens ff. de procur. opt. etiam text. in d. capit. vnico
de cleric. non reſid. in 6. & hic propriè dicitur abſens, vt tradunt Gom.
in §. rurſus numero 7. Inſtit. de act.
Dec. in capit. cum omnes in 1. lect.
nume. 42. de conſtit. & Io. An. in cap.
vbi periculum §. 1. de elect. in 6. Quin-
7 tò dicitur abſens † qui non eſt domi
tex. d. l. præſens ff. de procur. & in
l. quarta §. abeſſe ff. de damn. infect.
& l. aut qui aliter §. 1. ff. quod vi, aut
8 clam. Sextò dicitur abſens † qui eſt domi, tamen eſt in procinctu, & parat diſceſſum componendo ſarcinulas, vel
reuerſus illas adhuc non depoſuit, nec
quieſcere cœpit. tex. & ibi latè Bart.
in l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter ff. ex quibus cauſ. mai. Septimò qui
9 † non eſt in loco particulari, ſeu, vt
alij loquuntur, loco loci, puta in cubiculo, Eccleſia, alioue loco, de quo
agitur, vt eſt bonus tex. in d. l. abſentem, & melior in d. cap. vnico, ibi qualitercunque in ciuitatibus, ſeu alijs locis, in quibus ipſæ conſiſtunt Eccleſiæ,
ſint præſentes, licèt diuinis officijs non
interſint & c. Octauò & poſtremò, quod
ad rem noſtram attinet, abſens dici po-
10 teſt † qui corpore omnino præſens eſt
tamen animo, & intellectn abeſt, qualis
eſt furioſus, & quilibet mente alienatus l. 2. §. furioſus ff. de procur. Alber. d.
l. præſens ff. eod. Odd. d. art. 6. nume.
391. qua ratione dici etiam poteſt ábſens, qui licèt mente captus non ſit,
ad id tamen non attendit, quod agitur,
ſed abſtractus eſt, ac mente, ſeu imaginatione vagatur.

Pręmitto ſecundò, quòd, omiſſis alijs diuiſionibus abſentiarum illa melior
eſt, quam affert, & optimè comprobat
11 Odd. d. quæſt. 5. art. 7. vt † alia ſit ordinaria, quæ eſt domicilij perpetui; alia
extraordinaria ratione diſceſſus, & abſentationis accidentalis, & extraordinariæ à domicilio proprio: hæc autem
12 † duplex ſit, alia neceſſaria cogente
Principe, Magiſtratu, vel iudice ſuæ Ciuitatis, vel ex præcepto legis cõmunis,
aut ſtatutorum; alia voluntaria, quæ
omnino ſpõte, & ad nullius iuſſum, ſed
ad propriam, vel amicorũ, vel ſuorum
vtilitatem, & gratiam ſuſcipitur. Rur-
13 ſus neceſſaria † triplex, alia laudabilis, quæ pro ſuæ Reip. Principis,
vel Eccleſiæ vtilitate ſuſcipitur iuſſu
illius,

illius, qualis eſt legatio, alia vituperabilis, vt relegatio, vel bannum, quod etiã quandoq; timore pœnæ ſuſcipitur; alia demum neutra, hoc eſt, neq; laude, neq; vituperatione digna, vt ſi quis captus ſit, & detētus à latronibus, vel ab aliquo priuato; ſimiliter abſentia volū-
14 taria † triplex, alia laudabilis, vt cauſa ſtudiorum; alia vituperabilis, vt cauſa latitationis, vel otij, aut non honeſtæ, ac pene neceſſariæ recreationis, & voluptatis; alia denique neutra, quæ lucri cauſa ſuſcipitur, qualis eſſet in clerico aduocatio coram Iudice Eccleſiaſtico, vel conſultatio cum lucro, litigium pro ſe, vel amicis, aut conſanguineis; & alia huius generis.

15 Præmitto tertiò aliquem † poſſe dici abſentem iuſta de cauſa ad aliquem effectum, & non ad alium, ſeu quoad aliquod priuilegiũ, & non quoad aliud, puta, quoad percipiendos fructus præbendarum, non autem diſtributiones quotidianas, vt infr. ſuis locis dicemus de abſentibus cauſa ſtudiorum, vel in ſeruitio Papæ, aut Epiſcopi, aut alia ſimili de cauſa. In caſibus autem parti-
16 cularibus à iure non expreſſis † quando iuſta, vel laudabilis dicatur abſentia quoad vnum, vel alium effectum iudicis arbitrio relinquendum erit iuxta ea, quæ ſupra quæſt. 3. concl. 6. ex Menoch. & alijs tradidimus, & in materia abſentiæ docent Fel. in c. quoniam frequenter num. 9. vt lit. non conteſt. Alciat. in l. mulieris §. abeſt ff. de verb. ſig. & Odd. d. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 5. art. 6. num. 41.

Præmitto quartò quoad obtinentes Canonicatum, vel dignitatem in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis
17 hæc tria inter ſe differre, præſentiam, reſidentiam, & intereſſentiam; nam præſentia nomē generale eſt, & opponitur cuicunque ex ſupradictis modis abſentiæ, præcipuè verò illi, per quem quis dicitur abeſſe à Ciuitate, vel loco, in quo eſt Eccleſia, cui quis addictus eſt; reſidentia verò eſt, per quàm quis in Eccleſia ſua corporalem præſentiam licèt non continuam exhibet; intereſſentia verò eſt cum Choro addictus continuè adeſt diuinis officijs, in iiſq; Eccleſiæ inſeruit, vt eſt optimus tex. in d. cap. vnico, ibi, diſtributiones quotidianas, quæ tantùm reſidentibus tribuuntur, qualitercunq; in ciuitatibus, ſeu alijs locis, in quibus ipſæ conſiſtunt Eccleſiæ, ſint præſentes, licèt diuinis officijs non interſint, ex integro percipiunt, ac ſi continuè ipſis Eccleſijs in eiſdem officijs deſeruirent. Et quàmuis in his verbis pro eodem poni videantur reſidentes, & intereſſentes, dũ dicitur, quotidianas diſtributiones dari tantùm reſidentibus, quas tamen dari tantùm intereſſentibus & ſupra ſæpius admonuimus, & infra concl. 1. oſtendemus; tamē nomen reſidentis hic ſumitur, prout excludit eum, qui dumtaxat præſens eſt in Ciuitate, vel loco Eccleſiarum, vt apertè conſtat ex verbis, quæ ſubijciuntur, qualitercunq; in Ciuitatibus, &c. & vt ea intellexerunt Gemin. Franc. & cæteri ferè omnes Doct. per illum etiã tex. docentes reſidentiam differre ab intereſſentia, quorum ſententiam verã, & communem eſſe non tamē ex eo tex. colligi omnino, ac liquidò poſſe conſtat ex ijs, quæ ſupr. 1. par. queſt. 4. in explicatione definitionis diſtributionum adduximus.

His præmiſſis conſtituatur regula negatiua, & ſit Prima Concluſio. Diſtributiones quotidianæ regulariter non dantur abſentibus, etiã ſi præſentes ſint in Ciuitate, aut etiam reſidentibus, ſed tantùm ijs, qui ſtatis horis diuinis officijs in Eccleſia interſunt. Quod non
18 dentur ijs, † qui tantùm præſentes ſunt in Ciuitate, & loco vbi eſt Eccleſia, & non interſunt diuinis in ipſa Eccleſia, definitum eſt in d. cap. vnico, vt conſtat ex verbis mox ſupra relatis, iunctis ijs; ſtatuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianæ Clericis Eccleſiarum ipſarum, qui eiſdem officijs in ipſis Eccleſijs adfuerint, tribuantur; & ijs; qui verò aliter de diſtributionibus ipſis quicquam receperit, rerum ſic receptarum dominium

nium



nium non acquirat, &c. Quòd autem
19 † non dentur abſentibus, aut etiam reſidentibus, ſed tantùm ijs, qui diuinis officijs in Collegiatis Eccleſijs interfuerint, conſtat ex tex. in c. licèt de præbēd. nec non ex d. cap. vnico verſ. ſtatuimus iuncto §. qui verò, & ibi Gloſ. & Doct. cōmuniter, & Couar. d. lib. 3. var. reſol. capit. 13. num. 3. item ex cap. fin. de reſcript. in 6. & c. cùm nõ deceat, de elect. eod. lib. Clem. 2. de ætat. & qualit. extrau. 1. de præben. inter cōmunes Cōc. Trid. ſeſſ. 21. c. 3. & meliùs ſeſſ. 24. c. 12. §. præterea, de reform. ibi diſtributiones verò, qui ſtatis horis interfuerint, recipiant iunctis etiã deciſ. Caſſad. iu deciſ. vnic. ſub tit. de cler. non reſid. per totũ, & Cæſ. Graſ. deciſ. 116. aliàs 5. de præb. num. 3. & de hoc nemo eſt qui dubitet. Ampliatur autē hæc Concluſio, vt pro-
20 cedat, † etiamſi Clericus Eccleſiæ Collegiatæ in ea per alium deſeruiat etiam ex priuilegio; nam diſtributiones neq; debentur abſenti, quia perſonale miſteriũ Eccleſiæ non exhibet, neq; Vicario, quia is Canonicus non eſt, vt poſt Cald. conſ. 1. de cler. non reſid. ſingulariter tradit Couar. d. cap. 13. num. 2.

Secunda Concluſio. Abſens à Choro, ſeu Eccleſia, cui addictus eſt, ex iuſta aliqua cauſa, ob quam iure percipere poteſt quotidianas diſtributiones,
21 † tunc demum eas percipiet, cum ea verè fuerit cauſa abſentiæ, vt quia ſolet cũ non eſt impeditus diuinis officijs intereſſe; aliàs non percipiet. ita Decian. cōſ. 69. nu. 8. vol. 2. ſtatutumq; fuit in Conc. Prouinc. Mediol. 5. ſub tit. quæ ad diſtribut. pert. Probaturq; tũ ex eo, quod infr. in ſeq. quæſt. de infirmis, & quæſt. 11. de abſentibus propter Eccleſiæ vtilitatem dicemus; tum ex opt. tex. in l. 1. §. Stichus ff. de ſtatul. & l. 2. ff. ſi quis eaution. ex eo, quod ex communi Doct. opinione tradit Odd. d. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 27. artic. 4. & ſeqq. impedimentum debere eſſe immediatum, ſeu cauſam immediatam, ita, vt eo ceſſante ceſſaret læſio, aliàs non concedi reſtitutionē in integrum; à qua quidem ad perceptionem quotidianarum diſtributionum videtur tãquam à ſimili congruè poſſe ſumi argumentum ſaltem negatiuum. Tum quia notiſſimi iuris eſt cauſam non dici eam alicuius rei, ſine qua illa res eſſe poteſt; quia etiam multa ſunt, ſine quibus aliud eſſe nequit, & tamen illius cauſa non ſunt, ſed à Philoſophis vocantur conditiones, ſine quibus non, ſicut ſublatio eius, quod retinebat lapidem, ne in terram caderet, non eſt cauſa, cur hic lapis ad terram tendat, ſed conditio, ſine qua nunc non caderet, ſeu ad terram deſcenderet; cum igitur impedimentum illud non dicatur cauſa abſentiæ, ſine quo illa abſentia eſſe poteſt, & eſſet; neque etiam poteſt eam abſentiam iuſtificare, ſeu iuſtam reddere; quòd qualitas hæc iuſtitiæ ſimul cũ abſentia oriatur, & quodammodo eius acceſſoria ſit; cum maximè ideo lex in his impedimētorum caſibus indulgeat, vt poſſit quis abſens quotidianas diſtributiones percipere, quia illud impedimentum cauſa ſit talis abſentiæ: ceſſante autem ratione legis, quæ vnica ſit, ceſſare debet etiam eius diſpoſitio l. ſi maritus §. ſcripſi ff. de adult. & l. fin. C. de præſcript. decem vel vigint. ann. cum ſimil. quod autem diximus de vniuerſis diſtributionibus vnius anni,
22 exempli gratia; † idem dicendum eſt de parte, vt ſi quis ſolebat in anno lucrari ſolùm dimidiam diſtributionem, ſola dimidia detrahenda ſit ab eo, quod lucrari potuiſſet abſens ex iuſta cauſa, & ſic de cæteris, eadem enim eſt ratio, & idem iudicium de toto quoad totum, & de parte quoad partem l. quæ de tota ff. de rei vindic. & l. à Titio ff. de verb. oblig. Huic concluſioni ſimilis eſt illa, quam firmat, & latè comprobat inter cæteros Tiber. Decian. d. conſ. 69. num. 4. & trib. ſeqq. vol. 2. nimi-
23 rum, † eum, qui abeſt ob Eccleſiæ vtilitatē, aliamue cauſam expreſſam in iure, ob quã pcipere deberet diſtributiones, earundem diſtributionum participem eſſe non debere, vbi alia etiam de cauſa

magis principaliter abeſſet ab Eccleſia.
Tertia Concluſio. Impedimentum
24 affectatum † non tribuit iuſtam cau-
ſam abſentiæ, ita, vt propter eam poſſit
quis percipere quotidianas diſtributio-
nes, ac ſi eſſet præſens, & intereſſet diui-
nis officijs. Probatur; nam regulariter
25 impedimentum affectatum † non ex-
cuſat, vt latè probat Tiraq. de retract.
Lignag. §.35. Gloſ.4. nu.29. Ioſeph. Lu-
dou. lib.2. deciſ. Peruſ. deciſ.36. num.3.
Fel. in cap. fin. num.5. de teſtam. Iaſ. in l.
ſi verò num.8. in fin. ff. qui ſatiſd. cog. &
alij paſſim; in caſu autem abſentiæ tex.
eſt in l. & qui data opera in princip. ff.
ex quib. ca. mai. & opt. tex. in l. pen. C.
quom. & quand. iud. latè Tiraq. d. nu.
29. Caſſan. in Conſuet. Burgun. rubr.4.
§.20. num.3. & Odd. d. tract. de reſtit. in
integr. quæſt.27. art.1. num.2. qui etiam
num.4. & ſeqq. poſt Rol. à Vall. conſi.
26 47. num.38. lib.2. id limitat, † dummo-
do huiuſmodi affectatio contineat ma-
litiam, ſeu dolum malum; & ſic tolli-
tur obiectio ex l. voluntariè C. de excuſ.
tut. quæ multum torſit Alber. in l.4. ff.
ex quib. cau. maior. & Doct. antiquos, vt
teſtatur Odd. d. nu.4. qui etiam d. quęſt.
27 27. art.2. & ſeq. † affert quam plures
coniecturas, ex quibus iure colligitur,
aliquem affectare diſceſſum, vel etiam
non reditum, ſeu diuturnam abſentiā;
ſed eas ego dumtaxat ſeligam, quæ ad
rem noſtram adaptari, atque in vſum
circa abſentiam ab Eccleſia venire poſ-
ſunt. Quoad affectationem ergo diſceſ-
28 ſus prima cōiectura eſſe poteſt, † cùm
quis data opera, & ſimul etiam ſine lu-
cro ſe abſentandi occaſionem procura-
uit, ita ex tex. in d. l. & qui data opera
optimè deducit Odd. d. art.2. nu.11. &
trib. ſeqq. Secunda, cū vir aliquis egre-
gius, & in maximis rebus gerēdis exer-
29 citatus † abeſſet cauſa alicuius officij
publici, exigui tamen momenti, & ho-
noris, & quod à quolibet etiam minimo
tractari, & expediri potuiſſet, vt per
tex. in l. ſpadonem §. fin. ff. de excuſ. tut.
& poſt Rom. ſing.597. & alios tradit
Odd. d. art.2. num.15. Tertia coniectura
30 erit, † cùm quis maturiùs profectus
eſt, quàm ei neceſſarium eſſet. ita Odd.
d. art.2. num.17. per tex. in d. l. & qui
data opera circa princ. Quarta, quando
31 eo tempore, quo abeſſe cœpit, † tene-
batur aliquid facere, quod non fecit, vt
poſt Abb. in cap. ex tuæ num.11. de cler.
non reſid. & alios docet Odd. d. art.2.
num.18. Quoad reditum autem ille di-
32 cetur affectari abſentiam, † qui ſtatim,
ac ceſſat cauſa abſentię, non redit, vt eſt
tex. in l. ſi cui in prouincia §. tamdiu, &
l. hi qui ff. ex quib. ca. mai. & tradunt
Abb. in cap. expoſuit num.14. de dilat.
Odd. d. quæſt.27. art.3. num.25. qui mox
33 num.26. infert † primò, vt abſentia ſu-
ſcepta ex cauſa metus tamdiu durare
dicatur, quamdiu durat cauſa metuen-
di poſt Abb. in cap.1. num.2. & 12. quod
metus cauſ. Dec. conſi.119. per totum
& alios. Secundò infert, quòd Amba-
34 ſciatores † finita legatione non dicun-
tur amplius frui priuilegio, nec debent
habere ſalarium poſt Bart. & Bal. in d.
§. tamdiu. Hoc autem ipſum limitatur
35 † primò, vt debeat etiam abſenti ex iu-
ſta cauſa concedi, ac computari tantùm
temporis, quo poſſit redire in patriam,
& tunc dicetur. ſimiliter abeſſe eadem
iuſta de cauſa, vt conſtat ex tex. in d. §.
tamdiu, & l. qui mittuntur §. fin. ff. ex
quib. cau. mai. debet autem aſſignari tā-
tum, quantum lex redeuntibus præſta-
36 re ſolet d. §. tamdiu; eſt autem † hoc tē-
pus vnius diei pro ſingulis viginti mil-
liaribus, vt adnotauit ibi Gloſ. per tex.
in l.1. ff. ſi quis caut. & l.3. ff. de verb.
ſign. & de hoc eſt alia Gloſ. in cap. non
nulli de reſcript. per eadem iura docens
37 † vnam dietam legalem continere vi-
ginti milliaria, licèt dicat ibi ſumendas
eſſe dietas pro vulgaribus, quæ haben-
tur ſecundùm conſuetudinem loci, non
autem legalibus, ſed id fortè locum ha-
bet in materia reſcriptorum ſuper da-
tione iudicum, de qua ibi agitur; at ve-
rò in materia abſentiæ, de qua nos agi-
mus, habemus tex. in d. §. tamdiu expreſ
sè requirentem dietas legales; ideo ab
hoc non recedendum. Secundò limi-
tatur



38 tatur † niſi aliud iuſtum impedimen-
tum ſuperueniens, vel antequam redi-
tum arriperet, ac pararet, vel in ipſo-
met reditu ipſum abſentem in ſua ab-
ſentia retardaret; nam dicetur adhuc
priſtina abſentia durare, ac ſi eadē cau-
ſa abſentiæ perduraret; vt eſt optimus
tex. in d. §. tamdiu verſ. planè, & notat
Roman. in l. ſi verò §. de viro num.230.
ff. ſol. matr. Menoch. de arbitr. iud. lib.
2. conſi.2. caſ.153. Odd. d. art.3. nu.31.
39 Limitatur tertiò, vt non procedat † pro
quodam modico tempore, quod datur
ipſis iam reuerſis ad res ſuas componen
das, & quodammodo ad quieſcendum
per tex. & ibi latè Bart. in l. ab hoſtibus
§. ſed quod ſimpliciter ff. quod met.
40 cauſ. hoc autem modicum tempus, † li-
cèt arbitrarium ſit, vt in terminis tra-
dunt Menoch. d. lib.2. cent.1. caſ.33. nu.
1. & 2. & Odd. d. art.3. num.36. tamen in
caſu noſtro abſentiæ iuſtæ, propter quā
quis lucratur quotidianas diſtributio-
nes ſecluſa conſuetudine vix reliquum
eius diei, quo abſens redit, concederem
eò, quia diſtributiones dentur propter
quotidianam intereſſentiam, ac conti-
nuum ſeruitium Eccleſiæ, vt docet tex.
d. cap. vnico, & adnotauit Couar. d. c.
13. in princ. noſque ſupr. non ſemel ad-
monuimus. ſtante verò de hoc ſpetiali
conſuetudine legitimè inducta, duo, vel
etiam tres dies poſt, vel etiam ante re-
ditum indulgeri poſſunt, vt infr. quæſt.
12. concl.2. vbi agemus de conſuetudi-
ne tribuente diſtributiones abſentibus
propter Eccleſiæ vtilitatem, oſtende-
mus.

Quarta Concluſio. Ex qua etiā ma-
gis explicatæ manebunt tum præcedēs,
tum ſequentes concluſiones. Impedi-
mentum etiam iuſtum † non debet ex-
cuſare abſentem ab Eccleſia, ita, vt poſ-
ſit percipere diſtributiones, quando im
peditus, ita ſe arctauit, & adſtrinxit in
illo modico tempore, quo impedimen-
tum ſuperuenit, vt vix potuiſſet etiam
ceſſante illo impedimēto ad Eccleſiam
accedere, vt diuinis intereſſet, & quod-
libet etiam breuiſſimum impedimen-
tum potuiſſet illum à reditu retardare,
prout ſunt tex. ſingulares in l. hoc iure
ff. de verb. oblig. & l. ſi quis hæres ff. de
acquir. hær. & in ſpetie in materia ab-
ſentiæ in l. qui commeatus ff. de re mi-
lit. & in l.2. §. ſi quis iudicio verſ. ſi quis
tamen cum poſſet &c. ff. ſi quis caut.
per quæ iura id in terminis reſtitutio-
nis in integrum tradit Odd. d. q.27. art.
6. poſt Dec. in cap. ex ratione num.68.
42 de appell. Idem etiam dici poteſt, † vbi
proceſſit impedimentum ex culpa im-
pediti præordinata ad caſum, ſecus ve-
rò, ſi non fuerit præordinata, vt poſt
Abb. in cap. cum inter, de except. & in
c. intelleximus nu.5. de iud. Bal. in al-
leg. l.2. §. ſi quis iudicio num.3. ff. ſi
quis caut. & alios tradit Odd. d. tract.
de reſtit. in integr. quæſt.7. art.3. & 5. &
quæſt.28. art.6. num.52. & 53. & nos for
taſſe aliquid dicemus in ſeq. quæſt. vbi
de infirmis etiam ex ſua culpa latiùs
43 agemus. Idem quoque dicēdum † de
eo, qui facile potuit impedimentum re-
mouere, & non remouit; nam tunc tale
impedimentum non excuſat; optimus
textus in cap. fin. de electión. necnon in
l. qui poteſt. ff. de regul. iur. l. quibus
diebus ff. de condit. & demonſtr. l. ſi Ti-
tius ff. eod. l. ſi ſeruus hæredis §. Impe-
rator ff. de ſtat. lib. & l. fin. §. illud C.
de temp. appell. & ex communi in ma-
teria reſtitutionis reſoluit Odd d. q.27.
art.7. & Fern. Vaſq. controu. illuſtr. lib.
2. cap.60. num.10. Quid autem dicen-
44 dum ſit, † quando impedimentem re-
moueri quidem non potuit, tamen is,
cui impedimentum ſuperuenit, otioſè
agebat, & negligebat, an tunc noceat
impedito ſiue impedimentum eſſet no-
torium omnibus tam domi otioſè agen
tibus, quàm diligentiam adhibentibus,
ſiue etiam non eſſet notorium, neque
præuideri potuerit, ſed caſu contige-
rit, conſtat ex ijs, quæ in hac quæſtione
de reſtitutione in integrū tradit Odd.
d. q.27. art.8. ad quem te remitto, ne ui-
dear eius dicta transferre. apud quem
etiam in q.28. per totum videre poteris
45 an, & quando † huiuſmodi impedito

neceſſaria ſit proteſtatio ad hoc, vt im-
pedimentum excuſet; quæ enim ibi di-
xit de impedimento quoad reſtitutio-
nem in integrnm obtinendam, eadem
in ijs, quæ adaptari poſſunt, dicenda
etiam proportionabiliter puto quoad
effectum lucrifaciendi quotidianas di-
ſtributiones, eo tamen excepto, quòd
nunquam requiretur trina proteſtatio,
ſed neque ita exacta, vt requiritur ad
effectum, vt quis obtinere poſſit reſtitu
tionem, ſed ſufficiet vnica, & ſimplex
dennnciatio extraiudicialis facta Cho-
ri præfecto, vel Collegio Clericorum,
inter quos diuidendæ veniũt diſtribu-
tiones. Vt autem aliquid certi hac in
re ſtatuamus, ſummatim dicta huius
Doct. perſtringentes adnotabimus, de-
nunciationem huiuſmodi licèt ſemper
vtilis ſit ad tradita per eum d. q. 28. art.
1. neque tamen neceſſaria ſit tunc, cùm
impedimentum procedit non à facto, &
voluntate alterius, ſed ex neceſſitate na
turæ iuxta not. per eundem art. 2. aut,
cùm impedimentum eſt notorium per
ea, quæ idem docet art. 4. aut denique
cùm impedimẽtum procedit immedia-
tè à perſona ipſius impediti, prout eſt
infirmitas iuxta tradita per eũdem art.
6. num. 54. neceſſariam tamen eſſe, quã-
do impedimentum procedit à volunta-
te, & arbitrio alterius, non tamen ſupe-
rioris aut vim, iuſtumue metũ inferen-
te per ea, quæ de impedito ad effe-
ctum reſtitutionis obtinendæ fusè pro-
ſequitur idem Odd. ead. quæſt. 28. art.
3. quæ quidem maximè notanda ſunt.
46 Etenim † vel argumentum optimè de-
duci poteſt à reſtitutione in integrum
tanquam à ſimili ſaltem negatiuum, vel
etiam affirmatiuum tanquam in termi-
nis deciſum, adhoc nimirum, vt per
viam reſtitutionis in integrũ Clericus,
qui læſus fuit in amiſſione diſtributio-
nũ, in integrum reſtituatur ad eas recu-
perãdas; niſi tamen aliud expreſſim de-
ciſum reperiatur à Sacris Canonibus,
eorũue interpretibus in ſpetie diſtribu-
tionũ, aut ex ijſdẽ apertè id colligatur.

Quinta Concluſio. Certũ eſt abſentẽ
à Choro, & Eccleſia ob iuſtã, & rationa-
bilem corporis neceſſitatẽ percipere de
47 bere quotidianas diſtributiones, ac ſi
diuinis intereſſet. Tex. eſt apertiſſimus
in d.c. vnico §. qui verò de cler. nõ reſid.
in 6. in hæc verba. Qui verò aliter de di
ſtributionibus ipſis quicquã receperit,
exceptis illis, quos infirmitas, ſeu iuſta,
& rationabilis corporalis neceſſitas, aut
euidẽs Eccleſiæ vtilitas excuſaret, rerũ
ſic receptarũ dominium non acquirat,
nec faciat eas ſuas & c. dum. n. ibi Põti-
fex à regula eorũ, qui propter abſentiã,
ſeu non intereſſentiã percipere non poſ
ſunt quotidianas diſtributiones, exci-
pit eos, qui corporali neceſſitate deti-
nentur, liquidò conſtat eum velle, hos
priuari non debere huiuſmodi diſtri-
butionibus; nam exceptio vitiat regu-
lam l. 1. ff. de reg. iur. l. his, l. quod verò,
& l. ius ſingulare ff. de leg. l. nam quod
liquidè §. fin. ff. de pen. leg. & l. quæſitũ.
§. denique ff. de fund. inſtr. cum alijs
concord. de quibus per Euerar. in loc.
ab except. ad reg. num. 1. quam etiam
48 ob cauſam verius puto † concluſionem
hanc de abſentibus ob corporis neceſ-
ſitatem, ſicut etiam propter infirmita-
tem, vel Eccleſiæ vtilitatem non ſolùm
locum habere ſtante cõſuetudine, quòd
huiuſmodi abſentes percipiant in ab-
ſentia quotidianas diſtributiones, ſed
etiam attento ſolo iure communi ſcri-
pto, de quo in d. capit. vnico in verbis
mox relatis, quicquid Franc. in d. §. qui
verò, & nõnulli alij voluerint; id enim,
quod nos dicimus, apertè tenet Prob. in
addit. ad Io. Monach. d. c. vnico num.
21. & 35. & de abſentibus propter Ec-
cleſiæ vtilitatem apertè voluit Sacra
Congregatio Triden. Concil. dum ad
ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. in vna Tu-
dertina abſolutè cenſuit, ac declarauit
(nulla conſuetudinis habita mentio-
ne) eos, qui abſunt propter Eccleſiæ
vtilitatem, diſtributiones quotidianas
non amittere; tradiditque de infirmis
Couar. d. cap. 13. num. 8. & quidem pro-
pter eandem potiſſimùm rationem, quã
mox adduximus, quia nimirũ in d. cap.
vnico



vnico à regula, quã præmiſerat Roma-
nus Põtifex de quotidianis diſtributio-
nibus nequaqã dandis abſentibus à di-
uinis officijs, excepit ipſos infirmos, qui
nimirum morbo impediẽte nequeũt di-
uinis perſonaliter intereſſe; quæ quidẽ
regula cũ abſolutè loquatur, & indiſtin
ctè procedat etiã ſecluſa conſuetudine,
prout fateri neceſſe eſt eos ipſos, qui
contrariã opinionem ſequuntur, ne in
illud abſurdum incidant, conſuetudinẽ
requiri adhoc, vt is, qui intereſt diuinis
officijs, percipere iure poſſit quotidia-
nas diſtributiones, manifeſtè ſequitur
ẽt infirmos, & alios expreſſim exceptos
in d.c. vnico à regula ibi tradita eaſdem
diſtributiones quauis ẽt conſuetudine
ſe mota iure poſſe pcipere, vt exceptio
ſit de regula iuxta tex. ſupra allegatos,
& Gloſ. ſing. & ibi Dyn. & alios in rubr.
de reg. iur. in 6. Bar. in l. ſi eũ §. qui iniu-
riarum ff. ſi quis caut. & latè tradita per
Euerar. d loc. ab except. ad reg. num. 9.
Ex hac verò concluſione primò in-
49 fertur, † eum, qui leuãdi corporis cau-
ſa abeſt, priuandum non eſſe quotidia-
nis diſtributionibus. id apertè ſonat ip-
ſe tex. d. cap. vnico, neque aliquis vn-
quam negauit. quod tamen, ſicut & ſe-
quentia ita eſt intelligendum, modò ſta
tim redeatur, neq; plus temporis, quàm
neceſſe ſit, impendatur iuxta tradita
per Nauar. in tract. de orat. & hor. Ca-
non. cap. 69. in fin. & 70. Secundò idem
50 dicendum † de eo, qui egreditur, ali-
quantiſper foràs ad reſpirandum, ſeu
recreandum ſpiritum fatigatum. Id ſa-
tis colligitur ex Nauar. loc. mox cit. li-
cèt enim ibi concludat dumtaxat, hunc
non peccare, modò ſuppleat, ſi pars ſit
notabilis; tamen conſequenter ad ſuam
ſententiam, quam nos ſupra quæſt. 2. &
3. ſecuti ſumus, quòd nimirum teneatur
Canonicus in Choro pſallere, & quidẽ
integras horas Canonicas, vt lucrifa-
ciat quotidianas diſtributiones, neceſ-
ſariò etiam vult, hunc hac de cauſa ab-
ſentem eaſdẽ diſtributiones lucrari; ad
idem facit tex. d.c. vnico, dũ vult quam-
libet iuſtam, & rationabilem corporis
neceſſitatẽ excuſare ab amiſſione quo-
tidianarum diſtributionum; quis autẽ
iure negabit hunc ob diuturnum Cho-
ri, & Eccleſiæ obſequiũ valde defeſſum
ſpiritibus ob corporis etiam imbecilli-
tatẽ deficientibus, ſi aliquantiſper egre
diatur, corpori neceſſariũ leuamẽ iuſtè,
ac rationabiliter tribuere? Sed id ex-
preſsè voluerunt Io. An. & Innoc. in c.
dolentes, de celebr. Miſſ. Gloſ. cõmuni-
ter recepta in Clem. 1. Verb. rationabili
cauſa eod. tit. ponentes hanc pro ratio-
nabili cauſa exeundi de Choro, & Ec-
cleſia ante finem officij, eamq; æquipa-
rantes infirmitati. Infertur tertiò, quid
dicendum ſit de abſente cauſa peregri-
51 nationis, neq; enim † haberi debet pro
præſente in Choro, vt percipiat diſtri-
butiones; ita reſpondit Sacra Cõgrega-
tio Trid. Concil. ad ſeſſ. 24. c. 12. de re-
form. in vna Tudertina; & in Mediola-
nenſi Prouincia extat hac de re Conſti-
tutio Prouinc. Concil. 5. tit. quæ ad di-
ſtribut. pertin. & ratio eſt, quia hæc ab-
ſentia neceſſaria non eſt, neq; ad aliam
ex cauſis expreſſis d.c. vnico reducitur.
52 quam ob cauſam † idem puto dicendũ
non modò de eo, qui peregrinatur ex
deuotione, ſed etiam de illo, qui ex vo-
to; tum quia Congregatio, & Cõcilium
abſolutè loquuntur, tum quia in c. con-
ſultationibus de offic. deleg. abſolutè
æquiparantur abſentia cauſa peregri-
nationis, & cauſa ſtudiorum; abſentes
autem cauſa ſtudiorum nõ percipiũt di
ſtributiones c. licèt, de præben. cum ſi-
mil. infr. q. 10. adducendis aliàs daretur
occaſio fraudãdi per votum Eccleſiam
53 debito obſequio, & cultu. Idem † verò
multò magis dicendũ de illo, qui abeſt,
vt confiteatnr peccata ſua; tum quia nõ
eſt eo tẽpore neceſſitas, cũ vel ante, vel
poſt cõfiteri poſſit, neq; eſt corporalis,
qualis requiritur à Pontifice d.c. vnico;
& licèt anima præſtantior ſit corpore l.
ſancimus C. de ſacroſ. Eccleſ. tamen in
exorbitãtibus à regulis iuris, quale eſt,
quòd abſentibus, ſeu non intereſſenti-
bus diuinis officijs dentur diſtributio-
nes, neque ipſa admittitur maioritas
rationis

rationis per not. in cap. quæ à iure, de reg. iur. in ſexto, & Euerar. in loc. à ratione leg. larg. verſi. ſecundo caſu principali circa medium.

Quartò infertur, eum quoque, qui
54 ab aliquo priuatim vi detineatur, † quotidianis diſtributionibus priuari non debere. Quod quidem in ſpetie tenuit Iacob. Graf. Deciſ. conſcient. par. 2. cap. 15. num. 10. & ante eum voluit Franc. d. capit. vnico §. qui verò num. 4. & ibid. Io. An. Anchar. & alij, & Nauar. conſi. 11. nn. 4. ſub tit. de cler. non reſid. vol. 1. & probatur, tum quia cum conditio tunc habeatur pro impleta, quando nõ ſtat per eum, qui illam implere debet, vt habemus tex. ad litteram in cap. cum non ſtat, de reg. iur. in 6. iſte dicitur impleuiſſe conditionem intereſſentiæ, quæ requiritur ad acquirendas diſtributiones, cum per eum non ſtet, quin diuinis officijs interſit; tum quia etiam illis, qui ſiue in vinculis, ſiue intra priuatos parietes vi detinentur, datur in integrum reſtitutio ſaltem ex clauſula generali aduerſus quodcunque damnum inde paſſum per tex. expreſſum in l. 1. & l. ſuccurritur ff. ex quibus ca. mai. quàmuis in prophanis non reſtituatur vbi habeat regreſſum contra detentorẽ, vt quia ſit ſoluendo, eiuſq; copia haberi poſſit, nec ſit homo potens, ac terribilis, vt videtur eſſe tex. apertus in l. 2. in fin. iuncta l. ſeq. ff. ſi quis caut. & pluribus proſequitur Odd. d. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 7. art. 8. nu. 65. quod tamen non requiretur in caſu noſtro, cum Summus Pontifex in d. c. vnico velit quamlibet iuſtã, & rationabilem corporis neceſſitatem excuſare abſentem, ne quotidianas diſtributiones amittat, atq; adeo licèt habeat regreſſum contra eum vi detinentem, nihilominus vel ipſo iure non amittet diſtributiones, vel indiſtinctè ad eas recuperandas reſtituendus erit. Idem dicen-
55 dum eſt, † ſi is non ab inimico aliquo priuato, ſed ab hoſtibus capiatur, & detineatur, ſiue vt fiat ſeruus illorum per tex. in l. 1. §. 1. & l. item ei ſuccurritur §. poterat ff. ex quib. ca. mai. ſiue etiam dumtaxat, vt ſoluat aliquid, ſi liberari vult, vel vt retineatur, donec fiat pax, vel cum alijs captiuis permutetur, vt eſt tex. d. l. 1. in princ. & d. l. item ei ſuccurritur, & l. ait prætor §. is autem ff. eod. ſed hi alia quoque de cauſa videntur eſſe ipſo iure illæſi ſeruandi ab omni damno, quod ob eam cauſam in Ciuitate paſſi ſunt, vel ſaltem aduerſus illud erunt in integrum reſtituẽdi, quia nimirum reip. cauſa, ſeu propter Eccleſiæ vtilitatem abſunt; qua etiam de
56 cauſa pari ratione † priuandus non erit quotidianis diſtributionibus ille, qui obſes datus eſt ab Eccleſia, & ſic deten-
57 tus, aut etiam † repræſaliatum cauſa captus fuit, ac detinetur, vtroque enim caſu abſens dicitur propter publicum bonum, atque Eccleſiam, & ideo non debet ei vllum inde damnũ ſequi, prout de damno in rebus prophanis latè, & optimè comprobat Odd. d. art. 8. num. 46. 47. 48. 52. & 53. quod quidem ideo hic adnotauimus, quia de captura, & detentione agebamus; nec repetemus cum de abſentibus ob Eccleſiæ vtilitatem infr. quæſt. 11. latiùs tractabimus.

Infertur quintò, ex eadem principali concluſione, vt ſaltem per viam reſti-
58 tutionis in integrũ † amittere non debeat quotidianas diſtributiones ille, qui ab Eccleſia ob iuſtum metum abeſt per tex. expreſſum in l. 2. §. hoc autem capite ff. ex quib. ca. mai. & in hac ſpetie latè tradit Prob. d. c. vnico num. 24.
59 An vero, & quando † metus fuerit iuſtus, & iuſta cauſa ſe abſentandi, regulariter iudicis arbitrio remitti debet, vt docet ipſemet I. C. in l. 3. in fine ff. ex quib. ca. mai. vbi loquens de metu, ex quo quis abfuit, an fuerit iuſta cauſa abſentiæ, vel ne, ait; ſed huius rei diſpoſitio iudicis eſt, & ex communi reſoluunt Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 36. num. 3. & Odd. d. quæſt. 7. artic. 9. nu. 72. Pro regulando autem huiuſmo-
60 di arbitrio † tria conſiderare debet iudex, malum nimirum ipſum, quod timetur, deinde cauſam, propter quam
malum



malum timetur; deniq; perſonam tam eius, qui metum infert, quàm eius, qui metuit, vt monet Odd. d. art. 9. num. 73. Circa primum poterit iudex arbitrari
61 † mala, quæ iuſtè, & rationabiliter ti-
62 meri poſſunt, eſſe hæc, Mortem, † vel cruciatum corporis per tex. in l. ſi per uim C. quod met. ca. & in cap. cum dilectus, vbi Doct. extra eod. tit. Vincula
63 † quoque l. nec timorem ff. eod. Carcerem, Abb. in cap. accedens nu. 2. de procur. Maurit. Dolan. in tract. de reſtit. in integr. cap. 401. Odd. d. art. 9. nu.
64 77. Bonorum quoque, † & fortunarum omnium amiſſionem cap. 2. quod met. cau. latè Menoch. d. lib. 2. caſ. 135. nu.
65 9. immo † & maioris partis bonorum §. propter litem Inſtit. de excuſ. tut. & in hac ſpetie Bart. in l. ſi ob turpem nu.
66 6. ff. de cond. ob turp. cau. Honoris † ẽt, & pudicitiæ amiſſionem per tex. in l. metum la 2. ff. quod met. cau. & ibi Bar. & Odd. d. art. 9. num. 81. ad quod etiam reuocari poteſt inductio proxima, & coactio ad quodlibet lethale peccatũ.
67 Status quoque, † & libertatis amiſſionem per Gloſ. in cap. pen. in Verb. metum mortis, quod met. ca. Odd. d. art. 9. num. 82. Et hæc quidem omnia iuſtè timentur non modò in perſona noſtra, ſed etiam nobis cõiunctorum in primo gradu, vt monet Odd. d. art. 9. num. 83. & latiùs Menoch. d. caſ. 135. num. 6. & ſeq. Quoad Secundum verò caput, nimirum quoad cauſam ob quam malum timetur, cauſæ huius timoris, quæ debent à Iudice pro legitimis admitti, hæ, vel etiam ſimiles eſſe poterunt. Expul-
68 ſio à Ciuitate; qui enim à Ciuitate ſua pulſus eſt, iuſtè timet ad illam redire, vt voluit Dolan. d. tract. de reſtit. in integr. cap. 342. quem ſequitur Odd. d. ar. 9. num. 82. quod tamen intelligendum eſt in caſu noſtro percipiẽdarum in abſentia diſtributionum, modo iniuſtè pulſus fuerit, per ea, quæ paulò poſt de expulſo propter partialitates, ac de bannito latiùs dicemus. Altera cauſa iuſti
69 timoris eſſe poteſt † præceptum Regis, vel Principis de aliqua re facienda, quæ iuſtè fieri nequeat; nam qui abeſt, vt illud non faciat, & propter inobedientiam periculum vitæ non incurrat, dicetur iuſtam cauſam timoris habere, vt tradit Odd. d. art. 9. num. 85. & latiſſimè proſequitur Dec. in conſi. 219. col. 1. & 2. & in l. in omnibus nume. 4. ff. de reg. iur. qui tamen id declarant procedere, ſi præceptum Principis comminatorium ſit, & ſoleat Princeps minas exequi contra inobedientes, aliàs ſecus. Idem quoq; dicendum in præcepto iudicis iniuſto, vt poſt Doct. in cap. fin. de appell. Bart. in l. de pupillo §. ſi quis, nu. 15. & ſeqq. ff. de nou. oper. nunc. & alios probat. Odd. d. art. 9. num. 86. Tiranni
70 quoque † mali mores, quos compati quis nequeat, & in ſe ipſo timeat, eſſe iuſtam cauſam huius timoris voluit poſt alios Odd. d. art. 9. num. 91. quod tamen vix caſui noſtro adaptari poſſe video, niſi Tyrannus aliquem ex clericis Collegiatæ Eccleſiæ, eiuſue familiam peculiari odio proſequeretur, eiuſq; odij maximum aliquod ſignum dederit, minæq; aliquorum ex ſupra relatis malis
71 acceſſerint. Inimicitia † quoq; potentiorum in ea Ciuitate, ſiue partialitates, & factiones iuſtam cauſam timoris, & abſentiæ præbent, vt probat tex. in c. ad ſupplicationem & cap. niſi cum pridem, de renunc. latè Odd. d. art. 9. num. 90. & quoad excuſationem à reſidentia Gloſ. fin. in c. fin. de cler. non reſid. Immo in terminis percipiendarum diſtributionum ab abſente non modò hanc eſſe iuſtã cauſam timoris, ſed & ipſam iuſtam cauſam abſentiæ, ita, vt abſentes propter eam iure percipere poſſint diſtributiones, ac ſi intereſſent diuinis, voluit Franc. d. cap. vnico §. qui vero nu. 4. & ibi Io. An. Anchar. Gemin. Prob. & alij, Boer. deciſ. 340. num. 4. Fel. in cap. cum omnes num. 22. de conſtit. Calderin. conſi. 17. tit. de præben. quos etiam ſequitur Couar. d. cap. 13. num. 8. verſi. decimò eadem ratione, licèt is velit ad id requiri, quòd conſuetudine inductũ ſit; ſed malè, per ea, quę adduximus ſup. concluſ. 5. Id ſanè intelligendum eſt,

72 † mo-

72 † modò tales non fuerint in culpa imi-
ſcendo ſe huiuſmodi partialitati, ſed
quia omnes de tali familia partiales ha
bentur, vt poſt Io. An. notat ibid. Frãc.
& Anchar. num. 2. & alij; & apertè col-
ligitur ex tex. d. cap. vnico, dum requi-
rit, quòd ſit iuſta, & rationabilis corpo-
ris neceſſitas; non eſſet autem rationa-
bilis corporis neceſſitas, aut dici vllo
modo poſſet iuſta in eo, qui vel cau-
ſam dederit, vel in culpa fuerit. Huic
ſimilis cauſa iuſti timoris, & abſentiæ
73 † eſt bellum vel ciuile, vel externum
dummodò tutum non ſit in patria com
morari, vel eò redire, per ea, quæ poſt
Paul. de Caſtr. conſi. 135. col. fin. lib. 2.
Fel. in cap. accedens il 2. num. 4. vt lit.
non conteſt. & alios tradit Odd. eod.
art. 9. num. 92. & Menoch. d. lib. 2. caſ.
153. nume. 12. Idem dicendum quo-
74 que eſt † de bello diuino, nimirum de
peſte; nam & ipſa iuſtiſſima cauſa eſt
timoris, & abſentiæ à loco contagioſo
Io. An. Hoſt. & Imol. d. cap. fin. de cler.
non reſid. latè Roman. conſi. 263. nu. 2.
Rip. in tract. de peſt. in tit. de priuileg.
iud. cauſ. peſt. num. 36. Menoch. d. caſ.
153. num. 10. Odd. d. art. 9. nu. 94. & no-
uiſſimè Rutil. Benzon. Epiſc. Laurer.
qui nullum horum Doct. præter Rip.
refert, in Speculo Epiſcop. & Curat.
quatuor ante annos edito lib. 1. diſput.
1. quæſt. 1. concl. 3. vbi in ſpetie loqui-
tur de Canonicis. opt. tex. cũ ſua Gloſ.
in d. cap. ad ſupplicationem de renunc.
facit etiam tex. in cap. communis filius
23. diſt. eſt enim peſtis acerrima conta-
gio, & periculoſa omnium labes, latè
Rol. à Val. conſi. 81. num. 34. & ſeqq.
75 lib. 1. Id verò in caſu noſtro † nòn ita
indiſtinctè admitterem, ſaltem quoad
hoc, vt poſſit ſe abſentare Clericus Ec-
cleſiæ Collegiatæ à Ciuitate ſua pro-
pter peſtem, ſed vel vt non teneatur, cũ
abſens eſt, redire, ſeu à reditu propter
huiuſmodi contagionem excuſetur, vel
vt tunc ſolum à Ciuitate poſſit recede-
re, cũ probabile illi imminet vitæ peri-
culum, ſi in Eccleſia cum alijs commu-
nicat, & conſuetudinem habeat; neque
enim tenetur ille huiuſmodi periculo
ſe exponere, cum non ſit paſtor anima-
rum, qui quidem debet tanquam bonus
paſtor animam ſuam ponere pro oui-
bus ſuis Ioan. 10. Et quãuis Rip. d. tract.
de peſt. tit. de priuileg. contr. cauſ. peſt.
nu. 136. indiſtinctè velit peſtem excu-
ſare à reſidentia, ita, vt propter eam li-
ceat recedere à beneficio poſt Hoſt. in
Sum. tit. de cler. non reſid. §. fin. tamen
idem Rip. num. 145. quem etiam ſequi-
tur Couar. d. cap. 13. num. 8. verſ. nono
hinc deducitur & Prob. d. c. vnico nu.
76 26. volunt † hunc abſentem à loco be-
neficij tempore peſtis percipere quidẽ
poſſe fructus principales beneficij, non
tamen quotidianas diſtributiones, niſi
id conſuetudine obtẽtum, & inductum
ſit, quod etiam in ſpetie decidit Sacra
Congregatio Trid. Concil. interpreta-
tioni præfecta in vna Syracuſana, & Pa-
tauina ad ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat. in
hæc verba; diſtributiones non lucratur
abſens etiam tempore peſtis exiſtentis
in loco reſidẽtiæ, niſi probaretur ex an-
tiqua conſuetudine diſtributiones dari
ſolitas abſentibus ex iuſta cauſa, atque
adeo id ego quoq; admitto contra Ben-
zon. d. concl. 3. in fine; idq; nõ quidem
propter illam rationem Ripæ, quia re-
gulariter abſens ex iuſta cauſa non per-
cipiat diſtributiones niſi ſtante conſue-
tudine, cuius contrarium ſupra hac ip-
ſa concl. circa princip. òſtendimus, ſed
quia abſentia hæc non eſt omnino ne-
ceſſaria, cum non teneatur diſcedere, &
poſſit redire, tex. autem in d. cap. vnico
requirit neceſſitatem corporalem. Il-
lud autem circa hoc adnotandum eſt,
77 † antequam diſcedat beneficiarius pro-
pter peſtem facultatem à ſuperiore pe-
tere debere, ſi facile peti poſſit, non eſ-
ſe autem neceſſe eam obtinere, vt ſatis
probat idem Rip. loc. cit. num. 140. &
ſeq. Circa tertium verò, nimirũ quoad
qualitatem perſonarum metum inferẽ-
tis, & patientis, Iudex ita arbitrium re-
78 gulare debebit, † vt primò conſideret
cauſas timoris allegatas deinde perſo-
nas eius, qui timet, & à quo illæ timen-
tur,



tur, an ſcilicet illæ regulariter timendæ
ſint; maximè per hunc hominem ab illo
homine. Et quidem quoad cauſas ipſas,
puta bellum, vel peſtem, ſi ab ijs proceſ-
ſit timor, & iuſtus metus, tunc iudica-
bit illa præbere iuſtam cauſam abſen-
tię, cùm propter ea cõmuniter non red-
ditur ius in Ciuitate, & eo caſu ipſo iu-
re tutus erit, vel, ſi redditur, iam quis re
peritur abſens, & timet redire, compe-
tetq; ei tunc in integrum reſtitutio, vt
fusè, & optimè oſtendit Odd. d. artic. 9.
num. 96. & trib. ſeqq. ſi verò timor pro-
ceſſit à perſona timorem incutientis in
caſu comminationis regiæ, vel Tyran-
nicæ, vel iudicis; aut inimicitæ poten-
tiorum, tunc perpendet iudex, an ille,
qui comminatus eſt; ſoleat exequi mi-
nas ſuas. Quoad perſonam verò metuẽ-
tis, an ſit meticuloſus; an impotentior
eo, qui timorem incutit, vt latè com-
probat Odd. d. art. 9. num. 100. vſque ad
107. Denique de hoc iuſto metu, &
abſentia eius cauſa ſuſcepta illud ad-
79 notandum eſt, † eam procedere, dum-
modo metus perdurauerit, aliàs ſecus;
durare autem dicitur donec durat ip-
ſa cauſa timoris, vt poſt Bald. l. 2. num.
10. C. quod met. cauſ. & alios tradit idẽ
Odd. d. art. 9. num. 108.

Infertur 6. ex principali concluſio-
ne Clericum iniuſtè bannitum, relega-
80 tum, & carceratum † non debere amit-
tere quotidianas diſtributiones; & qui-
dem tum propter eandem rationem
quam ſupr. illat. 4. attulimus, quia per
eum non ſtat, quin diuinis officijs in-
terſit; nec debet quis ſine culpa ſua iu-
re ſuo priuari, iur. vulg. tum ex ijs, quæ
infr. quæſt. 15. dicemus de iniuſtè ex-
communicato, ſuſpenſo, & interdicto;
& ita in ſpetie de iniuſtè bannito, ſeu
relegato docent Nauar. conſi. 11. num.
7. de cler. non reſid. volum. 1. & ante
eum Felin. in capit. cum omnes num.
22. in fin. de conſtit. latiùs Calder. conſ.
17. poſt medium de præben. de carce-
rato verò iniuſtè Couar. d. capit. 13.
num. 8. verſic. vndecimò ex his colli-
gitur Franc. Monald. conſi. 27. num. 6.
idem Nauar. conſi. 10. de cleric. non
reſid. per totum & d. conſi. 11. nume.
81 3. cum ſeqq. vbi optimè probat † idem
eſſe dicendum, licèt is iuſtè fuiſſet ca-
ptus, carceratus, & tortus ex parte iu-
dicis, quia nimirum ad id habuerit ſuf-
ficientia indicia, nam ſi per ſententiam
fuerit abſolutus, reſtituitur ad omne,
quod amiſit, & ſic ad diſtributiones
quotidianas, quas lucratus fuiſſet, ſi
diuinis intereſſe potuiſſet, neque fuiſ-
ſet carceratus. Dixi autem, iniuſtè;
nam licèt aliquando bannito, relega-
to, & carcerato ex culpa ſua compe-
tat in integrum reſtitutio in rebus pro-
phanis, vt conſtat ex ijs, quæ poſt alios
adducit Odd. d. tract. de reſtit. in in-
tegr. quæſt. 7. artic. 3. 4. & 5. ferè per
totum, & art. 6. circa princip. tamen
82 † alia in hoc eſt ratio quoad quotidia-
nas diſtributiones, vt tradunt præcit.
Doct. percipuè verò Monal. d. conſil.
27. num. 6. & 8. idque maximè propter
tex. in d. capit. vnico §. qui verò, vbi
Romanus Pontifex vult tunc demum
corporalem neceſſitatem, qualis eſt
banni, relegationis, & carcerationis,
excuſare abſentem, ſeu non intereſ-
ſentem diuinis officijs ab amiſſione di-
ſtributionum, ſi ea neceſſitas fuerit iu-
ſta, & rationabilis, qualis eſſe non po-
teſt vbi adſit culpa. Infertur denique
83 idem dicendum † de quolibet iuſto,
& neceſſario impedimento; id enim
ſignificat illa iuſta, & rationabilis cor-
poralis neceſſitas, de qua in tex. d. §.
qui verò, vt adnotarunt, & ſatis pro-
bant Nauar. conſi. 11. num. 5. de cler.
non reſid. vol. 1. Rip. d. tit. de priui-
leg. contract. cauſ. peſtis num. 143. &
Archid. Gemin. & Philip. Prob. d. ca-
pit. vnico num. 20. & 25. Anchar. num.
2. dicens comprehendi omne impedi-
mentum, de quo in l. 2. & ſequen. ff. ſi
quis caut. Atque hęc de hac quæſtione
ſint ſatis.

## SVMMÆ RERVM.


1 *Infirmitante durante debet Clericus Eccleſiæ Collegiatæ percipere quotidianas diſtributiones; & num. ſeqq.*

2 *Intellectus cap. Clericus victum 91. diſt. & cap. 1. de cler. ægrot.*

3 *Infirmus intelligitur Eccleſiæ deſeruire.*

4 *Infirmo famulo ſalarium debetur.*

5 *Intellectus l. ſi vno §. item cum quidam ff. locat. & l. ſi pecuniam in princip. ff. de condict. caus. dat.*

6 *Famulo ægrotanti cibaria debentur.*

7 *Clericus infirmus percipit diſtributiones iure cõmuni ſcripto ſecluſa quauis cõſuetudine.*

8 *Medicinam ſumens, quiue ſanguine minuitur valetudinis cauſa percipere debet diſtributiones.*

9 *Domi ſe continens cum Medici conſilio percipit diſtributiones.*

10 *Diſcedens à ciuitate tuẽdæ valetudinis cauſa habet diſtributiones. Idem in eo, qui propter morbum contagioſum abeſſe iubetur. num. 11.*

12 *Infirmo debentur diſtributiones, licèt propria culpa infirmitatem contraxerit.*

13 *Culpa quando nam officiat priuilegio à iure alicui conceſſo, puta pauperi.*

14 *Debilis in cruribus, vel tibijs an percipiat diſtributiones.*

15 *Debilitas, & infirmitas quando nam æquiparentur.*

16 *Cæcus an, dum abeſt, percipiat diſtributiones.*

17 *Articulari morbo; ſeu artethica laborans an percipiat. dum abeſt, quotidianas diſtributiones. & quid in eo, qui à podagra torquetur. num. 18.*

19 *Infirmus etiam dum abeſt à ciuitate percipere debet diſtributiones quotidianas.*

20 *Statutum diſponens indiſtinctè, vt infirmus. ſi abſit à loco Eccleſiæ, non percipiat diſtributiones, admittendum non eſt.*

21 *Infirmus amittit diſtributiones, quando aliàs diuinis non intereſſet.*

22 *Infirmitas ad hoc, vt excuſet ab amiſſione diſtributionum, talis eſſe debet, vt impediat Clericum, ne in Chorum conueniat. Et an debeat eſſe manifeſta, & quomodo. num. 23.*

24 *Infirmus quis nam ita dicatur, vt non poſſit diuinis intereſſe, iudicis arbitrio relinquitur. & quomodo iudex regulabit arbitrium. num. 25.*


### *An abſentes propter infirmitatem percipere debeant Diſtributiones quotidianas. Quæſtio VI.*

CERTISSIMA in hoc eſt
1 iuris concluſio, † Clericum
Eccleſiæ Collegiatæ durante infirmitate percipere debere quotidianas diſtributiones, ac ſi
verè, & perſonaliter diuinis intereſſet.
tex. eſt in d. c. vnico §. qui verò de cler.
non reſid. in 6. in ijs verbis ſupra quoque relatis, exceptis illis, quos infirmitas, ſeu iuſta, & rationabilis corporalis
neceſſitas, aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſaret; dum enim Romanus Põtifex ab illis abſentibus, ſeu diuinis officijs non intereſſentibus, quos non vult
de quotidianis diſtributionibus participare, excipit infirmos, apertè decidit
infirmos ipſos ad earum participationẽ
eſſe admittendos. Optimus, etiam ad
id tex. in cap. clericus victum ad finem
91. diſt. quod eſt ſumptum ex Concil.
Carthag. 4. cap. 45. in hæc verba; clericus, qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate vigilijs deeſt, ſtipendio priuatus
2 excommunicetur, † vbi per vigilias intelliguntur diuina officia, vt conſtat ex
Gloſ. ibi & in c. 1. ead. diſt. per inæqualitatem verò corpuſculi intelligitur infirmitas corporis, quia tũc dicitur inæquale corpus exuberantia, vel defectu
humorum, vt adnotauit Gloſ. ead. diſt.
91. in princip. quam ſequitur Nauar. d.
tract. de orat. & hor. Canon. capit. 11.
num. 1. Dum autem ſtatuit Concilium,
vt clericus, qui ceſſante infirmitate non
intereſt diuinis officijs, ſtipendijs priuetur, ſatis oſtendit à contrario ſenſu,
immo & argumento ab exceptione ad
regulam eum non debere priuari ſtipẽdijs, cum eſt infirmus; huiuſmodi autẽ
ſtipendia ea neceſſariò ſunt, quæ dantur intereſſentibus diuinis officijs, nimirũ quotidianæ diſtributiones. Alius
tex. optimus in cap. 1. de cler. ægrot. vel
debilit. quod ſanè poteſt etiam intelligi
quoad



quoad quotidianas diſtributiones; dicitur enim ibi, fraternitatem tuam hortamur, quatenus latorem præſentium
ad percipiendum, quæ conſueta ſunt ab
Eccleſia tua ægritudo ſua nõ debeat impedire, quia ſi alij eius eſſent exemplo
deterriti, fortè non poſſet, qui militaret
Eccleſiæ, inueniri, ſed ſecundũ eius ordinem, quæcunque ei, ſi ſanus eſſet, poterant miniſtrari, de ipſa exiguitate,
quæ Eccleſiæ poteſt accedere, fraternitas tua præbeat ægrotanti: Idem quoque ſatis probatur in cap. ſignificatum,
de præben. vbi ille, qui tenetur celebrare quotidie aſſignata ſibi ad id præbenda, ſuo muneri ſatisfacit, ſi aſſiduè celebrauerit niſi infirmitate corporis fuerit impeditus. facit etiam quia non eſt
addenda afflictio afflicto c. indicas 3.
q. 9. cap. cum percuſſio 7. q. 1. & cap.
at ſi clerici de iudic. & regulare eſt, vt
quod quis inuitus patitur, non debeat
ei afferre præiudicium, vt tradit Gloſ.
ſingul. in cap. fin. diſt. 5. Verb. inuita per
illum tex. & in cap. presbyteros 50. diſt.
l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. l. cum à matribus C. qui pet. tutor. & l. præſes C. de
appellat. neque debet quis ſine culpa
ſuo priuari ſtipendio, vt notat Prob. d.
cap. vnico num. 17. per cap. ſatis peruerſum 50. diſt. Accedit, quod infirmus
3 † intelligitur, & fingitur Eccleſiæ deſeruire, vt poſt Gemin. conſ. 1. col. 3. Bonif. in clem. cupientes num. 46. de pœn.
& alios fusè tradit Prob. d. capit. vnico
num. 16. & cap. fin. de verb. ſignifi. vbi
etiam Io. Mon. optimus quoq; tex. in l.
arboribus §. de illo ff. de vſufr. l. 4. §. Stichus ſi hæredi ff. de ſtatulib. & l. 1. §.
diuus ff. de var. & extraord. cognit. ex
4 quibus iuribus apertè colligitur † famulo ægrotanti ſalarium deberi; quod
etiã adnotauit Gloſ. d. §. de illo Innoc.
Io. An. & Barbat. in cap. 3. de locat. nu.
25. vbi etiam Imol. num. 10. dicit hanc
eſſe cõmunem opinionem, quã ſequitur
ẽt Gemin. d. c. vnico §. qui verò, Specul.
in tit. de locat. §. poſtquam verſi. quid ſi
mercenarius, Hoſtienſ. in ſum. eod. tit.
§. quæ actiones verſi. quid autem Azo.
in ſum. C. eod. tit. Salic. in l. licèt C. locat. Angel. in ſua diſput. quæ incipit
exorta guerra, Bar. in l. ſi cum dotem §.
fin. autem ff. ſol. matr. quàmuis optimè
ſciam contrarium in hoc tenere eundẽ
Bart. in d. §. diuus Dyn. Oldr. Iac. de
Aren. & Alber. in l. opera ff. de vſufr.
Card. Abb. & Imol. d. c. 1. de cler. ægrot.
eundem Imol. d. cap. 3. de locat. poſt
Butr. & Anchar. ibi Aufrer. deciſ. Tholoſ. 269. num. 3. in addit. Bapt. de S. Seuerino in l. diem functo ff. de offic. Aſſeſ. quæſt. 48. & Silueſt. in Verb. familia
§. 2. Franc. d. §. qui verò Gloſ. in l. penul.
C. de condict. ob cauſ. quos etiam ſequitur Couar. d. lib. 3. var. reſol. cap. 13.
num. 8. ad id adducens tex. in l. ſi vno §.
item cum quidam ff. locat. vbi, inquit
5 Couar. † qui locauit operas ſuas non recipit mercedem eius temporis, quo morbo impeditus eas præſtare non potuit;
ſed certè nihil ibi de impedito propter
infirmitatem, ſed propter caſum fortuitum, & de eo qui vnicam operam locauerat circa rem, & res ipſa perierat; nã
ibi quidam receperat vecturam pro inuehenda naue, quæ caſu deinde amiſſa
eſt, reſponderq; I. C. eum, qui dedit,
eam vecturam, ſeu mercedem repetere
poſſe, cum ille vehendi munere functus
non ſit; quod quidem parum ad noſtrã
quæſtionem attinet. ſimiliter malè inducit ad id Couar. tex. in l. ſi pecuniam
in princip. ff. de condict. cauſ. dat. nam,
licèt ille tex. loquatur in caſu ægritudinis; tamen ibi repetitur quod datum eſt
ob cauſam non quidem per condictionem ob cauſam ex capite cauſæ non ſecutæ, ſed ex capite pœnitentiæ re omnino integra, cum ille eſſet contractus
innominatus, vt explicat ibi inter cæteros Bart. quare cum in caſu conductionis famuli adſit contractus nominatus,
locum non habebit hic tex. immo potiùs vrgebit pro priori opinione ſaltem
à contrario ſenſu; immo & in ſenſu directo, ſi rectè perpendatur; ait enim eo
loci Vlpianns, cũ per te non ſteterit, poteſt dici repetitionem ceſſare; ſed cum
liceat penitere ei, qui dedit, & c. ſimili-

ter etiam id non oberit principali concluſioni, quoniam in aſſignatione quotidianarum diſtributionum nullus intercedit contractus, nedũ innominatus, neq; omnino res eſt integra, cum iam vt plurimum, qui in ægritudinem incidit cœperit aliquando diuinis officijs intereſſe. Sed neque obſtare poteſt eidem concluſioni ſi contrariam ſentẽtiam de famulo ęgrotante tueamur, ꝙ nimirũ ei nõ debeatur ſalariũ durãte ęgritudine, non quidem propter eam rationem, quã indicat Couar. loco cit. quia nimirum diſtributiones quotidianæ non dentur tantùm ob laborem perſonalem, ſed & propter officium, & dignitatem; nam cõtrarium, quòd ob ſolum ſeruitiũ perſonale debeatur, & intereſſentiam veram, vel fictam diuinis, conſtat ex ijs, quæ ſupra adduximus 1. part. quæſtio. 1. fin. & quæſt. 4. circa medium; verùm ob eam maximè rationem hæc opinio principali concluſioni non officit, quia diſtributiones quotidianæ dantur tanquam alimenta, vel ſaltem in partem alimẽtorũ, vt patet ex ijs, quæ ſupra hac ead. 2. par. quæſtio. 4. concluſ. 2. attulimus, certum
6 autem omnino eſt † famulo ægrotanti cibaria deberi, quod apertè voluit Bar. d. l. ſi cum dotem §. ſin autẽ. ff. ſolut. matrimon. & fatetur Abb. d. cap. 1. de Cler. ægrot. Aufrer. & Silueſt. loc. cit. & Couar. d. num. 8.

Stet ergo firma Concluſio diſtributiones quotidianas deberi clericis etiã dum morbo impediente diuinis intereſſe non poſſunt; quam firmant Doctor. communiter d. cap. vnico. §. qui verò de cler. non reſid. in 6. Couar. d. nu. 8. Duę. reg. 206. limit. 7. Alphonſ. Hoied. de incompatib. benef. 1. par. c. 17. num. 15. Io. Selu. tractat. de benef. 4. par. q. 6. num. 9. Paul. Fuſc. tractat. de viſit. lib. 1. cap. 20. nume. 26. Didac. Spin. in Specul. teſtam. Glo. 9. princip. nu. 30. Abb. in cap. ad audientiam, num. 5. de Cler. non reſid. & alij paſſim. Quæ quidem ampliatur pri
7 mò, vt id † iure communi ſcripto procedat, licèt de hoc nulla extet conſuetudo, vt pote in Eccleſia Collegiata de nouo erecta contra Franc. d. §. qui verò, & nonnullos alios volentes omnino requiri conſuetudinem ad hoc, vt abſens cauſa infirmitatis, & quauis alia iuſta de cauſa percipiat diſtributiones; cui⁹ oppoſitum ſatis conſtat ex iuribus paulò ante adductis, & ijs, quæ in ſpetie fuſiùs tradidimus in quæſt. præced. concluſ. 5. circa princip. & hoc in terminis eius, qui abeſt cauſa infirmitatis optimè docet Couar. d. num. 8. in princ. poſt eum Fuſc. de viſit. lib. 1. c. 20. num. 26. & ante eum voluit Abb. in c. ad audientiam, nume. 5. de Cler. non reſiden. Secundò am
8 pliatur, † vt non modò, qui verè morbo detinetur, & affectus eſt, ſed et qui tuendæ valetudinis cauſa cum Phyſici conſilio medicinam ſumit, vel ſanguine minuitur, vt in ſpetie tradit Anchar. d. cap. vnico. Io. An. Gemin. Franc. Archid. Prob. poſt alios, nu. 20. & Iacob. Graſ. d. par. 2. deciſ. aur. lib. 3. cap. 15. nume. 10. idemq; dicendum eſſet ob eandẽ ratio-
9 nem † de illo, qui cum eodem conſilio domi ſe cõtinet, cum foras egredi, & in Eccleſiam cõuenire, ac diuinis intereſſe ſine ſalutis diſpendio non poſſit, per ea, quæ poſt Gemin. conſ. 152. tradit Prob.
10 d. cap. vnico, nu. 14. Tertiò amplia † vt habeat locum etiam ſi oporteat huiuſmodi Clericũ aliò ſe conferre acquirendæ ſanitatis cauſa, puta ad balnea, vel ad celeberrimũ aliquem Medicum, vel etiã, vt cœli ſibi officientis inclementiã effugiat, & ad ſalubrius ſe transferat; tũ quia hic omnino dicitur cauſa infirmitatis abeſſe; tũ per ea, quæ in hac ſpetie quoad reſtitutionẽ in integrum in reb⁹ prophanis tradit Odd. tract. de reſtit. in integ. q. 7. art. 11. nu. 110. & ſeq. Quartò
11 ampliatur † in eo, qui tamquam morboſus, ſeu infectus morbo aliquo contagioſo, puta lepra, peſte, & huiuſmodi à Ciuitate abeſſe iubet, is. n. interim nullũ damnũ ſentire debet, cũ inuitus ſine culpa abſit iuxta ea, quę in iiſdem terminis reſtitutionis in integrũ docet Odd. d. quæſt. 7. art. 12. nume. 112. Ampliatur quintò, vt in omnibus præcedentibus caſibus diſtributiones quotidianæ non modò debeantur ſimpliciter ægrotantibus, ſed etijs, qui ex propria culpa in morbum inciderunt, quicquid in hoc voluerit Philip. Prob. d. cap. vnico nu. 17. nam verius eſt, quod nos dicimus cum Couar. d. cap. 13. num. 8. verſic. ſeptimò quotidianæ diſtributiones, nam licèt hi propria culpa ſint impediti; hoc tamen impedimentum nec à iure, nec ab homine, ſed ab ipſo Deo illatum fuit, neque in id ægrotantium culpa præceſſit, vt morbo impediti non poſſent perſonaliter intereſſe, & miniſtrare, vt ait ibi Couar. ſeu; vt alij loquuntur, culpa non fuit præordinata ad ca-
13 ſum, quo caſu † culpam nõ obeſſe, quin poſſit quis vti priuilegio à iure cõceſſo, conſtat à contrario ſenſu ex ijs, quæ de paupertate reſpondit Iurecõſultus in l. pen. ff. de iure dot. & poſt Caſtr. in l. etiã §. vlt. & in l. rei iudic. §. fin. ff. ſol. matr. Iaſ. in l. ſicut autem col. 2. ff. de re iud. & alios tradit idem Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 16. num. 9. verſ. ſecundò illud adnotandum, & in ſenſu directo quoad reſtitutionem in integrum idem de paupere latè oſtendit Odd. d. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 11. artic. 10. & quàmuis idem Couar. d. num. 9. verſ. tertiò eſt in eadem quæſtione non omittendum poſt Gloſ. Abb. & Fel. in capit. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. & alios velit priuilegia à iure conceſſa ijs, qui inopia opprimuntur, non eſſe ſeruanda, ſi pauperes in inopiam ob ſcelera deuenerunt, quoties alteri fit præiudicium; tamen vel id eſt intelligendũ vbi de magno præiudicio agitur, nõ autem modico, quod quidem non attenditur iuxta vulgatas iuris regulas, & verſatur in noſtra facti ſpecie, cum agatur de detrahẽda infirmo diſtributionum portione, quę reſpectu cæterarum portionum, quas ipſe ſanus, & alij ſinguli percipiunt, modica eſt, & valde exigua; aliàs idem Couar. ſibi ipſi aduerſaretur in d. num. 8. verſiculo ſeptimò quotidianæ diſtributiones, vbi etiam ſe refert ad id, quod dixerat d. nu. 9. Vel certè hoc adhuc non obeſt huic noſtræ ampliationi, ſicut neque ei, quod paulò ante non ſemel admonuimus, iuſtè, ſed ex culpa pulſum à Ciuitate, bannitũ, relegatum, & carceratum non percipere quotidianas diſtributiones, ſicut & infra dicemus de iuſtè excõmunicato, ſuſpenſo, & interdicto, nã hæc omnia impedimenta referuntur ad corporalẽ neceſſitatẽ, quæ debet eſſe iuſta, & rationabilis, vt expreſſim habet tex. in d. c. vnico §. qui verò; quod quidẽ eſſe non poteſt, cùm culpa præceſſit; at verò cùm idẽ tex. ait, infirmitatem excuſare, non requirit, quod ea iuſta, ſeu ſine culpa
14 ſit. Ampliatur 6. idem dicendũ † de debili in cruribus, ſeu tibijs, ita vt nõ poſſit in Eccleſiã conuenire; percipiet. n. diſtributiones: nã licèt ab infirmitate differat debilitas, tamen, cùm ea prouenit à corporis diſpoſitione, neq; qui ea affectus eſt, poteſt muneri, de quo agitur,
15 incumbere, † tunc omnino æquiparãdi ſunt in priuilegijs, vt latè, & optimè cõprobat Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 60. nu. 14. & ſeqq. Ampliatur 7. in
16 eo, qui † vtroq; lumine orbatus eſt per tex. optimũ in l. 1. C. qui morb. ſe excuſ. lib. 10. vbi qui vtriuſq; oculi aciem amiſit, leuamen ſentit munerum perſonalium, eorum nimirum, quę corpore implenda ſunt, vbi ibid. Gloſ. 1. explicat. qua etiã ratione idem probabiliter dici
17 poteſt † de eo, ꝗ articulari morbo, hoc eſt arthetica, ita torquetur, vt debilitatus maneat, per tex. in l. 2. C. eod. vbi iſte à muneribus perſonalibus vacationem
18 habet; idéq; de illo, † qui podagra, vel pedum valetudine ita eſt afflictus, vt rebus proprijs ſupereſſe, ſeu, vt cum Imperatorib. loquar. in l. 3. C. eo. interceſſum, vel, vt alij legunt, interceſſionem commodare non poſſit, quo loco Diocletianus, & Maxim. AA. huiuſmodi virum mãdãt ad pſonalia munera ne vocẽtur. Ampliatur 8. & poſtremò, vt procedat
19 † etiã ſi Canonicus infirmus abſit à Ciuitate, quo caſu Couar. requirit, vt id conſuetudine inductum, & obtentum ſit per tex. in capit. cum non deceat de elect. in 6. adiuncta interpretatione in

in d.c.vnico.§.1.ſeu potius.§. qui verò ſecundùm Glo. Io. And. & Gemin. ibi, cuius,inquit,reſolutionẽ ſequitur Frãc. Rip.d.tract.de peſt.tit.de priuileg.contr.cauſ. peſt. num. 145.ſed certè tex. d. cap.cum non deceat nihil habet de abſentibus propter infirmitatem, ſed potiùs propter Eccleſiæ vtilitatem, vt infra quæſt. 11. ſuo loco dicemus, d. verò cap. vnico procedit etiam nulla ſtante conſuetudine ſaltem quoad infirmos,vt ipſe Couar.probat.d.num.8. in princip. ſed neque diſtinguit ibi tex. in diſpoſitione de abſentibus à Ciuitate, vel non; ſed ſolùm in præfatione illius conſtitutionis refert prauam conſuetudinẽ quorundam locorum, vt qui præſentes eſſent in Ciuitate, & loco Eccleſiarum, eo ſolo perciperent quotidianas diſtributiones, quam conſuetudinem penitus improbat ibi ſummus Pontifex; quare lege non diſtinguente, nec nos diſtinguere debemus, iur. vulg. neque id ex Gloſ. ibi colligere vllo modo poſſum. Io. verò Andr. in ſpetie quidem loquitur de abſentia à diuinis, non à Ciuitate, tamen inquit ſolùm opinionem Archid. poſſe congruere litteræ. Gemin. autem nihil habet de infirmitate, ſed loquitur dumtaxat de abſentia propter Eccleſiæ vtilitatem; maior autem eſt ratio in abſentia propter infirmitatẽ, quã propter Eccleſiæ vtilitatem, cum illa abſentia neceſſaria omnino ſit, hæc voluntaria; quàmuis & in hac puto non eſſe neceſſariam conſuetudinem, vt infra quæſt. 11. ſuo loco dicemus. Rip. denique, d.num. 145. loquitur & ipſe de abſentia cauſa peſtis, quę non omnino neceſſaria eſt, vt ſupra etiam admonuimus; præterquam quod videtur eſſe in opinione Archid. Franc. & aliorum in d.cap. vnico, qui voluerunt abſolutè cõſuetudinem neceſſariam eſſe ad hoc, vt abſens ex tribus illis cauſis in d. cap. vnico expreſſis pcipere poſſit quotidianas diſtributiones, cui' nos abſolutè cõtrarium quæſt. præced. concluſ.4. circa princ. docuimus, & in cauſa infirmitatis contendit etiam ipſe Couar. vt ſupra

20 vidimus. Ex quo fit, vt † non ſit admittendum ſtatutum, quod alicubi eſt abſolutè, & indiſtinctè diſponens, infirmos, ſi abſint extra ciuitatem, percipere non debere quotidianas diſtributiones; licèt enim id admitti poſſit, vbi iſte infirmus abſens à Ciuitate, licèt infirm' non eſſet, non intereſſet diuinis, vel aliàs non ſoleret intereſſe ex eo, quia tũc infirmitas non eſſet cauſa abſentiæ per ea, quæ ſtatim dicam in 1. limit. tamen ſuſtineri non poteſt vbi iſte abſens aliàs diuinis intereſſet tũ per prædicta; tum quia textus d. cap. vnico mãdans tribui diſtributiones abſentibus cauſa infirmitatis indiſtinctè loquitur; lex autem indiſtinctè loquens indiſtinctè intelligenda eſt cap. Romanorum ſeu 1. 19. diſt. cum ſimil.

Limitatur autem primò hæc ipſa con
21 cluſio † vt non procedat, quando infirmitas non eſſet vera cauſa abſentiæ, ſeu non intereſſentiæ, vt pote, quia is, qui modo ægrotat, non conſueuerit viſus integra valetudine diuinis officijs intereſſe, tunc enim durante ægritudine diſtributiones quotidianas nequaquam percipiet. ita in ſpetie poſt Io. And. Card. & Abb. in cap. ad audientiam de cler. non reſid. eundem Io. And. Gemin. & Franc. d.cap. vnico. Gloſ. in pragmat. ſanct. tit. quo temp. quiſque debeat eſſe in Choro, verſic. percipiunt, Corſet. in ſuis ſingul. Verb. infirmus, Fely. de communi atteſtantem in cap. Apoſtolicæ num. 12. de except. & alios tradunt Prob. d. cap. vnico, num. 18. Franc. Monal. d.conſ. 27. num. 6. Tiber. Decian. conſil. 69. num. 8. vol. 2. & Couar. d. cap. 13. num. 8. verſic. ſextò hoc ipſum erit intelligẽdum; optimus ad id tex. in l. 2. §. ſi quis iudicio, & ſeq. ff. ſi quis caut. l. 3. §. ſi quis ſic agere perit, & l. 4. §. Stichus ſi hæredi. ff. de ſtatu lib. & probari poteſt ex iiſ; quæ generatim de iuſto impedimẽto tradidimus quæſt. præcedẽn. concl. 2. Limitatur 2.
22 † modò infirmitas talis ſit, quæ verè impediat, vt non poſſit Clericus in Eccleſiam conuenire, tum per ea, quæ in hac ſpetie de obligatione recitandi horas

ras



ras canonicas latè tradit Nauar. d. tract. de orat. & hor. Can. c. 11 num. 2. & trib. ſeqq. tum quia infirmitas ideo Clericũ excuſat ab amiſſione quotidianarũ diſtributionum, quia diuinis nõ poteſt intereſſe; quare, ſi poteſt ob leuitatẽ infirmitatis intereſſe, ceſſat cauſa huius priuilegij, & ſic ceſſare debet effectus, hoc eſt priuilegium ipſum, cap. cum ceſſante de appellat. cum ſuis concord. idem et voluerunt Io. Andr. d. c. vnico nu. 3. Archid. num. 2. Gemin. d. §. qui vero nu. 5. dum infirmitatem grauem requirunt per tex. in cap. ſi quis Epiſcoporum, 18. diſt. & not. in cap. placuit, & c. ſi Epiſcopus 100. diſt. Limitant 3. Gemin. ibid. & Io. An. num. 3. & Archid. nu. 2. modò
23 † infirmitas hæc ſit manifeſta, & allegant cap. præſentium 7. quæſt. 1. in quo canone ſumpto ex Greg. 1. lib. 3. Epiſt. 13. mandat Pontifex Maximiano Epiſcopo Syracuſano, vt reſtituat in locum ſuum Adeo datum Clericum, quem ſuus Epiſcopus propter duorum menſium ægritudinem beneficio priuauerat, ſi repererit eum manifeſtæ ægritudinis cauſa Eccleſiæ ſuæ defuiſſe. Sed certè canon ille, parum facit pro hac limitatione Gemin. & aliorum cum loquatur in caſu planè diuerſo, nimirum de reſtitutione, ſeu recuperatione non diſtributionum, aut fructuum, ſed beneficij. Verùm neque limitationem ipſam veram puto, ſi per infirmitatem manifeſtam intelligant notoriam, tum quòd hæc opinio nullo iure fulcitur, tũ quòd tex. ipſe d. §. qui verò abſolutè dicit infirmitatem excuſare ab amiſſione diſtributionum; quare ſi quis eas prætextu infirmitatis perceperit in foro quidem conſcientia poterit retinere ſi is ſciat, & aſſerat verè ſe fuiſſe ita infirmum, vt Eccleſiam adire non potuerit iuxta ſupra dicta; in foro autem cõtentioſo, ſi legitimè huiuſmodi infirmitatem probarit, per quam verè ſine diſpẽdio ſuæ ſalutis in Eccleſiam conuenire, & diuinis officijs intereſſe non pote-
24 rat. Quis autem † dicatur ita infirmus, vt non poſſit diuinis adeſſe, atque adeo

quotidianis diſtributionibus priuãdus non ſit, iudicis arbitrio relinquitur ſecundùm Abb. in cap. quoniam frequenter num. 19. & ibi Marian. Soc. col. 4. verſic. tertiò declaratur, vt lit. non conteſt. & poſt Bal. in Auth. ſed & ſi quis ab aliquo nu. 13. C. de teſt. Marſil. in l. quæſtionis modum nu. 29. ff. de quæſt. Soc. ſen. conſ. 244. col. 4. lib. 2. & alios tradit Hoied. d. tract. de incompatib. benef. 1. par. cap. 17. num. 16. & conſtat ex traditis per D. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 60. num. 5. & ſeqq. vbi pluribus relatis opinionibus tandem cõcludit iudicis arbitrio relinquendum eſſe, quando quis dicatur infirmus, vel va-
25 letudinarius, licèt † plura quoque afferat, quibus iudex ſe informare, & arbitrium ſuum dirigere, ac regulare poſſit.

## SVMMÆ RERVM.

*1 Senes, vt ſenes ſunt, non poſſunt in abſentia percipere quotidianas diſtributiones. & num. ſeqq.*
*2 Senectus ipſa morbus dicitur.*
*3 Senes inter infirmos verè non connumerantur.*
*4 Infirmitas quid ſit.*
*5 Senes pro infirmis quando haberi poſſint.*
*6 Senex percipere poteſt diſtributiones quando ita ſenio confectus eſt, vt non poſſit diuinis intereſſe.*
*7 Senectus, per quam quis rebus ſuis ſupereſſe non poteſt, quænam ſit, iudicis arbitrio relinquitur. præterquàm in caſibus à iure expreſſis. num. 8.*
*9 Aetas requiſita ad excuſationem à tutela, & cura quænam ſit.*
*10 Aetas excuſans à muneribus perſonalibus. & num. ſeqq.*
*11 Intellectus l. 3. C. qui æt. vel profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. & l. 2. §. vlt. in fin. ff. de decurion.*
*12 Intellectus l. 2. §. vlt. in princip. ff. de decur. & l. 3. C. eod.*
*13 Aetas excuſans ab intereſſentia diuinorum, vel Eccleſiæ obſequio.*
*14 Munera perſonalia quæ ſint.*
*15 Senio confectus, qui aliàs intereſſe conſueuit, percipere debet quotidianas diſtributiones.*

*16 Aet-*

16 *Octogenarius excuſatur ab intereſſentia, & tamen diſtributiones percipere debet. Immo & aliquando infra eam ætatem conſtitutus. num.17. in quo phyſici iudicio ſtandum erit. num.18.*
19 *Periti in quaque arte iudicio ſtandum eſt.*
20 *Conſuetudine, vel ſtatuto an induci poſsit, vt, qui per multos annos Eccleſiæ ſeruierunt, in abſentia percipiant diſtributiones quotidianas.*
21 *Milites veterani à muneribus perſonalibus excuſantur.*

## *An, & quando ſenes, ſeu abſentes propter ſenectutem percipere poſſint quotidianas diſtributiones.*

## *Queſtio VII.*

CERTISSIMA in hoc ſta
1 tuenda eſt Cõcluſio † ſenes,
vt ſenes ſunt, non poſſe in
abſentia percipere quotidia
nas diſtributiones; quod apertè volue-
runt Alphonſ. Hoied. d. tract. de incom-
patib. benef. 1. par. cap. 17. num. 17. &
Petr. à Cened. in Collect. ad ius Canon.
3. par. collect. 15. num. 8. & conſtat ex
regula tex. d. cap. vnico §. ſtatuimus iũ-
cto §. ſeq. de cler. non reſid. in 6. vbi ge-
neraliter ſtatuit Summus Pontifex Cle
ricum Eccleſiæ Collegiatæ, qui non ad-
fuerit diuinis officijs, non poſſe recipe-
re, neque retinere aliquid de quotidia-
nis diſtributionibus, à qua regula eos
dumtaxat excipit, quos infirmitas, vel
corporalis neceſſitas iuſta, & rationa-
bilis, vel euidens Eccleſiæ vtilitas ex-
cuſaret; Senes autem, neque compre-
henduntur in hoc poſtremo capite vti-
litatis Eccleſiæ, vt de ſe patet; neque
enim vt ſic circa rem Eccleſiæ vtilem di
ſtinentur, & occupati ſunt; neque in po
ſteriori, nam etiam ex ſe per vires eis in
Eccleſiam, vt ſupponimus, conuenire li
cet, & diuinis officijs intereſſe, neque
vi, bello, iuſto timore, aut alia ex cauſis
relatis in ſuperiori quæſtione detinen-
tur. Denique contineri non poſſunt in
primo capite, nimirum infirmitatis;
quamuis enim ſenes videantur inter in-
2 firmos connumerandi; ideoq; † ſene-
ctutem ipſam perſe morbũ eſſe ſcripſe-
rit Comicus, & apud M. Tulliũ in Ora-
tore de Q. Mutio loquentem legamus,
& ille ſenectutis morbus non quidem
incidens eſt, & tranſiens, & Abb. in c.
magnæ col. 1. de vot. docuerit ſtatutum
loquens de infirmis in ſenibus locũ ha-
bere, idq; etiam probari videatur in c.
1. §. ſin autem Epiſcopus de Cler. ægrot.
vel debil. in 6. vbi diſpoſitum in Epiſco-
pu ęgrotante, vt poſſit coadiutorem im
petrare, ſtatutum quoque eſt in Epiſco-
po, qui ſenio confectus ſit. Verior ta-
3 men, & recepta ſententia eſt † inter in-
firmos, & valetudinarios non eſſe con-
numerandos ſenes, quam probat Fel. &
Soc. d. c. quoniam frequenter, vt lite nõ
conteſt. per illum textum, qui ponit co-
pulã, &, inter ſenes, & valetudinarios,
quæ quidẽ copula ponitur inter diuer-
ſa, vt probatur in cap. querelam de Si-
mon. & latè inter alios idem Fel. in cap.
ex parte il 1. num. 21. de reſcript. Me-
noch. d. caſ. 60. num. 8. & Hoied. d. c. 17.
num. eod. eandem ſententiam probat
Gomeſ. in reg. Cãcell. de infirm. reſign.
quæſt. 7. dum pluribus affirmat regulã
illam non habere locum in ſenibus re-
ſignantibus, qui verè infirmi non dicũ-
tur, quod etiã placuit Rebuf. in Praxi
benefic. ad eandem reg. Cancell. Gloſ.
2. num. 13. idem quoque ſentit Alciat.
dum in tract. de præſumpt. reg. 1. præ-
ſump. vlt. ſcriptum reliquit definitio-
nem infirmitatis nõ conuenire ſenibus;
4 eſt enim infirmitas, ſeu morbus † habi-
tus cuiusq; corporis contra naturam,
vt definit Vlpianus I.C. in l. 1. §. ſed ſciẽ
dum ff. de ædil. edict. quod ſanè ſene-
ctuti nequaquam congruit, cum illa nõ
cõtra naturã, ſed ex natura ſit: probatur
etiã eadẽ opinio in l. cui dens ff. eod. in
illis verbis finalibus, alioquin nullus ſe-
nex ſanus eſſet, & in d. §. ſin autem Epi-
ſcopus in contrarium allegato, dũ inter
ſenem, & infirmum ponit disiunctiuã.
5 Poſſunt tamen † hæ opiniones inter ſe
diſſidentes, & contrariæ conciliari fœ-
dere diſtinctionis, quam poſt alios affe-
runt



runt Hoied. d. num. 17. & Monoch. d.
caſ. 60. num. 10. vt prior locum habeat
quando ſenex ita ſenio confectus eſt, vt
illi negotio, de quo agitur, ſupereſſe
non poſſit; poſterior verò, vbi commo-
de ſupereſſe poteſt; ſic ſanè in caſu no-
ſtro tunc Clericus ſenex pro infirmo
habebitur, ita, vt propter ſenectutem
poſſit percipere diſtributiones in abſen
6 tia, † quando ita ſenio affectus, & gra-
uatus eſt, vt in Eccleſiam conuenire, &
diuinis intereſſe non poſſit; ſic intelli-
gendus eſt tex. d. cap. quoniã frequen-
ter in princip. vt lit. nõ conteſt. vbi tunc
demum ſenes, ſicut valetudinarij exa-
minandi ſunt ante litem conteſtatam
contra communes iuris regulas, cum
de eorum morte rationablli de cauſa ti
metur. ſic etiam in d. §. ſin autẽ Epiſco-
pus tunc poteſt Epiſcopus ſenex ad ex-
emplum ægrotantis coadiutorem im-
petrare, cùm ſenio grauatus eſt, vt ibi
loquitur ſummus Pontifex. ſic loqui-
tur quoq; tex. qui maximè ad rem no-
ſtram facit in l. 2. § quem ita ſenio ff. de
vac. muner. vbi habetur ſenio confe-
ctũ excuſari à munere perſonali; certũ
eſt autem intereſſentiam diuinorũ, ac
reſidentiam eſſe munus quoddam per-
ſonale; ſic denique intelligendi ſunt
Comicus, M. Tullius, & quotquot ſene-
ctutem ipſam morbum appellarunt, vt
id accipiant, cũ ſenectus vel morti pro-
xima eſt, vel ita quemq; afficiat, vt re-
bus ſupereſſe non poſſit; quamquam
etiam reſpondere poſſumus cũ Nauar.
conſi. 3. ſub tit. de cler. ægrot. num. 1. ſe-
nectutem morbum dici non propriè,
ſed methaphoricè; atq; adeo non eſſe
extendendam conſtitutionẽ diſponen-
tem de infirmis ad ſenes ſaltẽ in odio-
ſis, in quibus verſatur caſus noſter, cũ
regula iuris in contrarium ſit, & aga-
tur de diminutione diuini cultus. Quo
7 autem pacto † cognoſcatur huiuſmodi
ſenectus, per quam non poteſt quis re-
bus ſupereſſe, iudicis arbitrio relinqui
tur, vt poſt Barb. in cap. ſedes num. 73.
de reſcript. eundem conſi. 21. colum.
pen. lib. 2. & conſi. 22. colum. 3. lib. 3.
Io. An. d. capit. quoniam frequenter,
& ibi Marian. Soc. col. 3. verſi. ſecun-
dò declaratur, Fel. col. 6. verſi. ad tertiã
quæſtionẽ, vt lit. nõ conteſt. Bal. in Mar
garita ad Innocentiũ Verb. ſenex. Flor.
l. in lege Aquilia ſi deletum ff. ad leg.
Aquil. tradũt Menoch. d. cent. 1. caſ. 59.
nu. 3. & Hoied. d. c. 17. nu. 18. Id tamen
8 ita eſt accipiendũ, vt † iudicis arbitrio
relinquatur in caſibus dũtaxat in qui-
bus nulla clara extat iuris conſtitutio,
vt ibidem optimè Hoied. & Menoch.
adnotarunt exemplum afferẽtes in ex-
9 cuſatione à tutela, & cura, quæ † re-
quirit in ſene annum ſeptuageſimum
l. 3. ff. de iur. immunit. & §. item ma-
ior Inſtit. de excuſ. tut. & in excuſatio-
ne à muneribus perſonalibus, ad quam
10 † ſecundũ eos ſufficit annus quintus
ſupra quinquageſimum per text. in l.
3. ſeu fin. C. qui ætat. vel profeſſ. ſe ex-
cuſ. lib. 10. Sed certè quamuis commu-
nis lectio illius text. ſic habeat; mani-
feſti iuris eſt, maiores 55. annis inui-
tos ad munera perſonalia vocari non
poſſe; tamen Contius legit, maiores
70. annis, quæ quidem lectura magis
congruit verbis hiſce ſequẽtibus eiuſ-
dem textus; cum itaque ſeptuagenario
maiorem te eſſe profitearis, ſi à nomi-
natione facta appellationis auxiliũ in-
terpoſuiſti, tueri te notione præſidis
prouinciæ potes iure conceſſo; & con-
cordat cum tex. in l. 2. §. vlt. in fine ff. de
decurion. ibi, ſi maiores annis ſeptua-
ginta ſint, munera quidẽ ciuilia ſubire
nõ coguntur; perſonale aũt munus ſub
ciuilibus eſt tãquã ſpecies ſub genere,
vt conſtat ex l. 1. §. 1. & l. munerũ ciui-
lium in princ. ff. de muner. & hon. nul-
lumq; aliud manifeſtũ, ſeu conceſſum,
ius, ad quod referre ſe potuerit Impe-
rator d. l. fi. datur, in quo generatim in
quolibet munere ciuili, ſeu perſonali
excuſet ætas 55. annorum, præterquam
d. §. vlt. in fine; vbi tamen requiruntur
70. anni quod enim habetur d. §. vlt.
in princ. ff de decurion. & colligitur ex
11 l. 3. C. eod. ſpetiatim † loquitur in mu-
nere decurionatus; præterea tutela, &

cura inter munera perſonalia, & ciui-
lia connumeratur à Iureconſulto in d.
l.1.§ æquè perſonale,& d. l. munerum
ciuilium ff. de muner. & honor. & ta-
men ab ea non excuſantur ex ætate,
niſi qui maiores ſint 70. annis, d.l.3. ff.
de iur. immunit.& §.item maior Inſtit.
de excuſ. tut. reſtituendus igitur eſt il-
le tex. in d. l. 3. ſeu fin. C. qui ætat. vel
prof. ſe excuſ. iuxta lectionem Contij,
& textum d.l.2.§. vlt. in fine, ad quem
ſe retuliſſe Imperatorem dicēdum eſt,
dum ait manifeſti id iuris eſſe; vt nimi-
rum legatur non maiores 55. annis, ſed
maiores 70. annis inuitos ad munera
perſonalia vocari non poſſe. Stet er-
go, à muneribus perſonalibus ob æta-
tem aliquem non excuſari, niſi maior
ſit 70. annis per d.l.2. §. vlt. in fin. ff. de
decur. & d. l. 3. ſeu fin. C. qui ætat. vel
profeſſ. ſe excuſ. lib. 10. Ex quo text.
13 † poſſet fortaſſe aliquis, & quidem nō
improbabiliter, vbi ſtatuendus eſſet an
norum terminus, vltra quem excuſa-
retur clericus ab obligatione intereſ-
ſendi Choro, ac diuinis officijs tanquā
à perſonali munere ob ſenectutē, quæ
infirmitati æquipararetur, eum conſti-
tuere in ſeptuageſimo anno. Sed quia
nemo percipere poteſt quotidianas di-
ſtributiones in abſentia, niſi excuſetur
aliqua ex illis tribus cauſis expreſſis in
d.c. vnico §. qui verò, de cler. non reſid.
in 6. nimirum iuſta, & rationabili cor-
poris neceſſitate, infirmitate, vel eui-
denti Eccleſiæ vtilitate, quarum nulla
cadit regulariter in ſeptuagenarium,
qui vt plurimum conuenire poſſet in
Eccleſiam, & diuinis intereſſe; ideo nō
abſolutè admitterem, vt is, qui ſeptua-
geſimum ætatis ſuæ annum excedit, nō
teneatur omnino diuinis officijs adeſ-
ſe, ſed vel tunc, cùm propter comple-
xionis imbecillitatem in ea ætate ita
ſenio confectus eſt, vt ſine ſalutis incō-
modo Eccleſiam adire non poſſit; vel,
vt non teneatur ea munera in Eccleſijs
obire, quæ à Canonicis corporale ob-
ſequium, ſeu corporis laborem requi-
runt, puta canendi Miſſam conuentua-
lem, Euangelium, aut Epiſtolam, vel
thurificandi, & cætera huiuſmodi fa-
14 ciendi; nam & perſonalia munera † ea
ſunt, quæ cum corporis labore, & ſo-
licitudine animi, ac vigilantia princi-
paliter exiſtunt, vt ait Hermogenia-
nus I.C. d. l.1.§. illud tenendum, ff. de
muner. & honor. ſeu quę animi proui-
ſione, & corporali intentione ſine ali-
quo gerentis detrimento pertractan-
tur, vt definit Arcadius Chareſius Iu-
reconſultus d. l. munerum ciuilium in
princ. ff. eod. Illud verò indubitatum
15 † exiſtimo, ſenio ita confectum, vt re-
ſidere, & intereſſe diuinis non poſſit,
modò aliàs intereſſe conſueuerit, per-
cipere debere quotidianas diſtributio-
nes: ita cenſuit Congregatio præfecta
interpretationi Trident. Concilij ad
ſeſſ.24.cap 12. de reformat. in vna Ra-
16 uennatenſi. qua ratione puto, † eum;
qui octuageſimum annū expleuit om-
nino etiam ab intereſſentia ipſa diui-
norum officiorum excuſari, & tamen
percipere debere quotidianas diſtribu-
tiones; hic enim præſumptione iuris, &
de iure iudicatur non poſſe in Eccleſiā
conuenire, diuiniſq; intereſſe; nam, vt
inquit Regius Propheta Pſal.89. Dies
annorum noſtrorum in ipſis ſeptuagin
ta anni, ſi autem in potentatibus, (hoc
eſt, robuſtioribus, vt explicāt Titelma-
nus, Genebrard. & alij, cōſtatq; ex Cal-
dæa uerſione) octoginta anni, & am-
plius eorū labor, & dolor, hoc eſt, quic-
quid vitæ vltra hos annos relinquitur,
laborioſum eſt, & doloris plenum, vt
conſtat ex eadem Paraphraſi Caldæa,
verſioneq; D. Hieronymi, ac ſeptuagin
ta iuterpretū, & inter alios Genebrar.
ac Titelman. expoſuerunt; tunc enim
ob continens defluuium, caloriſq; na-
tiui, & ſpirituum imbecillitatem, effœ-
ta, ægra, languidaq; eſt ſenectus, vt il-
lius vita ſit quaſi non vita, ſed mors,
mortiſq; expectatio certa, nō vitę pro-
ductio, vt optimè ibid. ait Genebrard.
cum autem ſenectus morti proxima eſt
tunc omninò ægritudini æquiparatur,
quod cōſtat ex d. c. quoniam frequen-
ter



ter in princip. vt lit. non conteſt. & ſu-
pra latiùs adnotauimus. Non negarē
tamen (id quod ſupra etiam attigi) ci-
17 tra octogeſimum quoq; annum † poſ-
ſe aliquem ita ſenio cōfectum eſſe pro-
pter naturæ ſuæ imbecillitatem, ſicut
robuſtiorem poſt octogeſimum, quod
ſatis conſtat ex loco Pſal. cit. ſi in potē-
tatibus, octoginta; & ſicut eum in Ec-
cleſiam conuenire non poſſe, atq; adeo
tanquam infirmum reputari, ita vt in
abſentia percipiat quotidianas diſtri-
18 butiones: in quo ſanè † Phyſici iudi-
cio ſtandum eſt tum ex eo, quod de in-
firmis quoad obligationem recitandi
horas Canonicas tradit in hac ſpetie
Nauar. d. tract. de orat. & hor. canon.
cap. 11. num. 2. & ſeqq. & in noſtris ter-
minis Prob. d. cap. vnico num. 14. tum
19 quia † in quaque re, cuius cognitionē
iudex non habet, periti in arte iudicio
ſtādum eſt l. hac edictali §. his illud C.
de ſec. nupt. cap. fraternitatis, & ibi
Doc. de frigid. & malefic. Bart. & cæ-
teri in l. Theopompus ff. de dot. præ-
leg. Abb. & Canoniſtæ in c. propoſui-
ſti, de probat. vel etiam aſſertioni, &
iuramento ſic infirmi attenta perſonæ
qualitate, vt in ſpetie monet Prob. d.
num. 14.

Denique quòd velle videtur Petr. à
Cened. d. 3. part Collect. 15. nume. 8.
20 † conſuetudine, & ſpetiali ſtatuto ali-
cuius Eccleſiæ maximè ſynodali indu-
ci, ac decerni poſſe, vt clerici in ſacris
ordinibus conſtituti, qui diutiùs, ac to-
to ferè vitæ ſuo ſpatio Eccleſiæ inſer-
uierunt in abſentia quotidianas diſtri-
butiones percipiant, dum tamen Ec-
cleſia miniſtrorum defectum non pa-
tiatur; id inquam quoad conſuetudi-
nem indubitatum puto iuxta tex. & ibi
not. in cap. fin. de conſuet. cum nec om-
nino à iure abhorreat, ſed rationabilis
ſit huiuſmodi conſuetudo, vt conſtat
ex ſupra deductis, & ijs, quæ mox ad-
ducemus; Quoad ſtatutum verò Ec-
cleſiæ, ſeu conſtitutionem ſynodalem
id etiam valde probabile exiſtimo, tū
per ea, quæ infr. quæſt. 13. afferemus,
dum latiùs differemus, quid circa per-
ceptionem diſtributionum quotidia-
narum in abſentia poſſit ſtatutum Ec-
cleſiæ, tum per diſpoſitionem Concil.
Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. in fi-
ne, Prouinciali ſynodo facultatem dan
tis ſtatuendi in his, quæ ad debitum in
diuinis officijs regimen ſpectāt, de cer-
ta lege in Choro conueniendi, & per-
manendi, ſimulq; de omnibus Eccle-
ſiæ miniſtris, iuncto maximè, quod ait
Iureconſultus in l. à muneribus ff. de
muner. & honor. ex decreto, ac litte-
21 ris Seueri Auguſti † veteranos milites
à muneribus perſonalibus excuſari.
Lubet autem hoc loco verba ſynodalis
conſtitutionis in Cęſar Auguſtano Ar-
chiepiſcopatu editæ anno 1515. à Ce-
ned. vbi ſupra relata pro coronide ſu-
bijcere tanquam formulam quandam
pulcherrimam, quæ in alijs Diœceſi-
bus, ac prouincijs, cum hac de re ſta-
tuendum erit, poterit obſeruari; eius
verò verba hæc ſunt. Cum ſenes com-
muniter reputentur infirmi, & qui la-
bore prolixiori in Caſtris Dominicis
laudabiliter militando ſuam ferè con-
ſumpſerunt ętatem, aliqua iuxta cano-
nicas ſanctiones debeant prærogatiua
gaudere, ſancta ſynodo approbāte ſta-
tuimus, quòd Clericus in ſacris ordi-
nibus conſtitutus in quacunque Eccle-
ſia noſtræ Diœceſis beneficiatus, qui in
eadem per quadraginta annos perſo-
naliter reſidentiam fecerit, eidem de-
ſeruiendo, ab inde, etiam ſi Chorum
non continuauerit, dum tamen Eccle-
ſia miniſtrorum non patiatur defectū,
diſtributiones quotidianas cum cæte-
ris fructibus, & emolumentis dicti ſui
beneficij contraria quacunq; conſue-
tudine, ſeu conſtitutione non obſtan-
te ſatisfactis tamen alijs oneribus dicti
beneficij integrè percipiant, & eidem
ſine aliqua diminutione perſoluantur.
Hactenus illa conſtitutio, & hic quoq;
finis ſit huius quæſtionis.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Abſens in ſeruitio Epiſcopi percipit fructus prabendarũ, etiam non diſtinctarum. num. 2. Immo etiam groſſos fructus. num. 3. Idq; licèt in ea Eccleſia eſſet cõſtitutio et iuramento, vel ſedis Apoſtolica confirmatione roborata, quòd non reſidentes non percipiãt fructus prabendarum. num. 4.*

5 *Clericus exiſtens in ſeruitio Epiſcopi dicitur inſeruire Eccleſia.*

6 *Canonici omnes exiſtentes in ſeruitio ſui Epiſcopi an percipiant fructus prabendarũ, & quot eſſe debeant. num. 7.*

8 *Manſionarij exiſtentes in ſeruitio Epiſcopi non percipiunt in abſentia fructus prabendarum.*

9 *Abſens in ſeruitio Arhiepiſcopi percipit fructus prabendarum.*

10 *Intellectus cap. paſtoralis, & cap. duo ſimul de off. iud. ord.*

11 *Clericus exiſtens in ſeruitio Arhiepiſcopi, qui proprius non ſit, non percipit fructus prabenda.*

12 *Abſens in ſeruitio Epiſcopi non ob id percipit diſtributiones quotidianas.*

13 *Intellectus tex. in cap. ad audientiam, de cler. non reſid.*

14 *Intellectus cap. ſcire debes. 7. quaſt. 1. cap. hac huius placiti. 12. quaſt. 2. & cap. ſimiliter 16. quaſt. 1.*

15 *Abſens in ſeruitio Epiſcopi principaliter propter Eccleſiam percipit diſtributiones.*

16 *Canonici, qui adhibentur ab Epiſcopo pro publicandis Indulgentijs, videntur percipere debere diſtributiones.*

17 *Canonici, qui adhibentur ab Epiſcopo in ijs ſtatuẽdis, qua ad ſeminariũ rectè inſtituẽdum pertinẽt, an percipiant diſtributiones.*

18 *Canonici, quibuscũ Epiſcopus ſtatuit de ijs, qua pertinent ad diuina officia, & Eccleſia miniſtros, percipiunt diſtributiones.*

19 *Canonici, de quorum conſilio, & aſſenſu Epiſcopus procedit in cauſis criminalibus cõtra Canonicos, percipiunt diſtributiones.*

20 *Canonici, quibuscum Epiſcopus nõnullorum Hoſpitalium fructus in alium vſum conuertit, pro eo tempore an percipiant diſtributiones.*

21 *Canonici à Capitulo ad id deputati in caſibus, quibus Epiſcopus Capituli conſiliũ; vel aſſenſum adhibere debet, percipiunt diſtributiones, dum ea de cauſa ſine fraude abſunt, vt aſſenſum prabeant.*

22 *Canonici qui cum Epiſcopo abſunt cauſa viſitationis, an pro eo tempore percipere debeant diſtributiones.*

## *An abſentes in ſeruitio Epiſcopi percipere debeant quotidianas diſtri-ſtributiones. Quæſtio VIII.*

APERTISSIMA, & notiſſima in hoc eſt iuris conclufio, abſentibus in ſeruitio Epiſcopi, licèt debeantur fructus præbendarum, non tamen deberi quotidianas diſtributiones.
1 Prior pars † huius concluſionis patet
ex tex. in capit. de cætero, de cler. non
reſid. vbi Alex. 3. ad Eboracenſem Epi-
ſcoporum ſcribẽs decernit in hæc ver-
ba; ſtatuimus, ne Canonicis, donec in
ſeruitio tuo fuerint, quicquam ſubtra-
hi debeat, vel auferri, quod de com-
munitatis ſibi beneficio debetur, dum
autem dicit, qnod de communitatis be
neficio debetur, comprehenduntur et
2 † præbẽdæ illæ, quæ nõ ſunt diſtinctæ
3 ſeu etiam † groſſi illi fructus, qui loco
præbendarũ, vel etiã vltra præbendas,
diſtincti tamen à quotidianis diſtribu-
tionibus tribuuntur præſentibus, ſeu
reſidentibus, nõ aũt diuinis officijs in-
tereſſentibus, ac quotidianũ miniſteriũ
exhibentibus, vt inter cæteros adnota-
uit ibi Abb. nu. 3. de quibus fructibus,
ac prębendis indiſtinctis latiùs egimus
ſuperius. 1. par. huius tract. q. 3. Idem
etiam apertiùs diſponitur in c. ad au-
dientiam eod. tit. extra de cler. non re-
ſid. vbi Innoc. 3. Meldenſi Epiſcopo re-
ſcribens decernit, vt duo ex Canonicis
Eccleſiæ ſuæ in ſeruitio ſuo exiſtentes
ſuarum fructus integrè percipiant præ
bendarum, cum abſentes, inquit, dici
non debeant, ſed præſentes, qui tecum
pro tuo, & ipſius Eccleſiæ ſeruitio com
4 morantur; idq; procedit † quàmuis in
ea Eccleſia eſſet conſtitutio etiam iu-
ramento vallata, & auctoritate Sedis
Apoſtolicæ confirmata, vt Canonici,
qui in ea non reſident, ſuarum prębendarum



darum fructibus priuentur, vt apertè
conſtat ex eiuſdem tex. præcedentibus
verbis. quo loco, & d. c. de cætero Gloſ.
5 & Doct. cõmuniter adnotarunt † exi-
ſtentem in ſeruitio Epiſcopi dici etiam
inſeruire Eccleſiæ; ſed ex vtroque tex.
6 ego colligo † quòd, licèt probabile ſit
ſolos Canonicos Eccleſiæ Cathedralis
gaudere hoc priuilegio, vt dum ab Ec-
cleſia abſentes Epiſcopo inſeruiunt,
fructus præbẽdarum, & menſam groſ-
ſam percipere poſſint, cum vtrobique
reſcribat Summus Pontifex Epiſcopis,
& in d. capit. ad audientiam expreſſim
loquatur de Canonicis Eccleſiæ Ca-
thedralis; tamen probabilius eſt om-
nes Canonicos non modò Eccleſiarum
Collegiatarum Ciuitatis, ſed etiam
diœceſis huiuſmodi priuilegio priuã-
dos non eſſe, cum in d. cap. de cætero
abſolutè id dicatur de Canonicis, quo-
rum appellatione non modo Ciuita-
tis, ſed etiam forenſes Canonicos cõ-
prehendi nemo dubitare poteſt; quod
verò in d. capit. ad audientiam ſermo
dumtaxat habeatur de Canonicis Ec-
cleſiæ Cathedralis, id euenit, vt caſui
de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis ꝓ-
poſito reſponſum Pontificium conue-
niret; non autem ibi expreſſim exclu-
duntur cæterarum Eccleſiarum Cano-
7 nici. Pari ratione † ad Eccleſiã dum-
taxat Cathedralem referendum eſt,
quod ex eodem capit. ad audientiam
apertè colligitur, duos tantùm Cano-
nicos eodem priuilegio potiri poſſe;
idq; propter prærogatiuam Eccleſiæ,
quæ propter ſui dignitatem maiorem
etiam habere debet copiam miniſtro-
rum; vnde in alijs Eccleſijs Collegia-
tis plures duobus Canonicis aſſumere
poterit Epiſcopus pro ſeruitio ſuo, qui
tamen integrè percipient in abſentia
fructus præbendarum per text. in d.
capit. de cætero abſolutè, atque indi-
ſtinctè de Canonicis loquentem, ne-
que ad certum ſe Canonicorum nume
rum adſtringentem, quicquid in con-
trarium voluerit Abb. & cæteri Doct.
magis communiter d. cap. ad audien-
8 tiam. Illud ſanè certum † mihi eſt
(quicquid voluiſſe videantur Abb. &
nonnulli alij d. cap. de cætero, & cap.
ad audientiam,) ſolos Canonicos, non
autem alios Clericos Collegiatarum
Eccleſiarum, puta Manſionarios, quos
aſſiſios vocant, huiuſmodi prærogati-
ua gaudere poſſe, vt Epiſcopo ſeruien-
tes, licèt abſint ab Eccleſia, præben-
darum, ſeu portionum ſuarum fructus
percipiant; nam vterque tex. ſupra ci-
tatus præcisè loquitur de Canonicis,
quorum appellatione certum eſt non
poſſe comprehendi alios clericos; non
eſt autem facienda extenſio de perſo-
na ad perſonam in odioſis, & à iure
exorbitantibus etiam ex idẽtitate, aut
maioritate rationis iuxta latè tradita
per Euerar. in loc. à ratione legis lar.
& c. nume. 41. 47. & duob. ſeqq. quòd
autem nos ſimus in odioſis, conſtat;
nam agitur de diminutione cultus di-
uini, qui tamen potiùs debet augeri
capit. fin. de reſcript. in 6. cum ſuis ſi-
mil. res etiam à iure exorbitans eſt ab-
ſentia ab Eccleſia, in eaque non reſi-
dere, vt conſtat ex tot. tit. de cler. non
reſid. & ex Concil. Triden. ſeſſ. 24. c.
9 12. Denique adnotandum eſt, † hanc
priorem concluſionis partem locum
habere tam in Archiepiſcopo, quàm
in Epiſcopo, cum eadem planè, quia
verè, ac propriè Epiſcopus eſt, imò ma-
ior ſit ratio in Archiepiſcopo, quia &
magis inſeruit Eccleſiæ, & pluribus
miniſtris indiget; licèt contrarium vo-
luerit Hoſt. in cap. cum dilectus, quem
etiam ibi ſequi videtur Io. An. de cler.
non reſid. per tex. in cap duo ſimul & c.
paſtoralis, de offi. iud. ord. quæ tamẽ iu
10 ra † non obſtant; nam in d. c. duo ſimul
ſolùm dicitur clericos Archiepiſcopo,
quamdiu voluerint coram ipſo ſtare iu
ri, compelli non debere iudicium Pa-
triarchæ ſubire, niſi cauſa per appella-
tionem ad eius audientiam perferatur,
aut ei aliquid ſuper hoc à Sede Apo-
ſtolica ſit indultum; nihil verò ibi de
fructibus prębendarum; immo etiã per
clericos Archiepiſcopi intelligunt ibi
Doct.

Doct. magis communiret Clericos illi ſubditos, non autem qui cum eo cõmorantur; in d. verò c. paſtoralis nihil plonè ad rē habetur, vt facilè patebit textum illum perpẽdenti, niſi fortè velint Doct. citati id intelligendum eſſe de Clericis ſuffraganeorũ inſeruientibus
11 Archiepiſcopo, quod verùm † eſt, colligiq́; videtur ex dictis iuribus, & apertè admittit Abb. d. c. cum dilectus nu. 9. docens nobiſcum clericos proprios, hoc eſt, ipſius Diœceſis Archiepiſcopi hoc priuilegio gaudere, vt in eius ſeruitio exiſtentes, dum abſunt à ſua Eccleſia, percipiant fructus ſuarum præbendarum per eaſdem ferè rationes, quas nos ſup. attulimus. Poſterior autẽ pars
12 † huius concluſionis probatur ex eod. tex. in d. cap. de cætero; nam verbis huius tex. relatis in principio quæſtionis ſubijcit Pontifex, niſi fortè ſint victualia, quæ non conſueuerunt abſentibus exhiberi, quo loco per victualia intelligendæ ſunt quotidianę diſtributiones, vt ibi explicarunt Gloſ. & Doct. communiter, & conſtat ex d. capit. vnico in princip. vbi Bonif. 8. apertè aſſerit diſtributiones quotidianas victualia nũcupari, & ibi Gloſ. & Doct. omnes, dum tex. afferre volunt, ad quem ſe referre potuit Summus Pontifex, allegant d. cap. de cætero, de cler. non reſident. in nullo enim alio tex. excepto d. cap. vnico, quotidianæ diſtributiones victualium nomine appellãtur, præterquam in d. cap. de cætero. Id verò ipſum, nimirũ abſentes in ſeruitio Epiſcopi non percipere quotidianas diſtributiones, expreſſim tradiderunt Doct. omnes in d. cap. de cætero, plerique in d. cap. ad audientiam, de cler. non reſident. & in d. cap. vnico eod. tit. in 6. & adnotauit etiam Couar. d. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 2. aliiq́; paſſim; & apertè colligi-
13 tur quoque ex tex. † in d. cap. ad audiẽtiam, dum Summus Põtifex ibi decernit dumtaxat, vt huiuſmodi abſentes in Epiſcopi ſeruitio fructus præbendarum percipiant, cõſtat autem ex latiùs deductis ſupr. 1. par. quæſt. 6. per totã, appellatione fructuum præbendæ, aut beneficij non cõtineri quotidianas diſtributiones. Neque obſtat verbum illud, integrè, ibid. appoſitum, nam adhuc refertur ſolũ ad ipſos fructus præbendarum, vt nimirum eos ſine vlla diminutione percipiant, vt ibi Glo. & cæteri tradiderunt, vel integrè, intelligẽdum ita erit, vt includantur etiam præbendę diſtinctæ, vel fructus illi groſſi loco præbendarum ſuccedentes in aliquibus Eccleſijs, de quibus paulò ante dicebamus, & latiùs alibi diſſeruimus. Minus etiam obſtat, quòd ex eod. cap. ad finẽ colligitur, & Gloſ. alijq́; Doct. tum ibi, tum in d. cap. de cætero adnotarunt, illum, qui eſt in ſeruitio Epiſcopi, cenſeri Eccleſiæ quoque inſeruire; ad quod etiam Gloſ. 1. d. cap. de cætero allegat tex. in cap. ſcire debes 7. quæſt. 1. cap. hæc huius placiti 12. quæſt. 2. & cap. ſimiliter 16. quæſt. 1. ex alia verò parte certum mihi eſt, eum, qui abeſt in ſeruitio, & propter vtilitatem Eccleſiæ, ſecluſa quoque quauis conſuetudine quotidianas diſtributiones percipere debere, vt infra quæſt. 11. latiùs demonſtrabitur. Reſpondetur enim primò in d. cap. ad audientiam ſolùm haberi, quòd abſentes dici non debẽt, ſed præſentes, qui cum Epiſcopo pro illius, & Eccleſiæ ſeruitio commorantur; ex quibus verbis potiùs colligitur oppoſitum, quòd nimirum ſeruitium Epiſcopi, & Eccleſiæ hoc in caſu diuerſa ſint, cum inter vtrumque ponatur copula, &, quæ regulariter habet copulare diuerſa cap. querelam, de Simon. cum ſimil. vel certè colligitur, quòd iuxta caſum ibi propoſitum vtrumque copulatiuè requiritur, nimirum, quòd duo Canonici Eccleſiæ Cathedralis ſimul ſint in ſeruitio Epiſcopi, & eius Eccleſiæ abſentes, vt haberi debeant pro præſentibus, vbi in ea Eccleſia extet conſtitutio etiam iuramento vallata, & auctoritate Sedis Apoſtolicæ cõfirmata, vt Canonici, qui in Eccleſia nõ reſident, priuentur fructibus ſuarum præbendarum; præterquam quòd eſſe

præ-



præſentes, & intereſſentes diuerſa ſint vt ſupr. quæſt. 5. præmiſſ. vlt. ſatis docuimus. In d. autem cap. ſcire debes, quod ſumptum eſt ex Cypriani Epiſt.
14 9. lib. 4. ſolùm dicitur † Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo, & ideo in Eccleſia non eſſe eum, qui cũ Epiſcopo non ſit, hoc eſt, non ſit in cõmunione Epiſcopi, cum eoque pacem non habeat, vt apertè conſtat ex verbis ſequentibus, & explicat ibi Gloſ. & cæteri. d. verò cap. hæc huius placiti ſumpto ex Concil. Ilerdenſ. cap. 16. habetur dumtaxat ſecundum Gloſ. ibi, Clericis, qui in domo Epiſcopi defuncti inueniuntur, ſubminiſtranda eſſe alimenta, bona verò ſucceſſori reſeruanda, qui eis vti debet cum his, quos cognouerit diſciplinæ, & charitati prædeceſſoris ſuis fideliter paruiſſe; quæ verba ſunt illius canonis; quod verò in eodem canone ſubditur, quodq́; fortaſſe reſpicere voluit Gloſ. d. cap. de cætero, nimirum durum eſſe, vt hi, quos conſtat in ſeruitio domini cum primæ ſedis Antiſtite, hoc eſt, cum Epiſcopo prædeceſſore, vt ibi Doct. exponunt, deſudaſſe, deſpecti aliquatenus crucientur, quaſi qui Epiſcopo inſeruierint dicãtur domino inſeruijſſe; id ſanè libenter admitto, vbi diſciplinæ, & charitatis cum Epiſcopo amatores ei fideliter paruerint, vt conſtat ex verbis præcedentibus mox relatis, non tamen inde ſequitur, eos inſeruire Eccleſiæ, neque enim quicunq; domino ſeruiunt, Eccleſiæ ſeruiunt, niſi valdè remotè; licèt contra qui Eccleſiæ ſeruiũt obſequium Deo præſtare dicuntur. Denique in d. cap. ſimiliter 16. quæſt. 1. quod eſt decretum Symmach. Papæ in 6. ſynodo Romana, ſolùm dicitur res Epiſcopi eſſe bona Eccleſiæ; ideoq; inuaſores bonorum Epiſcopi eadem pœna plectendos eſſe, qua ij, qui bona Eccleſiæ inuadunt; nihil verò habetur de ijs, qui Epiſcopo inſeruiunt. Reſpondetur ſecundò, quòd vbi etiam ex his iuribus à Gloſ. allegatis colligeretur eos, qui in Epiſcopi ſeruitio ſunt, cenſeri Eccleſiæ inſeruire; adhuc intelligendum id eſt indirectè, minus principaliter, admodumq́; remotè, nõ autem directè, proximè, & principaliter, prout requiritur adhoc, vt Canonicus abſens propter Eccleſiæ ſeruitium, & vtilitatem poſſit in abſentia percipere quotidianas diſtributiones; & hoc ſonat illa dictio, propter, quæ cauſam finalem, & præcipuam ſignificat, vt Philoſophis notũ eſt. Et vox, euidens, quæ habetur d. cap. vnic. Quare ſi aliqui ex Canonicis cum Epiſcopo eſſent non vt ei inſeruiant, ſed principaliter, vt Eccleſiæ vtilitati proſpiciant, vt in nõnullis caſibus, quos mox ſubijciã, tũc ſecũdùm aliquos iſti abſentes non tãquam inſeruitio Epiſcopi exiſtentes, ſed tanquam Eccleſiæ vtilitatẽ proſequentes, quotidianas diſtributiones percipient.

Limitatur ergo hæc Concluſio, vt
15 non procedat quotieſcunque † Canonici, qui cum Epiſcopo exiſtentes abſunt ab Eccleſia, principaliter abſunt propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem; tunc enim, cum reſpiciamus id, quod principaliter, non autem acceſſoriè, ac minus principaliter fit iur. vulg. Canonici illi tãquam abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem diſtributiones quotidianas, percipient, vt ſupra diximus. Hinc
16 inferri poſſe videtur primò duos † illos Canonicos, qui ex præcepto Conc. Trident. ſeſſ. 21. cap. 9. de reform. adhiberi debent ab Epiſcopis, ſeu locorũ Ordinarijs in publicandis Indulgẽtijs, alijsue ſpiritualibus gratijs, ſi quando ea de cauſa ſinè fraude tempore diuinorum officiorum eos abeſſe ſimul cũ Epiſcopo contingat, priuandos non eſſe quotidianis diſtributionibus tanquã abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem ex officio ſibi attributo, quod ſibi dãnoſum eſſe non debet l. cum quidam C. de adminiſtr. tut. cum ſimil. de quibus infr. quæſt. 11. Infertur 2. ob eandem cauſam idem dicendum videri
17 † de duobus illis Canoninis ſenioribus, & grauioribus ab ipſo Epiſcopo eligendis, quorum conſilio vtatur in

con-

conficiendis regulis, ac ſtatutis Seminarij Clericorum, quæ ad eos rectè inſtituendos pertineant; ſimiliter de illis duobus, quorum alter ab Epiſcopo, alter à Capitulo eligendus eſt, & de quorum conſilio Epiſcopus conſtituere debet ea, quæ ad Seminarium inſtituendum, & conſtruendum, aſſignandosq; ei reditus pertinent iuxta decretum eiuſdem Trident. Concil. ſeſſ. 23. cap. 18. de reform. verſi. & quia ad Collegij fabricam inſtituendam, & verſic. fin. nec non de illis duob. Canonicis à Capitulo Cathedralis Eccleſiæ deputatis, quibus præſentibus rationes redituum eiuſdem Seminarij ſingulis annis Epiſcopus accipere debet, vt in eodem c. 18. verſi. quòd ſi Cathedraliū ab eadē ſynodo decernitur. Tertiò infer-
18 tur pari ratione † idē ſtatuēdū de illis duobus Canonicis, altero ab Epiſcopo altero per Capitulū eligendo, qui donec ſynodus aliqua Prouincialis celebretur, in qua ea de re ſtatuatur, ab eodem Epiſcopo adhiberi debent in ijs prouidendis, quæ neceſſaria videbuntur circa diuina officia, omnesq; Eccleſiæ miniſtros iuxta ea, quæ eadem Tridentina ſynodus decernit ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. in fine. Infertur quar-
19 tò, idem etiam dicendū † de illis duob. Canonicis à Capitulo initio anni eligendis ex præſcripto eiuſdem Concil. Trident. ſeſſ. 25. capit. 6. de reform. in princip. de quorum conſilio, & aſſenſu Epiſcopus, ſeu eius Vicarius, cùm extra viſitationem cōtra aliquam perſonam Cathedralium, vel Collegiatarum Eccleſiarum procedere voluerit, tenetur procedere tam informādo proceſſum, quàm in cæteris omnibus actibus vſq; ad finem cauſæ incluſiue. Quintò infertur, idem ſimiliter videri aſſerendū
20 † de illis duobus de Capitulo rerum vſu peritorib. per loci Ordinariū iuxta ſtatutum eiuſdem Tridentinæ ſynodi d. ſeſſ. 25. cap. 8. verſ. quòd ſi hoſpitalia, deligendis, cum quibus idem Ordinarius fructus illorum hoſpitaliū, quæ ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aliarumue perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, cum tamen in loco, vbi ſunt dicta hoſpitalia, ſimiles perſonæ, aut per paucæ reperiūtur, debet in alium vſum pium, qui eorū inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertere, prout eis magis expedire viſum fuerit.
21 Infertur 6. eadem de cauſa † idem omnino ſeruandum eſſe in ijs Canonicis, quos Capitulum delegerit, ac deputauerit in caſibus, quibus Epiſcopus requirere debet cōſilium Capituli, eiuſue aſſenſum vel de conſuetudine legitimè præſcripta, vel de iure communi antiquo, quos colligere licèt ex toto ferè tit. de his, quæ fi. à prælat. ſin. conſen. cap. & ibi Doct. vel etiam ex diſpoſitione Concil. Trid. quos habes in ſeſſ. 5. cap. 1. de reform. vbi de lectore, & magiſtro delingendo agitur; ſeſſ. 24. c. 12. verſ. in omnibus verò, in Canonicatibus, ſeu præbendis deſignandis, quibus ſinguli ſacri ordines annexi eſſe debeant. ſeſſ. eadem cap. 15. in augēdis diſtributionibus quotidianis per vnionem beneficiorum ſimpliciū, vel præbendas eius Eccleſiæ ad pauciorem numerum reducendo. denique in ſeſſ. 25. cap. 10. in ſubſtituendo, ſeu ſubrogando iudice in locum vnius ex ſynodalibus, quem vſque ad proximā ſynodum mori contingat. Infertur demum
22 idem fortaſſe dicendum † de Canonicis, quos, ſicut & cæteros, aſſumere poteſt Epiſcopus, dum aut Cathedralem, Collegiatasue, aut alias etiam Eccleſias ſuæ Ciuitatis, & Diœceſis viſitare vult, & debet iuxta decreta eiuſdem Concil. Trident. ſeſſ. 6. capit. 4. de reform. & ſeſſ. 24. cap. 3. in princ. de quo tamen latiùs infra quæſt. 11. cùm de abſentibus propter Eccleſiæ vtilitatem diſſeremus. Illud verò hic omnino adnotandum eſt, hanc limitationem quā ſupra attulimus cum ſequentibus illationibus procedere, ſi illam opinionē ſequamur, ſufficere vtilitatem Eccleſię ſpecialis ſuæ Ciuitatis ad hoc, vt propter eam abſens percipere iure debeat quotidi-



quotidianas diſtributiones; aliàs, ſi teneamus requiri vtilitatem particularis illius Eccleſiæ, cui eſt adſcriptus, vt ex communiori, & fortè veriori ſententia trademus infr. quæſt. 11. concl. 1. poſt medium, illa limitatio cum ſequentibus illationibus (tertia, quarta, & ſexta exceptis, cum in ijs ſolis de particularis, & ſpetialiſſimæ Eccleſiæ ſuæ vtilitate, eius nimirum, cui adſcriptus eſt, & à qua diſtributiones percipere ſolet, illiusq; iuribus tuendis agatur) locum nequaquam habebit quoad percipiendas in abſentia cum Epiſcopo quotidianas diſtributiones, verùm quoad fructus dumtaxat præbendarū, ac cæterorum beneficiorum, vt latiùs d. quæſt. 11. oſtendemus.

## SVMMÆ RERVM.

*1 Cardinalatus eſt maior dignitas poſt Papatum.*

*2 Papatus eſt maxima omnium dignitas.*

*3 Cardinali Legato inſeruiēs percipit in abſentia fructus præbendæ. & num. ſeqq.*

*4 Epiſcopus facit vnum corpus cum Canonicis Eccleſiæ Cathedralis.*

*5 Legato inſeruiens dicitur Eccleſiæ inſeruire.*

*6 Legati poteſtas ordinaria potius eſt, quàm extraordinaria.*

*7 Cardinali nō Legato inſeruiens non percipit in abſentia fructus præbendæ.*

*8 Legato, vel Cardinali inſeruiens non percipit in abſentia quotidianas diſtributiones.*

*9 Papæ inſeruiēs percipit fructus præbendæ, ac beneficiorū. Et quæ ſit ratio. nu. 19. Idq; non obſtante quauis conſtitutione Eccleſiarum contra Canonicos abſentes edita. num. 11.*

*12 Papæ inſeruire, ſeu in eius ſeruitio abeſſe qui nam dicantur.*

*13 Papæ inſeruientes vt ſic non percipiunt in abſentia diſtributiones quotidianas ſine ſpetiali priuilegio.*

*14 Intellectus cap. olim tibi de verb. ſignif. Gloſ. & aliorum varius fuit.*

## *An exiſtens in ſeruitio Cardinalis, vel Papæ poſſit in abſentia diſtributiones quotidianas percipere. Quæſtio IX.*

DIXIMVS de abſentibus in ſeruitio Epiſcopi, nunc gradatim procedēdo dicamus de ijs, qui abſunt in ſeruitio Cardinalis, tum verò Summi Pontificis;
1 eſt enim dignitas Cardinalatus † maior in Eccleſia poſt Summum Pontificatum, vt conſtat ex Mart. Laudenſ. in tract. de præſtant. Cardin. quæſt. 61. & Lancell. Conr. in templ. omn. iud. lib. 2. cap. 2. §. 1. & 3. num. 1. Pa-
2 patus verò † maxima omnium dignitas eſt, vt not. Doct. in capit. ſolitæ, de maior. & obed. & latè tradit Conrad. ibid. lib. 1. §. 1. in princip. & lib. 2. cap. 1. §. 1. in initio.

Prima ergo Concluſio ſit. Abſentes ab Eccleſia in ſeruitio Cardinalis Legati ſaltem intra prouinciam, & legationem illius, percipiunt quidem fructus præbendarum ſuarum, nō tamen quotidianas diſtributiones. Prior pars
3 † concluſionis probatur; tum quia qui inſeruiūt Legato, inſeruiunt Papæ; qui autem inſeruit Papæ, percipit in abſentia fructus ſui beneficij, vt paulò poſt concl. ſeq. oſtendam; tum quia idem dicēdum de Legato quoad prouinciā, & legationem ſuam, quod de Epiſcopo quoad diœceſim, vt eſt optimus tex. in cap. 2. de off. leg. in 6. neque obſtat c. ſanè de priuil. vbi priuilegium non extenditur ex identitate rationis; nam hoc nō eſt propriè priuilegium, ſed ius commune; & præterea maior eſt ratio, quia, vt diximus, inſeruire dicuntur Papæ, immo quodāmodo etiam Eccleſiæ, licèt, quia ſalarium habent, percipere non debeant quotidianas diſtributiones, vt infra dicemus, & pręterea, quia non inſeruiunt, nec proſequuntur vtilitatem Eccleſiæ illius particularis, cui adſcripti ſunt, ſed tantùm vniuerſalis, prout conſtabit ex ijs, quæ

quæ tradimus infr. quæſt. 11. concl. 1. ferè per totum. Tum quia ita in ſpetie tradit Io. An. in c. cum dilectus nu. 7. de cler. non reſid. & ibi Doct. communiter, vt ait Gamb. tract. de auct. legat. lib. 1. nume. 56. & fatetur ibid. Abb. qui tamē dicit ſe dubitare de hoc cōmuni dicto Doctorum. Primò quia neq; eadem ſit ratio in Legato, quæ in Papa; & maximè quia aliqui poſſunt eſſe in ſeruitio Papæ, aliqui in ſeruitio Legati, & ſic Eccleſia pateretur defectum miniſtrorum; neque eadem, inquit, eſt ratio, quæ in Epiſcopo, quia
4 † Epiſcopus facit vnum corpus cū Canonicis, & eſt maxima inter eos communio cap. requiſiſti 12. de teſtam. & cap. quanto, de his, quæ fi. à præl. ſin. conſen. cap. quod non accidit inter Canonicos, & Legatum. Deinde quia, inquit, poteſt argui in Legato, ſicut arguimus in clericis inferioribus Epiſcopo, tantò magis, quia poteſtas Legatorum eſt ſuperindicta, ſeu extraordinaria, ideo reſtringenda per Gloſ. not. in clem. 2. de off. ord. Denique quia hæc materia eſt damnoſa ipſis Eccleſijs, & per eā diminuitur cultus diuinus; ergo potiùs eſt reſtringenda, quàm relaxanda. Quibus tamen rationibus nō obſtantibus adhuc perſiſto in communi opinione propter rationes pro ea allatas. Neq; obſtat prior ratio Abb. quoad primum eius membrum; nam immo eadem eſt ratio in abſente cum Papa, & abſente cum eius Legato, quia eidē Summo Pontifici ſeruire cenſetur. Ad confirmationem verò illius reſpōdeo, quod idem abſurdum poſſet etiam allegari reſpectu abſentium cum Epiſcopo, vel cauſā ſtudiorum; quia poſſent aliqui eſſe cum Epiſcopo, aliqui cum Papa, aliqui in vniuerſitate ſtudiorum, & ſic Eccleſia pateretur defectum; cui incommodo prouidit Gregorius Summus Pontifex canonum lator in capit. pen. de cler. non reſid. decernens priuilegiatos ſuper abſentia per prouentuum ſubtractionem cogi redire, vbi Eccleſia patiatur defectum miniſtrorum. Immo neque etiam obſtat alterum membrum eiuſdem prioris rationis; nam non ideo Canonicus abſens in ſeruitio Epiſcopi percipit fructus præbendæ, quia habeat cum illo communionem, vel faciat cum eo vnū corpus, ſed vel quia ita ſtatutum eſt à Sūmo Pontifice, vel vt alij voluerunt, & innuere videtur tex. d. cap. ad audientiam in fin. & tradit ibid. Abb. ipſe nu. 8. quia dicitur quodammodo Eccleſiæ inſeruire, quomodo etiam qui in ſerui-
5 tio Legati eſt, † dicetur Eccleſiæ ſaltem vniuerſali inſeruire, quod ſufficit ad lucrandum fructus prębendę, ac beneficij, vt conſtat ex ipſomet Abb. d. cap. cum dilectus num. 2. & 3. de cler. non reſid. Quoad ſecundam verò eius rationem ſupra allatam non video quomodo ipſe Abb. arguere poſſit ab ijs Canonicis, qui inſeruiunt prælatis inferioribus Epiſcopo ad inſeruientes Legatis, tum quòd illi Prælati non inſeruiunt Eccleſiæ ſicut Legati, tum quia ipſemet Abb. in cap. de cætero num. 5. de cler. non reſid. cum cæteris Doct. vult etiam Canonicos abſentes in ſeruitio aliorum Prælatorum inferiorum Epiſcopo poſſe percipere fructus præbendarum ſuarum eo, quòd non appareat, cui loquatur illa littera, quæ generaliter loquitur; ſed certè textus ille intelligendus eſt de abſente in ſeruitio Epiſcopi, vt intelligit Glo. & Doct. magis communiter, & prout loquitur cap. ad audientiam, atque adeo priuilegium hoc non eſt extendendum ad alios Prælatos inferiores, cum quibus non habet Canonicus eam communionem, quam habet cum Epiſcopis, vel potiùs non dicitur Eccleſiæ inſeruire. Prętereà falſum eſt, quod aſſumit Abb. poteſtatem Legatorum eſſe extraordi-
6 nariam; nam immo ordinariam † illam eſſe conſtat ex tex. in allega. cap. 2. de offi. leg. in 6. in ijs verbis, Legatos prouinciarum ſibi commiſſarum ordinarios reputantes &c. Non obſtat denique tertia ratio, tum quia cùm incipit priuilegiū hoc eſſe damnoſum Ec-





cleſijs reuocabitur iuxta tex. d. c. pen. vbi Abb. num. 2. & cæteri de cler. non reſid. tum quia non dicitur fieri in caſu noſtro vlla extenſio, ſed Canonicus exiſtēs in ſeruitio Legati tanquam inſeruiens Papæ habebit fructus beneficij, & præbendæ ex diſpoſitione d. c. cū dilectus de cler. nō reſid. tum demum, quia Doct. in d. c. cum dilectus non extendunt diſpoſitionem illius à ſeruientibus Papæ ad ſeruientes Legato, ſed à ſeruientibus Epiſcopo, quæ ſanè extēſio fieri poteſt à maioritate rationis, quę aliquādo admittitur etiā in exorbitantibus à iure iuxta not. per Doct. in cap. cui licet, de reg. iur. in 6. Euerar. in loc. à rat. leg. larg. &c. nu. 11. & 43. & Mattheſil. de interpretat. num. 29. & 39. Firma igitur ſtet prior pars huius concluſionis. Quæ ſanè limitatur in ſimplici Cardinali non Legato, nam
7 † illi inſeruiens non percipit fructus prębendæ, niſi ex diſpenſatione ſpeciali; ceſſat enim, nec militat ratio, quæ locum habet in eo, qui exiſtit in ſeruitio Epiſcopi, Legati, vel Papæ; & ita voluerunt Io. An. Abb. & cæteri d. c. cum dilectus; quàmuis Hoſt. ibi & Archid. d. c. vnico num. 1. contrarium ſentire videantur. facilè tamen ſolet concedi huiuſmodi facultas ipſis Cardinalibus propter eorum pręrogatiuam dignitatis, pro quo facit tex. in cap. 1. de off. leg. lib. 6. & c. fœlicis, de pœn. eod. lib. Poſterior autem pars eiuſdem conclu-
8 ſionis, quòd nimirum † abſentes in ſeruitio Legati, & Cardinalis non percipiant quotidianas diſtributiones, patet tum quia, cum non reperiamus huiuſmodi abſentes exceptos à regula tex. in cap. licèt de præben. & c. vnic. de cler. non reſid. in 6. cum ſimil. quòd nimirum diſtributiones nō dentur, niſi ijs, qui interſunt perſonaliter diuinis officijs, regulæ ſtandum erit; tum quia neque etiam exiſtentes in ſeruitio Papæ illas percipiunt, multò ergo minus qui ſunt in ſeruitio Cardinalis, aut Legati; neque enim maiorem prærogatiuam cæteris parib. habere debet qui membro inſeruit, quā qui capiti, Cardinales autem membra ſunt, Summus verò Pontifex eſt caput d. cap. fœlicis cum ibi not. per Doct. de pœn. in 6. tum demum quia id apertè voluit Io. An. d. c. vnico num. 3. ad fin. de cler. nō reſid. in 6. dum ſe remittit ad not. per eum d. c. cum dilectus, vbi dumtaxat concedit huiuſmodi abſentibus, vt percipere poſſint fructus prębendarū, & eſt de mente cæterorū Doctorum ibi, dū eos quoque fructus, qui ad præbendam attinent vix illis abſentibus concedunt. Idq; multò magis certum, & indubitatum erit in abſentibus in ſeruitio Cardinalis, qui Legatus non ſit, cum iuxta probabiliorem, & communionem opinionem illi neque etiam fructus præbendarum, & cæterorum beneficiorū ſuorum ſine diſpenſatione, ſeu priuilegio non percipiant, vt paulò ante oſtendimus.

Secunda Concluſio. Abſens in ſeruitio Papæ, licèt percipiat fructus beneficij, ac præbendæ ſuæ, non tamen quotidianas diſtributiones. Prior pars
9 huius concluſionis apertè probatur ex tex. d. c. cum dilectus, de cler. nō reſid. ibi, fructus præbendæ ſuę aſſignetis eidem in noſtro ſeruitio commoranti;
10 ratio † verò ſubditur ab eodem Pontifice, quia nimirum huiuſmodi familiares Papæ ſæpè promouent apud eū negotia ipſorum Capitulorum; cum familiares, inquit, noſtri, qui circa nos ſe obſequiales exhibent vniuerſis, minori non debeant prærogatiua gaudere, quàm veſtrum ſinguli, quorum negotia per iſtos ſæpiùs promouentur; Id
11 verò procedit † non obſtante quacunque cōſtitutione ipſarum Eccleſiarum hac de re contra Canonicos abſentes edita, vt patet ex verbis illis pręcedentibus, non obſtante conſtitutione, quæ contra abſentes Canonicos inter vos
12 dicitur emanaſſe. Dicentur autē † eſſe in ſeruitio Papæ ad effectum lucrandi fructus beneficij, ac præbendæ, Capellani Papæ, & ſimiles, quiq; in curia morantur de illius præcepto, licèt ſcri-

ptores ſint. ſecus verò, ſi volũtate propria,quia tunc propriam potiùs, quàm reip. vel vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatẽ proſequuntur,vt inſpetie tradũt Abb. d.c.cum dilectus num. 3. & ibi Io. An. num. 2. Archid. d. c. vnico nume. 1. & vtrobiq; cæteri ferè omnes Doct. eſtq; de iis, qui voluntate propria curiæ inſeruiunt optimus tex. in l. ſed ſi per prætorem §.fin. in fin.& l.inter eos §. 1. ff.ex quib.ca.mai.ibi,eos, qui notis ſcribunt acta præſidum reip.cauſa non abeſſe certum eſt,licèt alia lectio non habeat negatiuã, quo caſu faciet pro ijs, qui abſunt in Curia morantes ex præcepto Papæ,pro quibus etiam eſt tex.in l.reip.ff.eod.

Poſterior autem pars eiuſdem con-
13 cluſionis,nimirum,quòd† abſentes in ſeruitio Papæ non percipiant ſine ſpetiali priuilegio quotidianas diſtributiones, probatur ex cõmuni ferè Doct. opinione,qui rem hanc pertractarunt. huius.n. ſententiæ fuit Io. An. in Gloſ. ad fuerint d.c. vnico, & in lect. num.3. circa fin.& ibi Archid. num. 1. Gloſ. 2. d.c.cum dilectus,& ibi Abb.nu.5. neq; in hoc aliquem reperio contradictorẽ, immo id ipſum ſatis colligi poteſt ex eod.c.cum dilectus;dum enim dumtaxat præcipit ibi Pontifex,vt dentur huiuſmodi abſenti in ſeruitio Papæ fructus præbendæ,ſi ei de iure debitæ fuiſſent diſtributiones, aut Papa de illis intellexiſſet, mandaſſet vtiq;, vt ei darentur iuxta regulam, quæ ſumitur ex cap.inter corporalia de tranſlat. Epiſc. cap.ad audientiam de decim.l. vnica §. ſi verò C. de caduc. coll. & prout mandauit in c.olim tibi de verb.ſignifi.Qui
14 quidem † tex.maximum hac in re faceſſit negotium;nam ibi mandat Papa, vt cuidam Canonico,qui iuxta intellectum Glo.1.in Verbo Canonico, quem etiam non improbat ibi Abb.nu.4. erat abſens in ſeruitio Epiſcopi, vel Papæ, cæteri Canonici darent præbendam,ea quæ tantũ reſidentibus dãtur de cõmunibus prouẽtibus; & præterea manualia beneficia,hoc eſt,quotidianas diſtributiones,vt exponit ibi Glo.2. licèt per verbũ fortè,in Verb. manualia dicens, fortè, quæ dantur ſingulis diebus illis tãtùm, qui interſunt diuinis, quæ certè ſunt quotidianæ diſtributiones, idq; ſatis patet ex tex.d.c. vnico, & ibi Glo. in Verb. manualia beneficia, quæ refert ad hunc tex. cap. olim, de verb. ſignif. & ſanè iuxta hunc intellectum Gloſ. d. Verb. Canonico ipſa ſibi contradicit; nam ibid. dicit huiuſmodi abſentem in ſeruitio Epiſcopi percipere integrè beneficium ſuum præter victualia, quæ tamen certum eſt eſſe ipſas quotidianas diſtributiones, vt ead. Gloſ. dicit d.cap.de cætero, de abſente verò in ſeruitio Papæ dicit,quòd plus, quam præſentes ſeruire intelliguntur, ideoq; voluit Papa, quod omnia haberet, ſicut præſentes, & allegat tex.d.c. cum dilectus, vbi tamen ſolùm decernitur, quòd percipiat fructus præbendæ,& Gloſ. ipſa ibi dicit expreſsè eum nõ habere quotidianas diſtributiones, quas ibid. victualium nomine appellat. Vnde aliter reſpondet eadem Glo. d.Verb. Canonico, quem etiam intellectum affert Abb. d. num. 4.eum non improbando,non referre, vbi eſſet ille Canonicus, nimirũ, num eſſet abſens, vel præſens,quia Papa ſic voluit, vnde ſeruandum eſt, licèt durum videatur per tex.in cap. in memoriam 19.diſt.& hunc etiam intellectum approbare videtur Gloſ.2.d.cap.cum dilectus, dum ait,quòd,ſi in eo tex. Papa intellexiſſet de victualibus, ſeu quotidianis diſtributionibus, vtique mandaſſet de eis prouideri, ſicut in cap. olim,de verb. ſignifi. Tertia ſolutio eſt, quam affert Io. An. d. c. olim num.8. & Abb. nu. 4. hunc verè fuiſſe præſentem; quod indicat illud relatiuum,alijs,ſed propter aliquod ſtatutum particulare, vel conſuetudinem illius Eccleſiæ denegabat Capitulum illi Canonico præbendam illam, & manualia beneficia, vnde Canonicus impetrauit ſuper hoc priuilegium; & ſic tollitur obiectum Glo. quod hic text. non poteſt intelligi de

præ-



præſente; quia aliàs non eſſet opus interpretatione, nec Canonici haberent cauſam ſubtrahendi beneficium, vel malè interpretandi mandatum Papæ. Sed licèt hæc lectura, quæ tamen diuinatoria videtur, in ſe vera eſſet, tamen non tollit difficultatem,niſi ponamus etiam hũc Canonicum ita præſentem fuiſſe, vt non Epiſcopo, aut Papæ, ſed Eccleſiæ ipſi quotidiano miniſterio inſeruiret: niſi tamen vellemus potiùs cum Io. An. d. c. olim nu. 2.& Abb. nu. 6. in eo tex. per manualia beneficia non intelligi quotidianas diſtributiones propriè ſumptas,ſed præbendam,quę ſingulis diebus de cõmunibus prouentibus pro victu in vino, pane, vel pecunia, & quod certis temporib. pro veſtitu tribuebatur Canonicis præſentibus, ac reſidentibus, licèt non intereſſent diuinis,& ſic propriè ſumetur in hoc text. nomen reſidentis, prout diſtinguitur ab intereſſente iuxta latè per nos tradita ſupr. 1. par. quæſt. 4. circa fin. & not. Abb. hic num.6. & d. cap. cum dilectus num. 5. aliàs dicendum erit hic impropriè ſumi,hoc eſt,non præciſè pro eo,qui pręſens eſt in loco beneficij, & ſæpè, licèt non ſemper, Eccleſiæ inſeruit, ac diuinis intereſt, ſed pro eo, qui, cum præſens ſit, etiam diuinis ſemper intereſt, & Eccleſiæ perſonale miniſterium, ſibiq; competens exhibet quomodo etiam reſidentis nomen ſumi videtur d.cap. vnico in princip. Quamcunque igitur lecturam, ſeu ſolutionem ex his ſequamur, ſatis puto factum eſſe dubitationi, quam ex d. cap. olim contra poſteriorem huius concluſionis partem excitauimus. Nunc ad aliam quæſtionem tranſeamus.

## SVMMÆ RERVM.

*1 Studiorum cauſa eſt iuſta abſentiæ cauſa.*

*2 Studij Theologiæ cauſa abſens percipit fructus beneficij, & præbẽdæ ſuæ, & nume. ſeq.*

*3 Licentia non requiritur etiam ſedis Apoſtolicæ, vt quis abſit cauſa ſtudij Theologiæ; vbi etiã intellectus cap.fin. de magiſtr.*

*4 Studens in iure Canonico percipit in abſentia fructus præbendæ.*

*5 Vicarius neceſſariò conſtituendus non eſt in beneficijs ſimplicibus ab abſente cauſa ſtudiorum.*

*6 Studens in iure ciuili percipit in abſentia fructus præbendæ.*

*7 Studij nõ Teologici cauſa non põt quis abeſſe & fructus præbendæ percipere iure communi abſq; alia facultate, vel iure ſpetiali. & num. ſeqq.*

*8 Petrus Gregor. Tholos.in tract.de benef. cap. 7. dum abſolutè vult licentiam non requiri in abſente cauſa ſtudiorum, reprehenditur.*

*9 Licentia Prælati an requiratur, cùm quis à Sede Apoſtolica impetrauit indultum, vt abeſſe poſſit cauſa ſtudiorum.*

*10 Licentia non reſidendi, vel ſtudendi habet aliquid ſpiritualitatis, ideoq; pro ea nihil exigi poteſt.*

*11 Intellectus cap. relatum, de cler. non reſid. Vbi Gloſ. in Verbo prælatorum reprehenditur. num.12.*

*13 Intellectus capituli finalis, de reſcript. lib.6. affertur.*

*14 Quinquẽnium dumtaxat ſtatutum eſt ſtudentibus in Theologia, vt percipiant fructus præbendarum,non autem ſtudentibus in alia facultate.*

*15 Intellectus cap. cum ex eo. de elect. in 6.*

*16 Docentes quamdiu docuerint percipiunt fructus præbendarum.*

*17 Studiorum locus, ad quem clericus accedit, qualis eſſe debeat, vt percipere poſſit fructus præbendæ.*

*18 Statutum, vel conſuetudo tollens ſtudentibus priuilegium percipiendi fructus præbendarum non valet.*

*19 Studens percipit fructus præbendæ, licèt non ſtudeat aſſiduè.*

*20 Canonici abſentes cauſa ſtudij quot eſſe poſſint.*

*21 Clerici non nulli ſtudere non poſſunt in iure ciuili ſine Papæ licentia.*

*22 Abſens cauſa ſtudij percipit fructus groſſos, & præbendarum indiſtinctarum.*

*23 Abſens cauſa ſtudij non percipit diſtributiones quotidianas. Et quid cùm in illa Eccleſia nulli alij reditus ſunt. num. 24. & ſeq.*

*25 Regulæ iuris ſtandum eſt,niſi exceptio ex eodem iure oriatur.*

26 Leges

*26 Leges proſpiciunt ijs, quæ vt plurimum accidunt.*
*27 Statutis, & conſuetudinibus particularibus Papa non cenſetur derogare, niſi de ijs fiat ſpetialis mentio.*
*28 Conſuetudine induci poteſt, vt abſens cauſa ſtudij percipiat diſtributiones.*

## *An, & quando abſens cauſa ſtudiorum percipere queat diſtributiones quotidianas. Quæſtio X.*

INDVBITATVM eſt hac
in re, cauſam ſtudiorum eſ-
1 ſe † iuſtam cauſam abſen-
tiæ, vt conſtat ex c. relatum,
& c. tuæ fraternitatis de cler. nõ reſid.
cap. licèt, de præben. c. fin. de magiſtr.
cap. cum ex eo de elect. in 6. & capit. 2.
de priuil. eod. lib. cum ſuis ſimilibus.
Difficultas eſt, quando iuſta ſit ad effe-
ctum, vt ob eam abſens percipere poſ-
ſit fructus beneficij, vel præbendæ, aut
etiam quotidianas diſtributiones.
Prima Concluſio. Abſens cauſa ſtu-
dij in ſacra pagina, ſeu Theologiæ,
2 † iuſtè percipit in abſentia fructus be-
neficij, & præbendæ ſuæ. Tex. eſt ad
litteram d. cap. licèt de præben. ibi, vt
Eboracenſ. Archidiacono in ſacra pa-
gina cupienti ſtudere prouentus ſuos
Eccleſiaſticos faceretis integrè mini-
ſtrare; idem habetur d. cap. fin. in fin.
de magiſtr. in hæc verba; docentes ve-
rò in Theologica facultate, dum in
ſcholis docuerint, & ſtudentes in ipſa
integrè per annos quinque percipiant
de licentia Sedis Apoſtolicæ prouen-
tus præbendarum, & beneficiorũ ſuo-
rum non obſtante aliqua alia conſue-
tudine, vel ſtatuto; ex quibus verbis
3 illud dumtaxat pro nunc colligo, † per
licentiam, de qua hic, non intelligi fa-
cultatem ſuper hoc impetrandam à Se
de Apoſtolica, ſed generalem licentiã
conceſſam auctoritate huius conſtitu-
tionis, vt adnotauit ibi Gloſ. cæteriq;
Doct. & Abb. d. cap. licèt, num. 4. vbi
dicit ideo in eo tex. impetratum fuiſſe
ab illo Archidiacono priuilegium, vt
abſens cauſa ſtudiorum percipere poſ-
ſet fructus ſuæ præbendæ, vel quia nõ-
dum emanauerat d. cap. fin. de magiſtr.
id ex iure communi cõcedens, vel quia
de facto nolebant Canonici ei reſpon-
dere de ſua præbenda, vel etiã ad cau-
telam, quia plus ſolet timeri, quod ſpe-
tialiter iniungitur, cap. aduerſus, de
hæret. cum ſuis concord. Idem etiam,
quod in d. cap. fin. habetur in Trident.
Concil. ſeſſ. 5. cap. 1. de reform. in fin.
cuius decreti verba hæc ſunt. Docen-
tes verò ipſam ſacrã ſcripturam, dum
publicè in ſcholis docuerint, & ſcho-
lares, qui in ipſis ſcholis ſtudent, pri-
uilegijs omnibus de perceptione fru-
ctuum præbendarum, & beneficiorum
ſuorum in abſentia à iure communi
conceſſis plenè gaudeant, & fruan-
tur. Hoc autem locum etiam habet
4 † in ſtudente in iure Canonico, vt in-
ſpetie tradit latè Felin. conſi. 18. nu. 7.
& Abb. d. c. tuæ fraternitatis num. 5. &
6. de cler. non reſid. probaturq; ſatis
apertè ex iuribus, in quibus hoc priui-
legium abſolutè cõceditur abſentibus
cauſæ ſtudij, vt ex d. cap. tuæ, ibi, Canc-
nici, quibus ſtudiorũ gratia eſt indul-
tum, vt in abſentia tua fructus perci-
piant prębendarum ſuarum; item ex d.
cap. cum ex eo de elect. in 6. vbi Epi-
ſcopus diſpenſat, vt promotus ad pa-
rochialem non teneatur ſe facere pro-
moueri intra annum ad ſacerdotium,
ſed cauſa ſtudij poſſit differre vſque ad
ſeptẽnium, & ponitur ibi Vicarius, cui
datur tantùm certa portio, atque adeo
reliquos fructus percipiet abſens cau-
ſa ſtudij; in beneficijs verò ſimplici-
5 bus † non erit neceſſariò cõſtituendus
Vicarius, quia in his, ſicut in curatis,
nullam mentionem faciunt iura de cõ-
ſtituendo Vicario, vt conſtat ex tex. d.
cap. tuæ, & cap. fin. optimèq; dedu-
cit Abb. eod. capit. tuæ num. 6. ideoq;
Canonicus abſens cauſa ſtudij etiam
in iure Canonico percipiet integros
fructus præbendæ in abſentia ſua. Im-
6 mo & idẽ eſt † in iure ciuili, vt expreſ-
sè voluit, & fusè cõprobat Horat. Luc.
in



in tract. de priuileg. Schol. 1. part. pri-
uil. 100. ampl. 1. & optimè Tiber. De-
cian. conſi. 43. num. 1. vſque ad 10. vol.
1. vbi id fusè cõprobat quoad vtrumq;
ius tam Canonicũ, quàm ciuile; quoad
ciuile verò, de quo maior eſt difficul-
tas, ſatis id colligitur ex tex. in d. cap.
2. de priuil. in 6. vbi incumbens Romæ
ſtudijs humani, & diuini iuris gaudet
priuilegijs, quibus gaudet incumbens
alibi, ac recipit integrè prouentus ſuos
Eccleſiaſticos, hoc eſt fructus præben-
dæ ſuæ, ſicut ille, ibiq; in ſpetie id ad-
notauit Gloſ. in Verb. integrè, vbi etiã
7 & quidem optimè admonet, † eum, qui
abeſt cauſa ſtudij alterius, quàm Theo
logiæ, nõ iure communi, vt abſens cau-
ſa ſtudij Theologici ex d. cap. licèt de
præb. & c. fin. de magiſtr. ſed vel ex di-
ſpenſatione Epiſcopi, aut Papæ, vt d.
cap. tuę fraternitatis, de cler. non reſid.
& cap. cum ex eo, de elect. in 6. vel etiã
ex conſuetudine, aut ſtatuto Eccleſiæ,
vt ibid. docet Gloſ. & Abb. d. cap. tuæ
num. 5. percipere fructus ſuæ præben-
dæ, ac beneficij. Ex his igitur liquet
8 † Petr. Gregor. Tholoſ. uirum alioqui
eruditiſſimum in tract. de benef. c. 7.
num. 10. nimis laxè locutum eſſe, dum
indiſtinctè vult, abſentem quem eſſe
poſſe cauſa ſtudiorum ſine licentia ſui
Prælati; nam contrarium expreſsè ha-
betur in d. cap. cum ex eo, de elect. in 6.
& patet ex d. cap. tuæ in ijs verbis, Ca-
nonici, quibus ſtudiorum gratia eſt in-
dultum, vt in abſentia ſua fructus per-
cipiant præbendarum iuxta primum
intellectum, quem affert ibi Gloſ. 1. in
Ver. indultum, hoc eſt, indultũ ab Epi-
ſcopo, vel etiam in ijs verbis ſequenti-
bus, accepta licentia, ſe ad villas tranſ-
ferunt & c. iuxta ſecundum intellectũ
eiuſdem Gloſ. ibidem iuncta expoſi-
tione Abb. ibidem & aliorum ad verb.
9 accepta licentia, quaſi † licentia ſit ac-
cipienda etiam à Prælato, cùm quis ea
de re indultum obtinuit à ſancta Sede
Apoſtolica; cui conſonat declaratio il-
la fœlic. record. Pij Papæ IIII. Anno
Domini 1564. editæ, qua decreuit di-
ſpenſationes, & indulta de percipien-
dis fructibus præbendarum, & benefi-
ciorum in abſentia cauſa ſtudij, quæ à
Sacra Pœnitentiaria, vel Sede Apoſto-
lica concedi, & emanare cõtigerit, ne-
quaquam huiuſmodi abſentibus ſuf-
fragari, niſi ſingulorum Ordinariorũ
locorum, in quibus ſingula beneficia
huiuſmodi conſiſtunt, conſenſus gra-
tis præſtandus ad id accedat; ex quo
verbo, gratis, hic poſito tollitur ratio
illa, qua tueri ſe putat Gregor. loc. cit.
dum ex Archid. Præpoſ. & Gemin. in
cap. de quibuſdam 37. diſt. ait pro lit-
teris de non reſidendo, vel pro licentia
ſtudendi nihil poſſe exigi, eò, quòd,
inquit, hoc ſit beneficium iuris, & de-
bitum; nam vel hæc non eſt ratio illo-
10 rum Doct. ſed illa, quòd hæc † conti-
neant aliquid ſpiritualitatis, vt voluit
Abb. in rubric. de magiſtr. & ſic ad vi-
tandam ſimoniam pro ijs nihil exigi
poteſt; aut quia ſic placuit canonum
latoribus, vel certè ſe retulerunt ad tit.
ſeu rubr. de magiſt. & ne aliquid exi-
gat. pro licentia doc. iuncto cap. 2. &
3. eod. tit. in quo tamen nihil habetur
de abſentibus in ſtudijs iuris ciuilis,
vel canonici, ſed ſolùm Theologicæ
facultatis, vt conſtat ex capit. 4. & fin.
eiuſd. tit. neque etiam tueri ſe poteſt
idem Gregor. ex communi conſuetu-
dine, quam adſtruit ex Panor. d. c. tuæ,
de cler. non reſid. & Imol. c. ex tuæ eod.
tit. vt beneficiati ſe ad ſtudia litterarũ
conferant ſine licentia ſui Prælati; nã
id non aſſerunt ibi præcit. Doct. ſed ſo-
lùm, ſicut priuilegio concedi, ita con-
ſuetudine, & ſtatuto Eccleſiæ induci
poſſe, vt clericus abſens cauſa ſtudio-
rum ſine licentia percipiat fructus præ
bendæ, ac beneficij, quod quidem ad-
mittendum foret; immo ſpetialia hæc
iura eſſe neceſſaria in reliquis ſtudijs,
excepto Theologico, ſupra oſtẽdimus.
11 Neque etiam obſtat † cap. relatum, de
cler. non reſid. quod pro ſua opinione
adducit Gregor. illud ita legẽdo, quod
abſentes poſſunt remoueri, niſi de li-
centia ſuorum prælatorum, vel ſtudio
litte-

litterarum,vel pro ali s honeſtis cauſis
contigeret eos abeſſe; quaſi ibi diſtin-
guatur ſtudium litterarum à licentia
Prælatorum,ſintq; hi diuerſi caſus ab-
ſentiæ,nimirum de licentia Prælati, &
cauſa ſtudiorum; non obeſt inquam il-
le tex. tum quia hæc lectura, quæ, vt
verùm fatear, communis eſt, non ha-
bet ſenſum ſomniatum à Greg. nā pri-
mum, vel,non diſiungit, ſeu diſtinguit
abſentiam cauſa ſtudij à licentia Præ-
lati, ſed tantùm diſtinguit ab abſenti-
bus pro alijs honeſtis cauſis, appoſita
per leporem, nimirum per figuram il-
lam verborum, quæ vocatur coniun-
ctio, prima dictione, vel, quæ omitti
poterat,& ita intellexit illum tex.Glo.
ibi in Verb.Prælatorum Abb.& cæteri,
tum quia in omnem caſum tex. ille lo-
quitur non ad effectum, vt quis perci-
pere poſſit in abſentia cauſa ſtudij fru-
ctus præbendarum, ſed vt præſentati
admittatur, vel admiſſi non amoueau-
tur à beneficio; quo caſu certū eſt ſuf-
ficere,quòd vel de licentia Prælati ſui,
vel cauſa ſtudij, vel alia honeſta de cau
ſa is abſit, cū quælibet cauſa etiam co-
lorata excuſet à culpa, & pœna l. vlt.
C. de in integr. reſtit.l.igitur §. poteſt
vbi Gloſ. ff. de liberal. cauſ. cum alijs
ſexcentis. Nimis igitur laxè, vt dice-
bamus locutus eſt Petr. Gregor. hac in
re: quam tamen † nimis quoque angu-
ſtauit Gloſ. d.c.relatum Verb.prælato-
rum, dum ibi indiſtinctè notat, licen-
tiam Prælati neceſſariam eſſe in abſen-
tia cauſa ſtudiorum,cum tamen ea ne-
ceſſaria non ſit cum quis abeſt cauſa
ſtudij Thologiæ, vt conſtat ex tex. d. c.
fin.de magiſtr. vbi id habet ex iure cō-
muni, quod & nos paulò ante adnota-
uimus. Ex ſupradictis igitur omnibus
duo colligo;alterum eſt huiuſmodi li-
centiam Prælati tunc demum eſſe pe-
tendam, cùm quis non in Theologia,
ſed in iure,vel vltra quinquēnium ſtu-
dere vult idq; etiam ſi ad id priuilegiū
à ſācta Sede obtinuerit; ſecus verò for
tè vbi ſe conſuetudine, aut ſtatuto Ec-
cleſiæ ſuæ tueatur. Alterum eſt non
eſſe amplius curādum de canone vul-
terranæ, & can. conceſſo 12. q. 2. can.
generaliter,& can.charitatem 16. q. 1.
& ibi Gloſ.alijsq; iurib. & Gloſ. anti-
quis, ſi quæ ſunt, in quibus videntur
denegari reditus Eccleſiaſtici clericis
exiſtentibus in ſcholis eo,quòd ij redi-
tus darentur illis pro ſedulitate adhi-
bita officijs conceſſis; ſi quidem dubiū
hoc hodie ſublatum eſt, contrariumq;
13 nouis iuribus deciſum. Sed neq; † ob-
eſt cap.fin.de reſcrip. in 6.vbi Bonif.8.
reuocat omnes indulgentias à ſe, vel
ſuis prędeceſſoribus conceſſas clericis
de percipiendis fructibus beneficiorū
ſuorum in abſentia etiam ſi in ſcholis
ſint; profiteturque Pontifex ſe illas
in poſterum non daturum; nam ibi ſo-
lùm reuocantur indulgētiæ perpetuæ,
vt patet ex tex.in ijs verbis, indulgen-
tias perpetuas conceſſimus; quare tem
porales, puta ad quinquennium, vel
aliud certum tempus non ſunt ſubla-
tæ, vt not. ibi Gloſ. in Verb. perpetuas
cæteriq; Docto. communiter. Verùm
præter hæc alia quoque nonnulla pro
complemento huius concluſionis ad-
14 notanda ſunt. Primum, † quod de
quinquennio dictum eſt, ac ſtatutum
in d.cap.fin.de magiſtr.id eſſe referen-
dum dumtaxat ad ſtudentes in Theo-
logia, non autem in alia facultate, vt
conſtat ex d. c. cum ex eo de elect. in 6.
vbi conceditur ſeptennium. qui tamen
15 † tex.cum indiſtinctè loquatur de ſtu-
dio litterarum, vel ita eſt accipiendus
quaſi in eo tempus conſtituatur omni-
bus ſtudijs ſimul,præcipuè verò Theo-
logiæ, iuriſq; Canonici, quibus quis
vacare voluerit, quod indicat verbum
illud generale, ſtudio litterarum inſi-
ſtentes;vel etiam ita intelligendus eſt,
vt innuit Gloſ. ibi in Verb. ſeptenniū,
quòd vltra quinquennium vſque ad il-
lud tempus non quidem ab ipſo iure
concedatur abſentia in ſtudio etiam
Theologiæ, ſed requiratur diſpenſa-
tio Epiſcopi. Sed neque id referēdum
16 eſt ad docentes; nam † ipſi quoad pri-
uilegium percipiendi fructus non ha-
bent





bent vllam temporis determinationē,
ſed eo gaudēt quādiu docuerint, vt pa-
tet ex Concil.Trid.loc.cit.& d.c.fin.de
magiſtr.vbi Abb.nu.4.& 5.quicquid in
cōtrariū ibi voluiſſe videatur Glo. Al-
17 terū eſt,† non ſufficere,vt illud ſtudiū,
ad quod aliquis accedit, qualecūq; ſit,
ſed debet eſſe generale, vt patet ex d c.
tuæ fraternitatis,de cler. nō reſid. & d.
c.2.de priuil. in 6. ex quibus etiā iurib.
cū ſuis Glo.& ibi traditis per Doct.col-
ligere licèt,nō requiri,quòd ſit vniuer-
ſitas aliqua ſtudiorū ſecum habens Re
ctorem, & cætera priuilegia, quæ vni-
uerſitatibus ſtudiorū iure competunt,
quale erit ſtudiū Ticini, Patauij, Piſa-
rū,& ſimilia, ſed ſufficere generale, vt
Romanū d.c.2.ac Mediolanēſe in gym
naſio ſocietatis Ieſu ſaltē quoad ſtudiū
Theologiæ, quæ ibi optima methodo,
& exactiſſimè legitur cuicunq; audire
18 volenti. Tertiò notandū † non valere
ſtatutū, vel conſuetudinem tollentem
hoc priuilegiū ſtudentibus,vt ſi diſpo-
neret, omnes fructus conuertendos in
quotidianas diſtributiones,latè Horat.
Luc.d.tract.de priuil.ſchol.priuil.100.
ampl.3.& 6.& Rebuf.ſimil.tract. priu.
19 31.nu.10.& 13.Quartò ſtudētes † gau
dere hoc eodē priuilegio, licèt aliquā-
du diuertant ad Curiā Romauam,neq;
ſemper ſtudeant, modò id faciant pro
maiori parte anni. Abb.d.c.fin. ſub nu.
6.de magiſtr. & Horat. Luc. d. priuil.
20 ampl. 4. Quintò numerū † Canonico-
rū, qui abſentes cauſa ſtudij percipere
poſſunt fructus præbēdæ non eſſe indi-
ſtinctè reſtringendū ad duos Canoni-
cos,vt pleriq; voluerūt in c.ad audien-
tiā de cler. nō reſid. ſed poſſe ad plures
extendi,modò id ſtatus Eccleſiæ patia-
tur, vt optimè probant Abb. ibid.nu.6.
& Horat.Luc.d.priuil.100.limit.2. Sel.
de benef.4.par.q.6.nu.31. Sextò eſt ad-
21 notandū, † illud qđ ſupra dicebamus,
clericū quoq; qui abeſt cauſa ſtudij in
iure ciuili percipere fructus in abſen-
tia, intelligendū eſſe de clerico,qui nō
ſit ſacerdos, Archidiaconus, Decanus,
Præpoſitus,cantor,vel perſonatum ha-
bens; nam his prohibitū eſt ſub pœna
excōmunicationis ipſo facto leges, &
Phyſicā audire, vt habetur in c.fin. ne
cle.vel Monac.quare ſuper hoc erit ab
huiuſmodi clerico impetrandū ſpetia-
22 le priuilegiū.Deniq; notandū eſt † Ca
nonicū,vel alium clericum in omnibus
caſibus,in quibus poteſt percipere fru-
ctus præbendæ ſuæ, vbi præbendæ ſunt
diſtinctæ, poſſe ēt vbi non ſunt diſtin-
ctæ,immo etiā groſſos fructus,& quic-
quid in cōmuni diſtribuitur præſenti-
bus,& reſidētibus,eo excepto,quod da
tur intereſſentibus diuinis officijs. tra-
dit id Glo.Abb.& cęteri Doct.cōmuni-
ter d.c.licèt,vbi eſt optimus tex.de præ
ben. & pluribus adſtruunt Fel.d.conſi.
18.ferè per totum,& Horat.Luc.d. pri-
uil.100.de priuil. ſchol. limit.1. & Re-
buf.ſimil.tract.priuil.31.num.2.Atque
hæc de hac concluſione.

Secunda cōcluſio. Abſens cauſa ſtu-
23 dij ēt Theologiæ non percipit † regu-
lariter quotidianas diſtributiones.tex.
eſt ad litterā in d.c.licèt,de præben. nā,
cum ibi mandaſſet Pontifex, vt Ebora-
cenſi Archidiacono in ſacra pagina ſtu
dere volēti prouentus ſui Eccleſiaſtici,
hoc eſt fructus præbēdæ,&, ſi qui ſunt,
præter diſtributiones quotidianas,mi-
niſtrarentur, ſtatim ſubijcit; nolumus
tamen, vt quotidianas diſtributiones,
quæ tantū reſi dentibus in Eccleſijs, &
his,qui interſunt horis canonicis exhi-
bētur, ei tribui faciatis; vbi id adnota-
uit Gloſ. Abb.& alij Doct. omnes; alia
Glo.d.c.fin.Verb.integrè,de magiſtr.&
d,c.2.de priuil.in 6.Horat.Luc.d.limit.
1.Petr.Greg.d.tract.de benef.c.7.num.
12.Couar.lib.3.var.reſol.c.13. nu.2. &
Doc.pleriq; d.c.vnico de cler.nō reſid.
in 6.idq; procedit ēt poſt Trid.Concil.
quod nihil circa hoc innouauit; hoc.n.
ipſum decidit Sacra Congregatio,quæ
præeſt interpretationi illius Cōcil. dū
ad ſeſſ. 24. c. 12. de reform. in vna Tu-
dertina abſolutè reſpondit, abſentem
cauſa ſtudiorum pro eo tempore non
lucrari diſtributiones quotidianas; &
de hoc nemo dubitat tunc, cùm præter

quotidianas diſtributiones ſunt etiam
alij fructus diſtribuendi inter eos qui
præſentes ſnnt, ac reſident. Difficul-
24 tas verò eſt,† cùm in Eccleſia illa Col-
legiata nulli ſunt huiuſmodi fructus,
ſed ſolũ diſtributiones quotidianæ in-
ter eos diſtribuẽdæ, qui diuinis officijs
interſunt,an eas tunc percipere debeát
abſentes cauſa ſtudiorum. Et quidem
deberi tũc quotidianas diſtributiones
huiuſmodi abſentibus voluerunt Petr.
Gregor.d.num.12. & poſt alios Horat.
Luc.d.limit. 1. in fine; idq́; ob eam ra-
tionem, ne priuilegium ſtudiorum de
cõſequendis fructibus beneficij in ab-
ſentia ſit inutile, ſed aliquid operetur
iuxta tex.in cap. ſi Papa de priuil. in 6.
cui & illud accedit, quòd tunc diſtri-
butiones quotidianæ veniunt appella-
tione fructuum beneficij, & continen-
tur in priuilegio de percipiendis fru-
ctibus, quando in ea Eccleſia nulli alij
fructus ſunt, qui diſtribuantur, dan-
turue beneficiatis præter quotidianas
diſtributiones, vt latè oſtẽdimus ſupr.
1.par. quæſt. 6. limi. 2. quàmuis etiam
non improbabiliter poſſet dici in hoc
quoque caſu ſtandum eſſe illi regulæ
mox poſitæ, quòd abſens cauſa ſtudio-
rum non percipiat quotidianas diſtri-
butiones, tum quia id voluiſſe uiden-
tur Gloſ. & cæteri Doct. ſupr. relati
concl. præced. in fine, excepto Horat.
Luc.dum dicunt,vbi non ſunt præben-
dæ diſtinctæ, dari huiuſmodi abſenti-
bus cauſa ſtudij fructus illos, qui de cõ
muni dantur præſentibus, non autem
ijs,qui interſunt horis Canonicis; tum
quia, cum regulam habeamus ex d. c.
licèt,de præben.hiſce abſentib.non da-
ri quotidianas diſtributiones, ei regu-
25 læ iuris † ſtandum eſt, niſi exceptio ex
eodem iure oriatur, ad trad. per Doct.
in rubr.de reg. iur. & tex. in c. 2. in fin.
de coniug. leproſ. iuncto cap. 1. extra
eod.de reg. iur. & ad primũ motiuum
in contrarium reſponderi poſſet non
fore inutile illud priuilegium,cũ pro-
deſſe poſſit cæteris clericis aliarũ Col-
legiatarum, in quibus præter diſtribu-
tiones quotidianas alij quoque fructus
ſunt,quarum etiam maior eſt pars; im-
mo & earum Eccleſiarum, in quibus
nunc non ſunt, cùm tales fructus repe-
26 rientur; ſcimus autem leges † id re-
ſpicere,eiq́; prouidere, quod vt pluri-
mum accidit,non autem caſus aliquos
particulares,qui raro contingunt,l. iu-
ra ff.de legib.cum ſuis concord. Ad al-
terum verò reſpondetur, tunc demum
priuilegium de percipiendis fructibus
continere etiam diſtributiones quoti-
dianas in ijs Eccleſijs, in quibus præter
has diſtributiones nulli alij fructus sũt
quando illud priuilegium ex certa ſciẽ
tia Pontificis conceſſum ſit,cui expreſ-
ſum fuerit in ſupplicatione de huiuſ-
modi conſuetudine, aut ſtatuto illius
Eccleſiæ,vel aliàs eius rei notitiam ha-
27 bere potuerit; nam & hiſce † particu-
laribus ſtatutis, & conſuetudinibus Pa
pa nunquam intendit derogare,niſi de
ijs ſpetialis mentio habeatur,cap. 1. de
conſtit.in 6.Illud ſanè hac in re certum
28 mihi eſt,† conſuetudine induci poſſe,
vt abſentes cauſa ſtudij, ſicut & ob
alias iuſtas cauſas,percipiant quotidia
nas diſtributiones, vt ex ijs patebit,
quæ latè infr.quæſt.12. afferemus,cum
de eo fuſiùs diſputabimuss, quod effi-
cere poteſt conſuetudo circa percipiẽ-
das ab abſentibus eaſdem diſtributio-
nes. Iam ad ſequentem quæſtionem
de abſentibus propter Eccleſiæ vtilita-
tem veniamus.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Eccleſiæ nomen varias habet ſignificationes.*
2 *Eccleſia ſumi poteſt tripliciter, pro Eccleſia vniuerſali, ſpetiali, & particulari.*
3 *Clericus abſens propter euidentem Eccleſiæ ſuæ vtilitatem debet percipere quotidianas diſtributiones, ac ſi diuinis intereſſet. & num. ſeqq.*
4 *Exceptio vitiat regulam in caſibus exceptis, & in eis quaſi regulam conſtituit.*
5 *Iurans in Eccleſia reſidere licitè ſe abſentat pro ſeruitijs eiuſdem Eccleſiæ.*
6 *Abſens pro ſeruitio ſuæ Eccleſiæ cenſeri debet reſidens.*
7 *Vtilitas euidens, vel neceſſitas Eccleſiæ diſpenſationem inducit.*





8 *Officium non debet alicui eſſe damnoſum.*
9 *Intellectus cap. cum non deceat, de elect. in 6. & num. ſeqq.*
10 *Diſtributiones quotidianas non percipiunt, ſed tantùm fructus præbendarum qui Romanam ſedem petunt eam inſtructuri circa imminentium electionum ſuarum Eccleſiarum negotia.*
11 *Gloſ. intellectus duplex ad cap. cum non deceat, de elect. in 6. qui vterq; reprehenditur, & num. ſeqq.*
12 *Abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem percipiunt diſtributiones, licèt id ſibi ab alijs Canonicis non concedatur.*
13 *Archid. & aliorũ cooncіliatio ad cap. vnic. de cler. non reſid. in 6. & c. cum non deceat de elect. eod. lib. quæ reprehenditur, nu. ſeq.*
15 *Intellectus nonnullorum ad cap. cum non deceat, de elect. in 6. Qui tamen reprehenditur. num. ſeq.*
16 *Abſentes à ciuitate propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem percipiunt diſtributiones.*
17 *Couar. conciliatio ad. cap. vnic. de cler. non reſid. in 6. & cap. cum non deceat eod. lib. quæ tamen reprehenditur. num. 18.*
19 *Gemin. opinio circa tribuendas abſentibus propter Eccleſiæ vtilitatem diſtributiones. quæ reprehenditur. num. 20.*
21 *Ioann. Monach. intellectus ad cap. cum non deceat, de elect. in 6. reprehenditur.*
22 *Conciliatio vera ad c. cũ non deceat, de elect. in 6. & cap. vnic. de cler. non reſid. eod. lib.*
23 *Intellectus verus ad cap. cum non deceat, de elect. in 6.*
24 *Cap. vnicum de cler. noo reſid. in 6. loquitur de abſentibus propter vtilitatem illius Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt.*
25 *Abſens propter Eccleſiæ vtilitatem percipit diſtributiones, ſi ea Eccleſia ſit, à qua habet diſtributiones.*
26 *Stipendium eſt recipiendum ab ea Eccleſia, ad cuius vtilitatem quis principaliter inſudauit.*
27 *Abſens propter vtilitatem ſuæ Eccleſiæ minus principaliter non percipit ab ea diſtributiones.*
28 *Coneiliationes quædam probabiles, & nouæ ad cap. cum non deceat, de elect. lib. 6. & & cap. vnic. de cler. non reſid. eod. lib.*
29 *Correctio legum, & canonum odioſa eſt; admittenda tamen eſt, vbi duæ leges cõcordari non poſſint. nu. 30. immo ex ſe aliquando iuſta, atq; vtilis eſt; num. 31.*
32 *Vtilitas Eccleſiæ, ob quam abſens percipit diſtributiones, debet eſſe euidens. quando autem dicatur euidens. num. 33.*
34 *Abſens propter Eccleſiæ vtilitatem percipit diſtributiones, modò is aliàs diuinis intereſſet.*
35 *Abſens propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, ſi ad id habeat congruum ſalarium, non percipiet diſtribuiones.*
36 *Abſens propter euidentem Eccleſiæ neceſſitatem percipere debet diſtributiones.*
37 *Neceſſitas, & euidens vtilitas Eccleſiæ æquiparantur.*
38 *Neceſſitas legi non ſubiacet, facitq; licitum quod aliàs non eſſet licitum.*
39 *Canonicus, cui Epiſcopus præcepit, vt propter euidentem Eccleſiæ vtilitatem ad Romanam Curiam accedat, percipiet diſtributiones.*
20 *Iura Eccleſiæ ſuæ defendens, ſi ſine fraude abſit, percipere debet diſtributiones.*
41 *Canonici, qui ab Epiſcopo adhibentur in ſtatuendis illis, quæ ad diuina officia, & Eccleſiæ miniſtros pertinent, percipere debent diſtributiones.*
42 *Canonici à Capitulo deputati in caſibus, quibus Epiſcopus tenetur Capituli conſilium adhibere, percipere debent pro eo tempore, quo conſilij præſtandi cauſà abſunt, diſtributiones.*
43 *Syndicus Capituli dum eius negotia promouet, & iura tuetur percipere debet quotidianas diſtributiones. Niſi tamen ad id habeat congruum ſalarium. nu. 44. quod limita, niſi ei cõcedãtur à Capitulo. num. 45.*
46 *Syndicus Capituli, niſi habeat congruum ſalarium etiam pro exigendis reditibus communibus, dum ob eam cauſam abeſt, priuari non debet diſtributionibus.*
47 *Miniſtri Eccleſiæ ſuſtentari debent maximè ex Eccleſiaſticis reditibus ad id deputatis.*
48 *Conſuetudine, vel ſtatuto induci poteſt, vt ſyndicus Capituli, dum exigit reditus Capitulares, abſens percipiat diſtributiones.*
49 *Celebrans in Eccleſia Collegiata dum diuina recitantur, ſi habeat Capellaniam ex titulo, nõ percipit diſtributiones, & num ſeqq.*
50 *Intellectus cap. cum ſecundùm Apoſtolum. de præben.*
51 *Capellania titularis diſtinctum beneficium, & quodammodo diſtinctam Eccleſiam conſtituit à Canonicatu, & portione.*
52 *Capellanus mercenarius celebrans in Eccleſia Collegiata dum diuina recitantur an, & quando percipiat diſtributiones.*

53 *Celebrans ex deuotione in Eccleſia Collegiata, dum diuina recitantur, percipit diſtributiones. Modò id indiſtinctè non fiat, neq; celebrantium, ſed ſuperioris arbitrio committatur. num. 54.*

55 *Concil. Prouinc. Mediolan. 4. decretum ſub tit. de diſtribution. verſic. quicunq; quomodo intelligendum.*

56 *Statutum, vel conſuetudo an poſſit inducere vt celebrans in Eccleſia tempore diuinorum percipiat diſtributiones, remiſſiuè.*

57 *Præfecti, & adminiſtratores fabricæ Eccleſiarum, piorumq; locorum, ſi abſint tempore diuinorum, an percipere debeant diſtributiones quotidianas.*

58 *Præfecti fabricæ, ac Sacriſtiæ illius Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt, dum tempore diuinorum abſunt, percipiunt diſtributiones. ſecus in Præfecto generali fabricæ Eccleſiarum. num. ſeq.*

59 *Adminiſtratores ſeminarij Hoſpitaliũ, aliorumq; piorum locorum dum eorum cauſa abſunt, non percipiunt diſtributiones. contrarium verò ſtatuto, vel conſuetudine induci poteſt. num. 60.*

61 *Examinator abſens cauſa examinis non percipit diſtributiones, niſi id ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto concedatur.*

62 *Viſitationis cauſa abſens non percipit diſtributiones, niſi id ſibi competat ex Conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio. Aut niſi Eccleſiam propriam de mandato Epiſcopi viſitaret num. 63.*

64 *Pœnitentiarius dum audit confeſſiones tempore diuinorũ ex ſpetiali diſpoſitione Trident. Concil. percipit diſtributiones. ſecus verò de diſtributionibus, quas extra chorũ lucrantur Canonici. nu. 65. aut vbi celebret, aliudue officiũ recitet. nu. 66.*

67 *Confeſſiones audiens, ſi non ſit Pœnitentiarius, tempore diuinorum non debet pecipere diſtributiones. Niſi aliud conſuetudine, vel ſtatuto caueatur. num. 68.*

69 *Curam animarum exercens in alia Eccleſia an percipere debeat diſtributiones illius, in qua dignitatem, vel Canonicatum obtinet, & num. 71.*

70 *Diſtributiones, de quibus loquitur Concilium Trid. ſeſſ. 22. cap. 3. de reform. impropriæ diſtributiones ſunt.*

71 *Dignitatem obtinens dum incumbit in ciuitate curæ animarũ ſibi annexæ haberi debet præſens in Choro.*

72 *Theologi, ſeu Theologalem præbendam obtinentes, dum docent percipiunt fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas. Et quid ea de re decernat Mediolan. Concil. num. 73.*

74 *Theologus ex priuilegio Apoſtolico, ſtatuto, vel conſuetudine percipere poteſt diſtributiones quotidianas.*

75 *Theologus legens, vel ſolis, vel principaliter Clericis ſuæ Eccleſiæ an percipere debeat diſtributiones maximè ſi ſpetialem aliquã lectionem iuſſu ſuperioris illis haberet. num. 76.*

77 *Theologus percipit diſtributiones, vbi nullam habeat præbendam.*

78 *Vicarius Epiſcopi, qui ſit Canonicus, dum Vicarij officium exercet abſens à Choro non percipit diſtributiones quotidianas.*

79 *Vicario Epiſcopi debet ab eodem conſtitui congruum ſalarium.*

80 *Vicarius Epiſcopi percipit dum inſeruit Epiſcopo, fructus præbendæ, ac beneficiorum ſuorum.*

81 *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis quibus caſibus ſuccedat Epiſcopo in iuriſdictione, & adminiſtratione.*

82 *Vicarius Capituli ſede vacante poteſt eſſe de gremio, & Corpore ipſius Capituli.*

83 *Vicarius Capituli ſede vacante, ſi Canonicus ſit, dum à Choro abſens exercet officium ſuum tempore diuinorum, non debet percipere quotidianas diſtributiones.*

84 *Vicario Capituli ſede vacãte ſalariũ ſubminiſtrat menſa Epiſcopalis, nõ Capitularis.*

85 *Iuriſdictio, & poteſtas Epiſcopi non omnis transfunditur in Capitulum ſede vacãte.*

*i carius Capituli ſede vacãte debet habere congruũ ſalariũ. ex quo deduci debent ſecũdũ aliquos expenſæ, quas domi eſſet facturus. num. 87. quod tamen non eſt vndequaq; verum. num. 88.*

89 *Vicarius Capituli ſede vacante, dum incumbit officio, percipit fructus beneficiorum ſuorum.*

90 *Canonicus, qui tamquam Epiſcopus. Concilio maximè generali præſens eſt, non debet regulariter percipere diſtributiones quotidianas; ſecus vbi vt Theologus, vel Canoniſta intereſſet nomine Capituli ſui. num 91.*

92 *Canonicus abſens cauſa legationis, vel muneris publici à Capitulo ſuo miſſus percipere debet diſtributiones.*

93 *Abſentes pro republica in publico munere, vel legatione dicuntur cauſa reip. abeſſe, & reſtituuntnr in integrum aduerſ illa, quæ ob eam cauſam amiſerunt.*

*An,*



## *An, & quando abſens propter Eccleſiæ vtilitatem quotidianas diſtributioces percipere. Quæſtio XI.*

ANTEQVAM ad queſtio-
nis reſolutionem deſcenda-
mus, premittendum eſt, Ec-
1 cleſiæ nomẽ † varias habe-
re ſignificationes, de quibus per Iuri-
ſtas in rubr. de ſacroſ. Eccleſ. Gloſ. &
Canoniſtas in cap. querelam, ne præl.
vic. ſuas, & in rubr. de Eccleſ. ædif. ali-
bique ſæpe, Turrecrem. in ſum. Eccleſ.
Cathol. lib. 1. cap. 2. Summiſt. in Verb.
Eccleſia, & alios paſſim. Sed quod ad
quæſtionem noſtrã attinet, tripliciter
2 † ſumi põt; vel pro Eccleſia vniuerſali,
vt in c. Eccleſia, de cõſecr. diſt. 1. c. i Ec-
cleſia, 1. q. 1. c. ſed & illud, 26. q. 2. & c. li-
cèt, de elec. vel pro Eccleſia ſpetiali, pu
ta Mediolanenſi, Bononiẽſi, d. c. licèt c.
cum Vuintonen. Eccleſia, c. Eccleſia ve
ſtra il 1. & il 2. de elect. vel pro Eccleſia
particulari, puta Cathedrali S. Mariæ,
Collegiatę S. Saluatoris alicuius Ciui-
tatis, & huiuſmodi, vt in c. querelã c. cũ
dilectus c. cũ in iure peritus, eod. tit. d.
c. vnico, de cler. nõ reſid. in 6. in prin. cũ
mille ſimil. Poteſt ergo quæri, an acci-
pere debeat quotidianas diſtributio-
nes ille, qui abeſt propter vtilitatẽ Ec-
cleſiæ vniuerſalis, puta in legatione no
mine Summi Pontificis, an qui propter
vtilitatẽ Eccleſiæ ſpetialis, puta Cano-
nicus, vel alius clericus Eccleſię Metro
politanæ, vel ẽt Collegiatę S. Ambroſij
Mediolani cauſa viſitationis, examinis
vel ſimili, quod cõtinet vtilitatẽ Eccle-
ſiæ ſuæ Ciuitatis; an deniq; qui abeſt
ad Eccleſię ſuæ proprię, cui adſcriptus.
& cuius eſt Canonicus, ſeu Manſiona-
rius, vtilitatẽ puta vt tueat̃ iura illius,
vel etiã, vt exigat reditus ad ſuſtenta-
tionẽ miniſtrorum eiuſdem Eccleſiæ.
Hoc igitur præmiſſo rem totam diſtin-
ctis concluſionibus ea, qua fieri pote-
rit, facilitate, ac breuitate abſoluemus.
Prima Concluſio. Certũ eſt, abſolu-
2 tè, ac generaliter loquẽdo † Clericum
Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ,
qui abeſt propter euidẽtẽ Eccleſiæ vti-
litatẽ percipere debere quotidianas di
ſtributiones, ac ſi diuinis officijs inter-
eſſet: tex. eſt d. c. vnico §. q verò de cler.
nõ reſid. in 6. vbi id apertè decernit Sũ
mus Põtifex in hęc verba; qui verò ali-
ter de diſtributionibus ipſis quicquam
receperit (exceptis illis, quos infirmi-
tas, ſeu iuſta, & rationabilis corporalis
neceſſitas, aut euidẽs Eccleſiæ vtilitas
excuſaret) rerum ſic receptarum domi
nium non acquirat, nec faciat eas ſuas,
& c. nã cum ibi à regula, quã præmiſit
Romanus Pontifex de quotidianis di-
ſtributionibus minime dandis ijs, qui
diuinis officijs non adfuerint, excipiat
eos, quos euidẽs Eccleſiæ vtilitas excu-
ſaret, ſatis manifeſtè vult, abſentes ob
huiuſmodi Eccleſiæ vrilitatẽ iure per-
cipere quotidianas diſtributiones exce
4 ptio. n. † vitiat regulã in caſibus exce-
ptis, & in eis quaſi regulã facit; l. 1. ff. de
reg. iur. & l. his l. quod verò & l. ius ſin-
gulare, ff. de leg. cũ ibi not. per Gloſ. &
Doct. Huic ſimile eſt, quod habetur in
c. ex parte il 2. de cler. nõ reſid. vbi qui
5 iurauit † in Eccleſia reſidere, licitè ſe
abſentat pro ſeruitijs eiuſdẽ Eccleſiæ,
neq; periuriũ incurrit, cum tamen iura
mentũ ſeruandũ ſit quando poteſt ſine
diſpẽdio ſalutis æternæ c. quàmuis pa-
ctum, de pac. in 6. cum ſimil. & ratio af-
6 fertur in d. c. ex parte, quia † huiuſmo-
di abſens pro ſeruitio ſuæ Eccleſiæ cẽ-
ſeri debet reſidens, ideoq; nõ facit cõ-
tra iuramẽtum de reſidendo. Ratio ve-
rò principalis concluſionis duplex à
7 Doct. affertur; altera eſt, quia † euidẽs
Eccleſiæ vtilitas, vel neceſſitas frequẽ-
ter diſpenſationem inducit, vt notat
Gloſ. 3. in c. expoſuiſti de præben. per c.
tali, 1. q. 7. c. vnio 10. q. 3. c. eam te, de ęt.
& qual. quibus ego addo tex. in c. 1. de
reb. Eccleſ. non alien. in 6. altera, quia
8 officium † non debet alicuĩ eſſe dam-
noſum l. ſi ſeruus communis ff. de fur. l.
cum quidã, C. de adminiſtr. tut. c. per-
uenit, de fideiuſſor. & capit. cum non
deceat

deceat, de elect. in 6. cum concord. de
9 quibus ibi per Gloſ. 1. Quiquidē † tex:
cap. cum nō deceat quoad præcipua in
diſpoſitionem manifeſtè aduerſari vi-
detur d. cap. vnico §. qui verò, nam in
hoc tex. vt vidimus, ijs, qui abſunt pro-
pter Eccleſiæ vtilitatem, conceduntur
quotidianæ diſtributiones, in illo verò
apertè denegari vidētur, dū ibi dicitur,
ac decernitur, quòd cū Eccleſiarū ſua-
rum proſequentes vtilitatem cenſeri
debeant reſidentes, ij, qui ad Apoſtoli-
cam Sedem venerint eam circa immi-
nentium electionū negotia inſtructuri
10 † fructus beneficiorum ſuorum, quæ
obtinent in illis Eccleſijs, quarū nego-
tia proſequuntur, & etiā aliorum, quos
reciperent, vel poſſent recipere in ipſis
Eccleſijs reſidēdo, integrè, quotidianis
diſtributionibus dumtaxat exceptis, re
cipiant ad ſedem propterea veniendo
eandem, ibidem hac de cauſa morādo,
& ad ipſas Eccleſias redeūdo, ac ſi per-
ſonaliter in eiſdem Eccleſijs reſiderēt.
Pro qua quidem antimonia concilian-
da ſummopere laborarunt Doct. varijs
varias afferentibus ſolutiones. Quarū
11 prima † eſt Gloſ. d. cap. vnico Verbo
vtilitas, quòd Canonici non teneantur
diſtributiones huiuſmodi abſentibus
propter Eccleſiæ vtilitatem cōcedere,
vt d. cap. cum non deceat; ſi tamen cō-
ceſſerint, illi non teneantur ad reſtitu-
tionem, vt in d. cap. vnico: quæ tamen
12 ſolutio † non ſubſiſtit, tum quia cū hu
iuſmodi abſentes iure communi, & ca-
none concedente percipiant diſtribu-
nes, vt patet ex d. cap. vnico, & latiùs
oſtendimus ſupr. quæſt. 5. concl. 5. fru-
ſtra requiritur, quòd id concedatur à
Canonicis, & ijs, de quorum intereſſe
agi videtur; tum quia id apertè decidit
Sacra Congregatio, quæ præeſt inter-
pretationi Trident. Concil. ad ſeſſ. 24.
cap. 12. de reform. dum ibi in vna Ve-
ronenſ. reſpondit poſſe Epiſcopum ex
cauſa legitima comprehenſa in cap. 1.
de cler. non reſid. in 6. excuſare à reſi-
dentia Chori aliquem Canonicum, vel
Capellanum etiam ſine conſenſu Ca-
pituli, de cuius intereſſe agitur; inter
aliàs autem cauſas comprehenſas d.
cap. 1. eſt cauſa abſentię propter Eccle-
ſiæ vtilitatem, tum quia Concil. Trid.
ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. verſic. diſtri-
butiones verò exponens, & ad vſum re-
uocans conſtitutionem Bonif. in d. cap.
vnico tollit huiuſmodi conceſſionem,
& remiſſionem in caſibus nimirum in
quibus ipſo iure quis diſtributiones, in
abſentia percipere non poteſt, in hæc
verba; diſtributiones verò qui ſtatis ho
ris interfuerint recipiant, reliqui qua-
uis colluſione, aut remiſſione excluſa
his careant iuxta Bonifacij 8. decretū;
quod incidit cōſuetudinem, quod ſan-
cta ſynodus in vſum reuocat; non ob-
ſtantibus quibuſcunque ſtatutis, & cō-
ſuetudinibus; ex quibus verbis Conci-
lij duo colliguntur; alterum, quòd per
d. cap. vnicum tollitur gratuita cōceſ-
ſio, ſeu remiſſio diſtributionum illis,
qui eos iure percipere non poſſunt; al-
terum ſaltem huiuſmodi cōceſſionem
nunc poſt Concilium non eſſe admit-
tendam; atque adeo ſolutionem illam
Gloſ. vbi aliàs etiam procedere poſſit,
nunc certè locum nullo modo habe-
13 re poſſe. Alteram ergo † ſolutio-
nem affert Archid. d. cap. vnico num. 2.
Anchar. num. 4. Franc. ibid. §. qui verò
num. 3. Hoied. de benef. incompatib. 1.
par. cap. 17. num. 19. vt nimirum d. cap.
vnicum procedat ſtante cōſuetudine,
quòd abſens propter Eccleſiæ vtilitatē
percipiat quotidianas diſtributiones,
cap. verò cum non deceat, vbi nulla ſit
huiuſmodi conſuetudo; verùm hæc ſo-
14 lutio † ſatis deſtruitur ex ijs, quę d. q. 5.
concl. 5. latiùs attulimus, dum oſtendi-
mus abſentem propter tres illas cauſas
infirmitatis, corporalis neceſſitatis, &
vtilitatis Eccleſiæ in d. cap. vnico §. qui
verò expreſſas iure communi ſcripto
etiam ſecluſa quauis conſuetudine de-
bere quotidianas diſtributiones perci-
15 pere. Quare tertiam ſolutionem † ad-
ducunt alij, quos refert Gloſ. d. c. vnico
Verb. vtilitas, vt ij, qui cum præſentes
ſint in Ciuitate, ſeu loco, vbi ſita eſt Ec-
clesia



cleſia, pro eius vtilitate non interſunt
tamen diuinis, percipiant diſtributio-
nes iuxta diſpoſitionem d. cap. vnici;
qui verò huiuſmodi vtilitatem proſe-
qūuntur à loco Eccleſiæ abſentes, illas
percipere nō debeant iuxta d. cap. cum
16 non deceat. Sed hāc ſolutionem † ta-
citè reijcit ibi Gloſ. dū primæ ſolutio-
ne à ſe allatæ adhæret dicens, primum
credo; eā verò expreſsè cōfutat Franc.
d. nu. 4. illa optima ratione, q̄a, inquit,
nō curatur præſentia loci ad effectum
lucrādi, & acquirendi quotidianas, ſed
requiritur intereſſentia, vt apertè con-
ſtat ex d. cap. vnico, & nos fuſiùs demō-
ſtrauimus ſupr. quæſt. 5. concl. 1. & ali-
bi ſæpe. Cui & illud accedit, quòd nul
la videtur congrua ratio poſſe aſſigna-
ri, cur magis præſentes in Ciuitate, vel
loco Eccleſiæ, quàm abſentes dum eius
vtilitatem proſequūtur, percipere de-
beāt quotidianas diſtributiones, immo
maior apparet ratio in abſente, cum is
maius incōmodum ſentiat, quare ma-
ius quoque commodum ſentire debet
iur. vulg. quibus adde quę latè de infir-
mis tradidimus ſupr. quęſt. 6. concl. un.
17 ampl. 8. Quarta ſolutio eſt † Couar. d.
lib. 3. var. reſolut. c. 13. nu. 8. verſ. octa-
uò non tantum ægrotis, vbi cōplectens
duas poſtremas ſolutiones mox relatas
ait diſtinguendum, an Canonicus, vel
habens beneficium abſens ſit à loco,
vel oppido ipſo, in quo Eccleſia eſt, &
tunc illi non debeantur diſtributiones
quotidianæ pro vtilitate Eccleſiæ im-
pedito, niſi hoc fuerit cōſuetudine ob-
tentum; an verò præſens ſit, & tunc ip-
ſo iure abſque vlla conſuetudine de-
beantur; & ad id allegat Gloſ. Io. An. &
Gemin. d. cap. vnico §. 1. ſed voluit di-
cere §. qui verò, qui eſt 2. & Rip. tract.
de peſt. tit. de priuil. contr. cauſ. peſt.
18 num. 145. Sed certè † hæc quoque ſo-
lutio admittenda non eſt; ijſdem enim
planè rationibus refellitur, quibus
duæ illæ ſolutiones, quas complecti-
tur; neque ex Gloſ. id vllo modo elici
poteſt; nam, vt vidimus prima ſolutio,
quam illa affert, & ſequitur, nihil de
hoc; altera verò, quam ſolùm refert,
diſtinguit quidem de abſente à Ciui-
tate, vel in ea præſente, ſed nihil de
conſuetudine; in additione quidem ad
illam Gloſ. ſumpta ex Io. An. qui eſt
auctor Gloſ. in eius lectura videtur idē
Io. An. eſſe huius ſentētiæ, dum ait opi-
nionem Archidiaconi requirentis cō-
ſuetudinem, ſi intelligatur de abſenti-
bus à diuinis (hoc eſt de ijs, qui non
abſunt quidem à Ciuitate, ſed tamen
non interſunt diuinis) poſſe conueni-
re litteræ, aliàs non; verùm non ideo
hanc ſentētiam profitetur; aliud enim
eſt aliquid poſſe conuenire litteræ ali-
cuius tex. aliud id eſſe verum; nam eſſe
poteſt, vt refragetur vel alteri iuri, vel
rationi naturali; & conſequēter aliud
eſt, quòd ego aſſeram aliquem opinio-
nem conuenire, ſeu non repugnare ali-
cui textui, cuius tradam interpretatio-
nem, aliud quòd eam ipſe opinionem
ſequar: quare non debuit Io. An. à
Didaco pro ſua opinione allegari. Rip.
verò præterquam quòd loquitur in ab-
ſentia cauſa peſtis, non propter Eccle-
ſiæ vtilitatem, videtur potiùs eſſe in
expreſſa opinione Archidiaconi abſo-
lutè requirentis conſuetudinem; nihil
enim ibi de abſentibus à Ciuitate, ſeu
loco Eccleſiæ, vel præſentibus; quam
tamen ſententiam ſupra refutauimus.
Gemin. denique aliter, & latiùs diſtin-
guit, vt mox videbimus. Quinta er-
19 go ſolutio † omnes præcedentes com-
prehendens eſt Gemin. d. cap. vnico §.
qui verò num. 10. ita diſtinguentis. Aut
conſuetudo diſponit, quòd abſens pro
vtilitate Eccleſiæ percipiat diſtribu-
tiones, & poteſt eas percipere; & iſte,
inquit, eſt caſus hic ſecundùm Archid.
Aut conſuetudo nihil diſponit; & tunc
ſi ſponte Canonici ſibi concedant, po-
teſt eas retinere, ex quo abeſt pro vtili-
tate Eccleſiæ, & ita, ſubdit, intelligitur
hic alio modo ſecūdum primam ſolu-
tionem Gloſ. Si verò Canonici nolunt
eas ſibi ſponte concedere; & tunc, Aut
ipſe nō ſe abſentat à Ciuitate, vel Diœ-
ceſi, vbi eſt iſta Eccleſia, ſed abſentat
ſe

ſe tantùm ab officio propter vtilitatem Eccleſiæ,& iſte percipiet adhuc quotidianas diſtributiones; & iſte etiam (ait Gemin.) eſt caſus hic ſecundùm alium intellectum declaratum ſupr. per Io. And. aut ipſe ſe abſentat à Ciuitate,& Diœceſi propter vtilitatem Eccleſiæ, & ſic non tantùm eſt abſens ab officio, ſed ab omnibus alijs, & tunc non percipiet quotidianas diſtributiones, & ita procedit d. cap. cum non deceat.

20 Verùm † præterquam, quòd hæc ſolutio, cum nihil amplius contineat, quàm cæteras omnes ſimul, quod etiam profitetur Gemin. loc. cit. dum relatis prædictis varijs ſolutionibus à varijs Doctoribus allatas, ait, conclude ſimul iſtos, iiſdem plane rationibus, quibus illæ, refelli poteſt: illud etiam habet manifeſtæ abſurditatis, quòd tres ſimul intellectus, Gloſ. nimirum, Archid.& Io. An. inter ſe diſcrepantes ad d. cap. vnicum admitit Gemin. & approbat, quod certè, meo quidem iudicio, abſurdum maximum eſt; quis.n. vnquam ſanæ mentis dixerit, quòd ſicut ſacræ, & diuinæ ſcripturæ, cuius immediatus dictator Spiritus ſanctus infinitæ ſapientiæ fuit, iuxta illud 2. Petr. 1. Spiritu ſancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines, & illud ſymboli Niceni, qui locutus eſt per prophetas, ita etiam ſacris canonibus, ac Pōtificijs cōſtitutionibus, quæ eodem Spiritu ſancto nō dictante, ſed vniuerſali Eccleſiæ regimini aſſiſtente prodierunt, plures litterales ſen ſus, qui ſimul veri ſint, tribui, & aſſignari poſſint? ꝙ ſi aut diuerſi interpretes, aut vnus etiam,& idem plures eiuſdem canonis intellectus, ſenſus, aut interpretationes afferunt; id fit, quoniam, cum non omnia ſciant tanquam homines, plures intellectus inueſtigant, ac perpendunt, non vt omnes ſimul approbent, ſed vt ex omnibus meliorem, & aptiorem vel ipſi, vel qui poſt ipſos ſcripturi ſunt, ſeligere, ac, ſi opus fuerit, alium quoque inuenire poſſint. Sexta ſolu-
21 tio † eſt Io. Mon. d. cap. cum non deceat, quem etiam ſequi videtur Boer. Deciſ. 17. num. 15. vt ibi loquatur Summus Pontifex, de eo, qui tunc reſidere non poſſet, quia iam eſſent abſens ex alia cauſa, eiq; poſtea commiſſum fuerit negotium Eccleſiæ vtile; at verò in cap. vnico loquatur de eo, qui reſidere poſſet, actuq; perciperet quotidianas diſtributiones. Verùm hæc quoque ſolutio procedere non poteſt; neq; enim conuenit litteræ, tum quia in d. capit. cum non deceat dantur fructus beneficij exceptis diſtributionibus illis abſentibus propter Eccleſiæ vtilitatem, qui poſſent percipere diſtributiones, licèt de facto non percipiant quia non reſident, vt ſatis patet ex verbis illius tex. paulò ante circa princip. huius concluſ. relatis, & ibi adnotauit Io An. in Verb. poſſent, & alij Doct. ibid. communiter, idemq; tex. d. cap. cum non deceat apertè hoc ipſum videtur ſupponere, hunc, qui ſe abſentat propter Eccleſiæ vtilitatem, iam reſidere, atq; ideo percipere poſſe, intereſſendo quotidianas diſtributiones, dum ibi dicitur, ad ſedē propterea veniēdo eandem; tum quia licèt præcitati Doct. illum tex. in c. cum non deceat impropriè loquētes intellexiſſent de eo, qui reſideret, non intereſſet tamē diuinis, atq; adeo cum effectu non poſſet percipere diſtributiones; id quidem verum in ſe eſſet, tamen ad huc litteræ non congrueret, ex qua colligi non poteſt, quòd ille, quem ibi vult Pontifex, cum abfuerit, percipere fructus præbendæ, & beneficij, exceptis diſtributionibus, non intereſſet diuinis, ſicq; actu non perciperet diſtributiones. quod enim in eo textu habetur de reſidētia, quæ minus includit, quàm intereſſentia, vt tradunt Doct. communiter d. cap. vnico, & nos alibi ſæpe admonuimus, id ad hanc rem non facit, tum quia ſolùm dicitur abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem fructus beneficiorum illius Eccleſiæ percipere, ac ſi in ea reſiderent; quoniam ad lucrandum fructus beneficiorum non requiritur



ritur intereſſentia, ſed ſola reſidentia, vt cōſtat ex c. 1.& toto ferè tit. de cler. nō reſid. tū quia nō ideo ſequitur, quin illi abſentes, antequam ſe abſentarent, in Eccleſijs non ſolùm reſiderent, ſed ēt diuinis intereſſent, neq; enim valet argumentum affirmatiuum à minori ad maius, ſed ſolùm negatiuum, vt cōſtat inter cæteros ex Bald. in l. ſi quis non dicam in princip. C. de Epiſc. & cler. afferente exemplum, ſi non licet vulnerare, neque licet occidere; non autem valet, licet vulnerare aliquem, ergo occidere; idq; latè proſequitur Bellon. de argum. leg. capit. 10. qua in re perobſcurè, & inuolutè loquitur Euerar. in loc. à minori. Ad ſeptimam igitur ſolutionem veniamus, quæ licèt à nemine, quem videre potuerim, expreſsè fuerit allata, colligitur tamen ex communibus Doctorum dictis, & ratione ipſa naturali, immo & ipſis duobus illis iuribus, quæ ſibi aduerſari videntur. ea verò eſt, vt capit.
22 cum non deceat † loquatur in eo, qui proſequitur non illius Eccleſiæ vtilitatem, cui ſpecialiter adſcriptus eſt, puta Collegiatæ Eccleſiæ, vel Cathedralis, cuius Canonicus eſt, vel Māſionarius; ſed vel ſpetialis illius Ciuitatis, puta Mediolanenſis, Bononienſis, & huiuſmodi, vel vniuerſalis; d. verò cap. vnicum procedat in proſequente vtilitatem illius particularis Eccleſiæ, cui adſcriptus eſt. Conuenitq; hæc ſolutio dd. iuribus, nam d. cap. cum non
23 deceat † loquitur de ijs, qui abſunt, & ad Sedem Apoſtolicam ſe conferunt eam circa imminētium electionum negotia inſtructuri iuxta conſtitutionem Nicol. 3. ſuper hoc editam, quæ habetur in cap. cupientes, de elect. in 6. vbi mandatur, vt in electionibus ad Cathedrales, vel regulares Eccleſias duæ ſaltem perſonæ ex electoribus ſuper negotio ipſo plenè inſtructæ cum iuribus, & monumētis ad Sedem Apoſtolicam tranſmittantur, ex quibus valeat eadem Sedes informari. d. verò c. vni-
24 cum † apertè loquitur de Eccleſia particulari, cui quis adſcriptus eſt; nam paulò ante tam in præfatione, quàm in diſpoſitione, ac regula illius conſtitutionis ſolùm de Eccleſijs Collegiatis, & Cathedralibus, quatenus particulares quædam Eccleſiæ ſunt, mentio facta fuerat; quare exceptio illa, quæ ſubijcitur de abſentibus propter Eccleſiæ vtilitatem, de eiuſdem particularis Eccleſiæ vtilitate neceſſariò intelligenda eſt, vt & exceptio ſit de regula, & præfationi diſpoſitio, diſpoſitioniſque ipſius præcedentibus ſequentia congruè reſpondeant, iur. vulg. Cōuenit etiam hæc ſolutio communibus Doctorum dictis, conueniūt
25 enim in eo Doct. tunc demum † clericū Eccleſię Collegiatæ percipere debere quotidianas diſtributiones dum abeſt propter Eccleſiæ vtilitatem, ſi ea Eccleſia in ſpetie ſit, de cuius diſtributionibus agitur, vt in terminis adnotauit Io. An. d. cap. vnico nume. 3. verſic. item intelligendum eſt, & ibi Philip. Prob. num. 29. Anchar. num. 4. in princip. Gemin. ibid. §. qui verò nu. 8. Graf. deciſ. aur. par. 2. lib. 2. cap. 15. num. 11. neque aliquis Doct. id negauit; immo Gl. & Doct. ferè omnes tum d. capit. vnico, & cap. cum non deceat, tum alibi ſæpe idem ſupponunt tanquam certiſſimū; pro quo allegant præcitati Doc. tex. in c. licèt de pręben. c. de cætero, & c. cum dilectus de cler. non reſid. ex quibus tamē iuribus id apertè colligere nō poſſum, niſi quatenus abſentes inſeruitio Epiſcopi, vel Papæ, de quibus in illis iuribus agitur, Eccleſiæ, vel cōmuni ſuę Ciuitatis, vel vniuerſali inſeruire videntur; & tamē, vt ex iiſdem iuribus conſtat, fructus quidē præbendarum,& beneficiorum percipiunt in huiuſmodi abſentia, non aūt quotidiauas diſtriautiones: melior verò tex. ex quo ēt hæc noſtra ſolutio optimè cōprobatur, eſt in d. c. ad audiētiam eod. tit. in fine iūcto d. capit. de cætero, vbi Canonici abſentes, qui cū Epiſcopo ꝑ eiuſdē,& ipſius Eccleſię ſeruitio cōmorantur percipiunt quidē fructus præbē-

darũ,ac beneficiorum,non autem quotidianas diſtributiones, vt ibi Gloſ. & Doct. adnotarunt; ex quibus ẽt, & alijs iuribus ijdem tradiderũt, abſentem in ſeruitio Epiſcopi cenſeri Eccleſiæ ipſi inſeruire,& tamen diſtributiones recipere non debent, nõ niſi quia Eccleſiæ ſuæ Ciuitatis, nõ autem illi,cui adſcripti ſunt,vtilitatem proſequũtur. Quare velint,nolint,pręcitati omnes Doct. hanc noſtram ſolutionem, ſeu conciliationem admittant neceſſe eſt; hoc enim dicunt, & intendunt, quòd ideo in d.iuribus,quę ipſi allegant,abſentes propter vtilitatem Eccleſiæ ſiue communis ſuæ ciuitatis,ſiue vniuerſalis nõ percipiunt quotidianas diſtributiones, quia non inſeruiunt illi Eccleſiæ, de cuius diſtributionibus agitur,quę nõ alia profectò eſt, quã ea, cui adſcripti ſunt. Denique hæc eadem ſolutio rationi naturali conuenit, ſuadet enim,ac docet
26 ratio naturalis † ab ea Eccleſia ſtipendium eſſe recipiendum, ad cuius vtilitatẽ principaliter quis inſudauit; neq; enim poteſt aliquis mercedem ab aliquo exigere, cui rem aliquam vtilem indirectè,quaſiq; nolens fecit,cũ principaliter ad ſui, vel alterius comodum inuigilaret; quod etiam in ſpetie diſtributionum oſtendimus ſupr. quæſt. 4.
27 concl. 2. in fin. quàmuis † ergo clericus Eccleſiæ alicuius Cathedralis,vel Collegiatæ vtilitatem proſequẽs Eccleſiæ ſuæ Ciuitatis dicatur quodammodo rẽ vtilem ſuæ quoq; Eccleſiæ facere, tamen id indirectè facit, quare ab ea habere non debet ſtipẽdium, quod ex natura ſua ei datur, qui diuinis in ſua Eccleſia intereſt,atque inſeruit, vt cõſtat ex ſępiùs per nos deductis,maximè verò ex d.cap.vnico in princip.in ijs verbis,ac ſi cõtinuè ipſis Eccleſijs in eiſdẽ officijs deſeruirent. Hinc etiam videmus abſentes in ſeruitio Papæ,ac Legati, licèt Eccleſiæ vniuerſali deſeruiant, diſtributionibus quotidianis priuari, cũ ſuæ Eccleſię non inſeruiant,vt patet ex c. cum dilectus de cler. non reſid. & nos ſupr. quæſt. 9. latiùs oſtendimus; immo & abſentes in ſeruitio Epiſcopi, nõ percipiunt diſtributiones; & tamen Eccleſiæ ſuæ Ciuitatis inſeruiunt,c. de cætero, & c. ad audientiam,de cler. nõ reſid. non niſi quia ſtipendium diſtributionum non debetur niſi ijs, qui Eccleſiæ illi inſeruiunt, cuius ſunt illæmet diſtributiones. Recipiãt ergo iſti, qui alterius Eccleſiæ, quàm propriæ, cui adſcripti ſunt vtilitatẽ proſequuntur, recipiant inquam ab ijs Eccleſijs, quibus inſeruiunt,ſalarium, & ſtipendium congruum pro ratione laboris, ac meriti tãquam publicæ vtilitati ſeruientes, ſatiſq; ſibi factum putent, ſi tanquam iuſta de cauſa abſentes fructus beneficiorum non amittunt,eoſq; acquirant in illis Eccleſijs, quarum vtilitati licèt indirectè, & minùs principaliter proſpiciunt. Atque ex his ſatis ni fallor cõprobata manet hæc noſtra ad illam antinomiam, ſeu iurium contrarietatem conciliatio, ac ſolutio. Si tamen ea fortè conciliatio antinomiæ delicato alicui non placeret tanquam noua, & à nemine allata, quòdq; nimis durũ illi videatur eum clericum, qui Eccleſiæ ſuæ Ciuitatis vtilitatem proſequitur, quotidianas diſtributiones non percipere,dicere poſ-
28 ſet † (ſitq; hæc loco octauæ ſolutionis) d. cap.vnicum procedere,vbi vtilitas Eccleſiæ euidens ſit, vt patet ex ijs verbis, aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſaret,d.verò cap. cum non deceat, vbi ea euidens non eſt, tum quòd nulla ibi mentio fiat de huiuſmodi euidẽtia vtilitatis, tum quòd caſus ibi expreſſus non habeat euidentem vtilitatem; poteſt enim eſſe,vt electio Prælati, pro cuius inſtructione duo ex eligẽtibus ad Romanam Curiam tendunt, nõ ſit Eccleſiæ vtilis propter electi indignitatem, minoremq; idoneitatem, alijſq; de cauſis. Poſſet etiam dicere (quæ erit nona ſolutio) ſpetiale id eſſe in d.caſu expreſſo in d. cap.cum non deceat, eò, quia illi, qui ad ſanctam Sedem tranſmittendi ſunt pro inſtructione d.electionis, expẽſis electi trãſ-

mitti



mitti debent,vt habetur in d. capit. cupientes, de electione in 6. ad quem tex. ſe refert Pontifex in d. cap. cum nõ deceat; atque ideo,cum iam expenſas habeant ab electo fructus verò præbendarum, quas in Eccleſia ſua obtinent, & aliorum quoque beneficiorum ſuorum loco ſalarij, ſatis conſultum videtur eorum indemnitati; neque huiuſmodi officiũ illis eſt damnoſum, quod vnum maximè intendiſſe videtur Bonif. in illo cap. cum non deceat. Denique vbi nulla ex allatis ſolutionibus, maxime verò ex tribus poſtremis iure defendi, ac ſuſtineri poſſit, aliam meliorem alij excogitent, ac perquirant. Quòd ſi nullã inueniunt, dicant, correctum eſſe illud cap. cum non deceat per cap. vnicum; quàmuis enim cano-
29 num, & legum correctio † odioſa ſit, & quantum fieri poteſt euitanda, cap. cum expediat, de elect.in 6.& l. ſi quãdo in princip. C. de inoff. teſtam. vbi
30 Gloſ. & Doct. tamen ea † admittenda eſt,vbi aliàs iura cõcordari nõ poſſunt, vt patet ex eod. c. cum expediat, ibi,ſi ſuſtineri valeant, vbi Gloſ. & cæteri id adnotarunt; præterquam quòd vtiliſ-
31 ſima, iuſtiſſimaq; eſt aliquando † veterum legum correctio,cap. ſciendum, 29. diſt. cap. non debet, de conſang. & affin. & capit. alma mater, de ſent. excom. in 6. vbi Gloſ. & Doct. maximè verò Couar. in illius repetit. 2. par. in princip. nume. 2. & 3. hanc rem latiùs proſequitur. Iam igitur de huius illorum duorum canonum, cap. vnic. & c. cum non deceat contrarietatis, ſeu antinomiæ diſſolutione dictum ſit ſatis, & ad principalis concluſionis declarationem procedamus.

Ampliatur autẽ ex ſupradictis hæc concluſio primò, vt procedat licèt huiuſmodi abſentibus propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem diſtributiones nõ concedantur à Canonicis, alijſue ſibi Collegis; nam iure proprio ſibi à canone, communiq; iure atributo eas poteſt percipere, vt conſtat ex ijs, quæ ſupra contra primam ſolutionem adduximus. Secundò ampliatur locum habere, licèt ea de re nulla ſit conſuetudo, per ea, quæ contra ſecundam ſolutionem ibid. attulimus. Ampliatur tertiò,vt tam abſentes à ciuitate, quàm in ea præſentes, qui diuinis nõ interſunt, dum Eccleſiæ ſuæ vtilitatẽ proſequũtur gaudere debeãt quotidianis diſtributionibus, ac ſi diuinis intereſſent,vt ex ijs patet, quæ paulò ante cõtra tertiam ſolutionem fuſiùs diſputauimus. Limitatur autem eadem concluſio primò, vt procedat in ijs dumtaxat, qui ob propriæ Eccleſię,cui adſcripti ſunt, non autem alterius, aut etiam ſuæ ciuitatis, vel vniuerſalis vtilitatem abſunt iuxta latiùs per nos ex probabiliori ſentẽtia tradita mox ſupra in ſeptima ſolutione. Limitatur ſecundò, vt
32 † hæc vtilitas Eccleſiæ euidẽs eſſe debeat, vt patet ex tex. d. cap. vnico §. qui verò; quod etiã ibidem Doctores communiter adnotarunt; dicitur au-
33 tem † euidens, ſi ſit manifeſta iuxta tex. in cap. 2. in princip. de verb. ſignif. in 6. & cap. cum olim §. quia verò extra eod.tit. idq; in ſpecie tradit Io. An. d. cap. vnico num. 3. & Gemin. ibid. §. qui verò num. 8. Hoc autẽ intelligendum eſt non de ea euidentia, & vt ita dicam manifeſtatione, quæ probationem excludit, per ea, quæ in caſu d. cap. 2. de euidenti nimirum defectu perſonæ eligendæ tradunt ibi Gloſ. & Doct. ſed accipiendum erit de eo, quod notum eſt ſecundùm ſe, licèt non ſecundum nos, vt loquuntur Philoſophi. Immo fortaſſe ꝓbabilius dici poſſet, hanc euidentem Eccleſiæ vtilitatẽ ita eſſe intelligendam, vt non ſit exigua, ſed conſiderabilis,& alicuius notabilis quãtitatis, quomodo etiam accipitur euidẽs vtilitas, quæ requiritur in rebus nouis conſtituendis l. 2. ff. de conſtit. Princip. & illa propter, quam rerum Eccleſiaſticarum alienatio permittitur,cap. 1. de reb. Eccleſ. nõ alien. in 6. vt nimirum id eligatur, quod non ſit dubium Eccleſiæ profuturum, cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. vbi Doct.

O 2 Redoan.

Redoan. tract.de reb. Eccleſ. nõ alien.
rub.19.nu. 129. hoc verò arbitrio boni
viri iudicandũ erit iuxta tradita per eũ
dem Redo.d.rubr.19. num. 124. Limi-
tatur tertiò hæc eadem concluſio, vt
34 procedat † modò ille, qui abeſt pro-
pter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem,aliàs,diui-
nis intereſſet, ſeu ſoleret diuinis inter-
eſſe. ita in ſpetie poſt Io. Monach. d.c.
cum non deceat docet Graf. deciſ. aur.
par.2.lib.2.cap. 15. num.13.& conſtat
ex ijs, quę de infirmis tradidimus ſupr.
quæſt.6.concl.vnica limit.1.& genera-
liter de alijs ſimilibus, quæſt.5. cõcl.2.
per totam. Limitatur quartò, & po-
35 ſtremò † niſi ille, qui proſequitur Ec-
cleſię vtilitatẽ,ad id habeat congruum
ſalarium ab ipſa Eccleſia. ita in termi-
nis voluit Graf. d.cap 15.num.11.& ra-
tio eſt, quia tunc officium non eſt am-
plius illi damnoſum, & ſic ceſſat præ-
cipua ratio, ob quam huiuſmodi ab-
ſentes propter Eccleſiæ vtilitatem per-
cipiunt quotidianas diſtributiones,
ideoq; ceſſare etiam debet diſpoſitio,
cap.cum ceſſante,de appellat.cum ſuis
concord.

Secunda concluſio. Abſens quoq;
propter euidẽtem neceſſitatem Eccle-
36 ſiæ † percipere debet quotidianas di-
ſtributiones, ita in terminis docet Ar-
chidia. d. cap.vnico num. 1.& Graf. d.
cap.15.num. 10. ex eoq; probatur tum,
37 quòd euidens † vtilitas, ac neceſſitas
Eccleſiæ æquiparatur, vt in cap. tali 1.
quæſt.7.cap.mutationes, & capit.ſcias,
7. quæſt. 1. cap. expoſuiſti de præb.&
d.cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.
vbi Doct. lateq; Redo. d. tract. de reb.
Eccleſ. non alien. rubr. 18. num. 27.&
38 49.tum etiam quia neceſſitas † legi nõ
ſubiacet, & facit licitum quod aliàs
non eſſet licitum, d. cap. mutationes 7.
quæſt. 1. de conſecr. diſt.1. cap. ſicut.c.
quod non eſt, ext. de reg. iur.cum alijs
concord. de quibus ibi per Gloſ.

Ex his autem duab. Concluſionibus
39 infertur primò; quòd, ſi † Epiſcopus
præcipiat alicui Canonico, vt pro eui-
denti neceſſitate Eccleſiæ vadat ad Cu
riam Romanã, vel alium locum, quod
quidem præcipere poteſt iuxta not. in
cap. quid ergo,11. quæſt.3.& cap. fin.
23.quæſt.1. cum ſimil. iſq; eo tempore
ſumat legationem, huiuſmodi diſtri-
butionibus fraudari non debet. id in
hæc ferè verba infert Archid. d. capit.
vnico nu.2. quẽ ſequitur Graf. d. c. 15.
num. 10. cuius illationis duplicem ra-
tionem affert Archid. altera eſt, quia
tunc Eccleſiæ deſeruire intelligitur,&
eſſe reſidens in eadem, vt in c. ex parte
il 2. extra de cler.non reſid.verùm hæc
ratio dupliciter deficit, primò, quia
procedit ſolùm in eo,qui abeſt propter
Eccleſiæ vtilitatem, non verò propter
eiuſdem neceſſitatem, quomodo etiam
loquitur d. cap. ex parte, deinde quia
non ſufficit, quod quis habeatur pro
reſidente, vt poſſit percipere diſtribu-
tiones, cum eæ ſolùm dentur intereſ-
ſentibus, vt notant Doct. omnes d.cap.
vnico,& nos alibi ſæpe docuimus. Al-
tera igitur ratio eſt vniuerſalior qui-
dem, ſed melior, quia non debet alicui
officium ſuum eſſe damnoſum,d.capit.
cum non deceat,de elect. in 6.cum alijs
concord. Cui addi poteſt & illa ratio,
quòd euidens neceſſitas Eccleſiæ illius
euidenti vtilitati æquiparatur, vt pau-
lò ante oſtendimus.

40 Infertur 2. † eũ,qui ſine fraude pro-
ſequitur, ſeu tuetur iura Eccleſiæ ſuæ,
cui adſcriptus eſt, percipere debere
quotidianas diſtributiones. Ratio il-
la vnica,& optima eſt,quoniam iſte di-
citur proſequi Eccleſiæ vtilitatem, &
propter eam abeſſe,d. cap.ex parte il 2.
de cler. non reſid.iuncta Gloſ. & quod
ibi tradunt Doct. communiter. Ex qua
41 illatione ſubinfertur primò idem † di-
cendũ de illis duobus Canonicis, quos
tam ex Trident. Cõcilij decreto,quàm
alia ratione adhibet Epiſcopus in ijs
ſtatuendis, quæ ad diuinum cultum,
diuinaq; officia, & Eccleſiæ miniſtros
pertinent iuxta ſuperiùs dicta quæſt.8.
illat. 3. modò de Eccleſia etiã propria
directè, ac principaliter agatur; cer-
tum eſt enim eos tunc Eccleſiæ proprię
vtilem



42 vtilem rem facere; Idemq; etiam † de
omnibus caſibus, in quibus Epiſco-
pus vel de iure communi antiquo, aut
nouo Concilij Trid. de quibus d. q. 8.
illat. 6. aut de conſuetudine legitimè
præſcripta tenetur adhibere cõſilium,
aut conſenſum Capituli; illi enim Ca-
nonici à Capitulo deputati ad huiuſ-
modi conſenſum,conſiliumue præben-
dum, ſi abſq; fraude tempore diuino-
rũ ea de cauſa abfuerint à Choro per-
cipient quotidiauas diſtributiones, vt
d. illat. 6. admonuimus; & ratio eſt,
quia, cum abſint, vt Capituli ſui ius
tueantur, ſatis ob Eccleſiæ ſuæ vtilita-
tem abeſſe intelliguntur; nam inter cæ-
tera iura Capituli, & Eccleſiæ hoc eſt,
vt ijs in caſibus d. Capituli conſilium,
& conſenſus haberi debeat. Subinfer-
43 tur ſecundò,† Syndicum Capituli, quẽ
alij Theſaurarium, alij Caneparium vo-
cant, ſaltem dum iura, & negotia Ca-
pituli in iudicio, vel extra proſequitur,
ac tuetur, huiuſmodi diſtributionibus
priuandum non eſſe; idq; licèt habeat
ſalarium, atq; adeo videatur officium
illi non eſſe damnoſum, & ſic ceſſare
præcipua ratio ſuperiùs allata, ob quã
abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem
percipere debent quotidianas diſtri-
butiones iuxta ſupradicta in cõcl. 1. li-
mit.4.nam illud ſalarium, quod ſyndi-
cis datur,vt plurimũ reſpondet dumta
xat labori, quem ſuſcipiunt in exigen-
dis fructibus,& reditibus Eccleſię,non
autem pro iurium illius tuitione,ac de-
44 fenſione; quòd ſi † vtrique labori re-
ſpondeat, congruumq; ſit, liberè fa-
teor, non poſſe huiuſmodi ſyndicum
quotidianas diſtributiones percipere;
45 ſi tamen † ei concedantur à Capitulo,
licitè fortaſſe illas poterit retinere, cũ
probabilem illi cauſam habeant cõce-
dẽdi, & ſic benè loquetur Gloſ. d. cap.
vnico Verb. vtilitas in prima ſolutione
in præcedenti concluſ. relata; neq; il-
li obſtabunt ſupr. concl. 1. in 1. ſolutio-
ne per nos contra eam adducta; nam ea
militant vbi abſolutè, atque indiſtin-
ctè huiuſmodi conceſſio, ac remiſſio
permittatur, quomodo loqui videba-
tur ibi Gloſ. Quod ſi iſte ſyndicus Ca-
pitularis nullum omnino habeat ſala-
rium, vel non congruum labori, quem
ſubit pro exigendis Eccleſiæ ſuæ redi-
46 tibus, tunc puto † propter hanc quoq;
cauſam abſenti quotidianas diſtribu-
tiones denegari non poſſe, cum ſatis cẽ
ſeatur Eccleſiæ ſuæ vtilitatem proſe-
qui, dum illius miniſtros ſuſtentare,
atque alere nititur, eius communes re-
ditus, atque prouentus Eccleſiaſticos
exigẽdo. immo,& in hoc agitur de eui-
denti Eccleſiæ neceſſitate; neceſſe eſt
47 enim † vt Eccleſiæ miniſtri ſuſtenten-
tur, maximè verò Eccleſiaſticis rediti-
bus ad id deputatis, vt conſtat ex cap.
cum ſecundùm Apoſtolum, de præben.
in princip.& ex ijs, quæ latiùs adduxi-
mus ſupr. 1. par. quæſt. 1. ad finẽ quæſt.
2. circa princip. quęſt.4. circa medium,
& quæſt. 5. concl. 1.& 2. Qua ratione
idem dicendum eſt de ijs, qui iuſſu Ca-
pituli occupatur in ijſdẽ reditibus Ca-
pitularibus cuilibet de Capitulo, ſeu
Collegio aſſignandis rationes ſubdu-
cendo, aut diſtribuendis, aliudue ſi-
48 mile circa eos agẽdo. Illud verò † in-
dubitatiſſimum mihi eſt, cum id ratio-
nabile admodum neque omnino con-
tra, ſed potiùs præter ius ſit, conſuetu-
dine induci, vel ſtatuto caueri poſſe, vt
ſyndicus Capituli abſens ( ſine fraude
tamen iuxta cap. ex parte il 2. de cler.
non reſid. ) vt reditus menſæ Capitu-
laris, quæ in quotidianas diſtributio-
nes diuiduntur, exigat, clericiſq; Col-
legiatarum Eccleſiarum aſſignet, ac di
uidat quotidianas diſtributiones eo tẽ
pore acquirere, ſi ſalarium ad id con-
gruum non habeat; probabile verò eſt,
ſi ſalarium habeat per ea, quæ de con-
ſuetudine circa huiuſmodi res ſequẽt.
quæſt. ac de ſtatuto quæſt. 13. latiùs in-
feriùs differemus.

Infertur tertiò quid dicendum de
Canonico, vel Manſionario, qui cele-
brat in Eccleſia Collegiata, vel Cathe-
dralis, cui eſt adſcriptus, dum diuina
officia celebrantur, an nimirum pro eo
tempore

tempore percipere poſſit quotidianas diſtributiones. Vt autem hac in re, quæ quotidiana eſt, communiſq́; multis Eccleſijs, & de qua nuper interrogatus fui, maiori cũ diluciditate procedatur, tres diſtinquendi ſunt caſus. Primus eſt, quando Canonicus, vel Manſionarius habet Capellaniam ex titulo, quia ſibi ex diſpenſatione collata ſit Capellania habenti Canonicatũ, vel portionem in Eccleſia Cathedrali, ſeu Collegiata; vel contra habenti titulũ Capellanię ex huiuſmodi diſpenſatione collata ſit portio, vel dignitas, aut Canonicatus in eadem Eccleſia: Et
49 hoc † in caſu Feder. de ſen. conſ. 120. in fin. voluit, talem Canonicum celebrantem dum diuina officia recitantur illa hora, qua celebrat vt Capellanus, priuari debere quotidianas diſtributionibus, quas haberet, vt Canonicus. Feder. ſequuntur, licèt malè eum allegent, Abb. in cap. cum olim num. 6. Fel. ibid. num. 2. & Franc. d. c. vnico §. fin. ad finem de cler. non reſid. in 6. & Gig. conſ. 144. num. 26. Ratio verò huius deciſionis ſecundùm Feder. ille eſt, quia dum non ſeruit in Choro, vt Canonicus, non debet habere ſtipendium deputatum ſeruitoribus Chori iuxta cap. cum ſecundùm Apoſtolum,
50 de præben. vbi tamẽ † nihil quod omnino ad rem faciat, ſed ſolùm quòd, cum qui altari ſeruit, de altari viuere debeat, dignum eſt Clericos Eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentari; atq́; ideo ordinator, vel eius ſucceſſor compellitur in neceſſarijs prouidere ei, qui ſine titulo fuerit ordinatus, donec titulũ conſequatur. Pręterea huic rationi obſtat, quòd, cum ille Canonicus, ſeu Manſionarius celebrando videatur rem vtilem facere illi Eccleſiæ, cui adſcriptus eſt, videtur etiam percipere debere diſtributiones. Abb. verò d. num. 6. illam rationem affert, quia quando conſtat, quòd is, in cuius perſona duo iura concurrunt, deſeruit Eccleſię reſpectu vnius ex dictis iuribus, nõ debet habere diſtributiones reſpectu alterius iuris, ſecus verò quando nõ conſtat reſpectu cuius iuris deſeruiat; nam tunc cũ non appareat maior ratio, cur habere debeat reditus, ac diſtributiones reſpectu vnius iuris, quã alterius, habebit reſpectu vtriuſq́; hanc etiam rationẽ affert Fel. licèt ſub oſcurè loc. cit. quia, inquit, cognoſcitur hic, quòd perſona repræſentans duos ſeruit ratione vnius qualitatis repræſentatæ, hoc eſt, quòd iſte Canonicus celebrans in Eccleſia Collegiata celebrat dumtaxat vt Capellanus, & reſpectu Capellaniæ, quam obtinet, non autem vt Canonicus, ſeu reſpectu Canonicatus; atq; adeo pro eo tempore percipere ſolùm debet reditus, qui reſpondent Capellaniæ, non autem Canonicatui. Verùm hæc quoq; ratio quoad poſteriorẽ eius partem quatenus per eam probare intendebant Abb. & Fel. Archidiaconum ſimul, & Canonicum poſſe percipere duplices diſtributiones reiecta fuit ſupr. quæſt. 4. concl. 2. circa medium, vbi oppoſitam ſententiã veriorem eſſe oſtendimus. Priori verò eiuſdem rationis parti obſtat, quòd celebrans in Eccleſia, cui eſt ad ſcriptus, videtur illi rem vtilem facere, ideoq; percipere debere illius diſtributiones. Ratio igitur huius deciſionis, cui nos quoq́; ſubſcribimus, illa eſſe poteſt, quòd, cum hæc Capellania titularis
51 † diſtinctum beneficiũ faciat à Canonicatu, vt de ſe patet, immo & Capellania diſtinctam quodammodo Eccleſiam faciat ab illa Eccleſia, in qua ſita eſt, vt ſatis conſtat ex cap. 1. & fin. nec non cap. vnico iunctis rubr. de Capell. monach. in quib. iurib. Capellæ vocãtur Eccleſiæ, quod etiam præſtitit idẽ Fel. in cap. ex parte il 2. num. 1. de reſcript. & cap. cum deputati num. 5. de iudic. Abb. & alij in cap. expoſuiſti de præben. Paul. Fuſc. in tract. de viſit. & regimin. Eccleſ. lib. 2. cap. 11. num. 4. & cap. 16. num. 2. Hinc fit, vt dum quis Capellaniæ ſuæ inſeruit, non dicatur Eccleſiæ, in qua Capellania ſita eſt, inſeruire; ideoq́; iſte Capellanus titularis,



ris, dum celebrat in capella ſua, non cenſeatur deſeruire, remq́; vtilem facere Eccleſiæ Collegiatæ, cui alioqui adſcriptus eſt; ſicq́; tollitur, quod cæteris aliorum rationibus mox allatis obſtare videbatur; cui etiam obiecto ex hac ipſa ratione aliter reſpondetur; quòd, cum iſte celebrans ad id congruum habeat ſtipendium, quod indirectè, ac minus principaliter in Eccleſiæ ſuæ Collegiatæ vtilitatẽ vergit Eccleſia maximè ipſa locnm tribuente, ac Sacras fortaſſe veſtes, cæteraq́; ad ſacrificiũ neceſſaria ſubminiſtrante, huiuſmodi ſtipendio cõtentus eſſe debet, neque eas diſtributiones quærere, quæ vel Choro aſſiduè, ac perſonaliter inſeruientibus, vel rem euidenter Eccleſiæ vtilem, idq́; directè, ac principaliter, gratisq;, aut ſine congruo, ac ſufficienti ſtipendio faciẽtibus tribuuntur. Secundus caſus eſt de ijs Capellanis, quos pleriq; mercenarios, ſeu amouibiles vocant non ab Epiſcopis inſtitutos, ſed ab hæredibus dũtaxat, vel pio aliquo Collegio ex voluntate defunctorum electos, ac deputatos, de quibus fortaſſe intellexit Põtifex ĩ Extrauag. poſtulaſti verſic. porrò declarationem de præben. & dignit. inter commun. ſed aliquid tradit Petr. Gregor. Thol. in tract. de benef. cap. 11. nu. 10. in fin. Guid. Pap. in deciſ. 187. per totam, & Fuſc. d. tract. de viſit. lib. 2. cap. 11. nu.
52 12. an † nimirum Canonici, ſeu Manſionarij, qui huiuſmodi Capellanias obtinent in Eccleſijs Collegiatis, dum tempore diuinorũ officiorum in ijſdẽ Eccleſijs celebrant, illius horæ diſtributionem percipere debeant. Et hoc caſu probabile puto aliquando hunc celebrantem illius horæ diſtributionẽ non amittere, puta, cùm cauſa per ſuperiorem cognita illa hora celebrat, qua magis expedit, vtileq́; eſt Eccleſiæ illi, vt Miſſæ ſacrificium celebretur; cũ enim, vt plurimum in Eccleſijs Collegiatis quam plures priuatæ Miſſæ ex diuerſis legatis, pijſq́; defunctorum voluntatibus celebrentur; expediatq́; eas non ſimul, & cateruatim celebrari, ſed ita diſpoſitè, vt pro earum numero aliquę ſemper ſingulis horis matutini temporis reſpondeant; id verò longè meliùs fieri poſſit, ſi non exteri ſacerdotes adſciſcantur, ſed proprijs illarum Collegiatarum Eccleſiarum Sacerdotibus munus hoc demãdetur; reliquum eſt, vt non modò vtile, ſed etiam neceſſarium ſit aliquos ex his ſacerdotibus, qui vel Canonici erunt, vel Manſionarij, tempore diuinorum officiorum abeſſe à Choro, vt in eadem Eccleſia Miſſas celebrent; quare cum non modò vtilitas, ſed etiam neceſſitas Eccleſiæ in hoc verſetur, dicendum erit poſſe hos eo tempore dum celebrant quotidianas diſtributiones percipere; ſèd quoniam non eſt maior ratio, cur vnus abſit, quã alius, poteſtq́; vna parte matutini temporis maior neceſſitas imminere maioris numeri Miſſarum, quàm alia propter maiorem, vel minorem populi conuenientis multitudinẽ, aliamue rationabilẽ cauſam; ideo hiſce in rebus diſernendis iſti iudices eſſe non debent, ſed iudicio ſuperioris id committendum erit, qui hiſce, alijſq́; huiuſmodi circunſtantijs diligenter perpenſis, vel vnicuiq; ſiue Canonico, ſiue Manſionario ſuam horam, vel hebdomadam aſſignabit, qui tali hora ſingulis diebus celebrare debebit, ꝑ vt in Metropolitana Eccleſia, Mediolanenſi factum audio ab Illuſtriſs. æter. mem. Carolo Cardinali Borromæo eiuſdem Ciuitatis dum viueret Antiſtite vigilantiſſimo, eiuſue ſucceſſore, vel aliter ſtatuet prout magis Eccleſiæ expedire in Domino iudicabit. Neq; huic deciſioni obſtabit quod contra priorẽ caſum adduximus; nam hoc in caſu Capellania non ſe habet vt diſtinctũ beneficium, diſtinctaq́; quodãmado Eccleſia, cui particulariter, & magis principaliter inſeruire cenſeatur celebrãs, quàm Collegiatæ ipſi, cui ad ſcriptus eſt, & à qua diſtributiones percipere ſolet, quare cum magnam Eccleſiæ vtilitatẽ afferant iſti Capellani hoc modo

do ac tempore celebrando, & ab ipſa
nullum ob id comodũ aliter ſentiant,
æquum eſt, vt illud ſaltem percipiant,
quòd, cum Canonici ſint diſtributio-
nibus pro eo tempore, quo eidem ſatis
ſeruire, remq; vtilem facere compro-
bantur, nullo modo carere debeāt. Ter
tius, ac poſtremus caſus eſt, quãdo Ca-
nonicus, ſeu portionarius in Eccleſia
Cathedrali, vel Collegiata non quia
Capellaniam titularem aut etiam mer
cenariam in ea Eccleſia obtineat, ſed
ex mera deuotione, ac pietate ibidem
celebrat; verùm id præſtat tẽpore, quo
diuina officia in Choro recitantur, cũ
tamen fortaſſe poſſet extra illud tẽpus
53 celebrare; & hoc caſu † magis eſt indu
bitatum, ꝙ iſte celebrans debet eo tem
pore pcipere diſtributiones; idq; pro-
batur à fortiori iiſdẽ ferè rationibus,
quas in ſuperiori caſu adduximus; ma-
ior.n. hic Eccleſiæ vtilitas apparet, cũ
numerus ſacrificiorum augeatur in il-
la Eccleſia ſine eius diſpẽdio. Sed quo-
niam effrœnatus numerus potiùs con-
fuſionem aliquando, & incommodum
parere, quàm vtilitatem afferre vide-
tur, ideoq; refrænandus, & coercen-
dus eſt l. 1. ff. de teſt. cap. ſignificaue-
runt, & cap. cum cauſam, extra eod. tit.
54 eam ob cauſam † non id paſſim, & in-
diſtinctè admittendum eſt, aut iudi-
cio illorum, qui celebrare cupiũt, com-
mitendum, ſed ſuperiori, ſeu eius, qui
Choro præfectus eſt, arbitrio, & iudi-
cio, qui cõſiderata Eccleſiæ qualitate,
proſpiciensq; ne Eccleſia miniſtrorũ,
& Choro inſeruientium defectum pa-
tiatur, arg. cap. cum ad hoc, de Cler. nõ
reſid. tot permittet diuinorum tempo-
re celebrare, vt Chori priùs neceſſitati
ſubueniat, tum reliquæ Eccleſiæ con-
ſulat vtilitati, aut etiam neceſſitati. Ex
quo patet reſponſio ad id, quod contra
huius, & præcedẽtis caſus deciſionem
55 obijci poterat † ex Concil. Prouinc. 4.
Mediolanen. ſub tit. de diſtribut. verſ.
quicunq; vbi hac de re ſtatuitur in
hæc verba. Quicunq; dum alicuius ſta
tæ horæ officium in Choro peragitur,
Miſſam celebrando tunc à Choro ab-
fuerit, illus horæ diſtributiones tam-
quam abſens particeps ne ſit, vt à San-
cta ſede Apoſtolica declaratũ eſt; quæ
declaratio illa forte eſt, quam reperio
ĩter manuſcriptas declarationes ſacrę
Congregationis, quæ præeſt interpre-
tationi Trid. Concil. ad ſeſſ. 24. cap.
12. de reform. in vna Mediolanenſi in
hæc verba; Canonici, qui extra Cho-
rum licèt etiam celebrent ex cauſa de-
uotionis in eadem Eccleſia, non cen-
ſentur præſentes; ſi autem celebrent ex
iuſſu ſuperioris habentur pro præſen-
tibus; & enim tam huiuſmodi decre-
tum Prouinciale, quàm Sedis Apoſto-
licæ declaratio ita intelligenda ſunt,
vt nõ paſſim, & indiſtinctè debeat qui
celebrat tempore diuinorum percipe-
re illius horæ diſtributionem, ſed cum
ea moderatione, quam nos ſuperiùs
adhibuimus, quod patet ex verbis ipſis
illius declarationis, & illis verbis eiuſ-
dem Prouincialis Concilij, quæ ſtatim
ſubijciuntur; Id verò niſi præ abſentia
ſacerdotum, qui in Eccleſia tunc Miſſę
ſacrificium faciant, neceſſitas aliquan-
do inciderit, vt præfectus Canonicum
aliquem ſacerdotem è Choro exire, à
ſtatæq; horæ officio abeſſe Miſſæ cele-
brandæ cauſa iubeat. Quid autem poſ-
56 ſit † hac in re conſuetudo, vel ſtatutũ
Eccleſiæ, colligi poterit ex his, quæ in
duab. ſeqq. queſtion. latiùs diſſeremus.
Atque hæc de hac tertia illatione di-
cta ſint ſatis.

Infertur quartò, quid dicendum de
Canonicis, aut Manſionarijs præfectis,
vel adminiſtratoribus piorum locorũ,
aut Collegiorum, aut fabricæ Eccleſia-
rum ſuæ Ciuitatis, qui ſine fraude tem
pore diuinorum abſunt, vt Pijs illis lo-
cis, aut Collegijs, aut fabricæ rem ali-
57 quam vtilem faciant, an † pro eo tem-
pore quotidianas diſtributiones per-
cipere debeant. Et quidem de præfe-
ctis, ſeu adminiſtratoribus fabricæ, vel
Sacriſtiæ illius Eccleſiæ, cui tanquam
Canonici, vel etiam Manſionarij ad-
58 ſcripti ſunt, indubitatum † puto, quòd
debeant



debeant percipere; agitur enim de eui-
dẽti illius Eccleſiæ vtilitate, vel neceſ-
ſitate, à qua diſtributiones ſolent reci-
pere; quo caſu deberi huiuſmodi ab-
ſentibus quotidianas diſtributiones cõ
ſtat ex d. cap. vnico §. quia verò, & alijs
ſupr. adductis hac ipſa quæſt. concl. 1.
& 2. in princip. Quod verò pertinet ad
Seminarij, Hoſpitalium, aliorumq;
piorum locorum, & Collegiorum Ec-
cleſiaſticorum adminiſtratores, aut fa
bricæ Eccleſiarum generalem præfe-
59 ctum, certiſſimum exiſtimo † Canoni-
cos, vel Manſionarios, dum huiuſmodi
adminiſtrationi, aut operi tempore di-
uinorum officiorum operam dant, di-
ſtributiones illarum horarum, quibus
abſunt, percipere nõ debere; licèt enim
rem vtilem Eccleſiæ ſuæ Ciuitatis illi
omnes facere videantur, tamen id non
ſufficit ad acquirẽdas in abſentia quo-
tidianas diſtributiones ex capite abſen
tiæ propter Eccleſiæ vtilitatem; ſed re-
quiritur, quòd quis proſequatur vtili-
tatem illius Eccleſiæ in ſpetie, cui ad-
ſcriptus eſt, iuxta probabiliorem, &
veriorem opinionem, quam ſupr. hac
ead. quæſt. concl. 1. in 7. ſolutione ſe-
cuti ſumus, & ſatis in fallor, compro-
bauimus. quare illud, quod ſupr. q. 8.
illat. 2. dicebamus de Canonicis vnà
cum Epiſcopo ex decreto Trid. Conc.
rem Seminarij gerentibus, & illat. 3. de
illis Canonicis, quos ex pręſcripto eiuſ
dem Tridentini Cõcilij Epiſcopus ad-
hibere debet in conuertendis certis in
caſibus Hoſpitalium reditibus in aliũ
pium vſum, quòd ij nimirum pro eo tẽ-
pore quotidianas diſtributiones perci-
perent, id intulimus ex ea opinione,
quæ admittebat vtilitatẽ Eccleſiæ pro-
priæ ciuitatis ſufficere ad hoc, vt abſen
ti propter vtilitatem Eccleſiæ deberẽ-
tur diſtributiones; quam difficultatem
nondum terminaueramus, vt etiam d.
quæſt. 8. in fin. admonuimus, quod de-
inde præſtitimus in hac quæſt. d. con-
cl. 1. Illud verò probabiliſſimum puto,
60 † poſſe conſuetudine legitima, vel ſta-
tuto Eccleſiæ, maximè ſi auctoritate
Apoſtolica fiat, induci, ac decerni, vt
indiſtinctè adminiſtratores Piorum lo
corum, & Collegiorum Eccleſiaſtico-
rum quotidianas diſtributiones perci-
piant, dum ijs rem vtilem faciunt tem-
pore diuinorum per ea, quæ de uiribus
conſuetudinis, ac ſtatuti circa diſtribu
tiones abſentibus concedendas duab.
ſeqq. quæſtion. fuſiùs diſputabimus.
Qua ratione in ſtatutis Metropolitanæ
Eccleſiæ Mediolani ab Illuſtriſs. ſem-
per recol. mem. Carolo Card. Borro-
męo Archiepiſcopo Apoſtolica aucto-
ritate ſibi attributa confectis ſub tit.
qui abſentes in præſentium numerum
cenſeantur, cautum eſt, vt præſentes in
Choro cenſeantur, qui Seminarij, ſicut
fabricæ Metropolitanæ Eccleſiæ cura-
tioni, procurationiue præfecti ſunt.
61 Infertur quintò † Canonicum, qui
cauſa examinis, vel tanquam exami-
nator à ſynodo diœceſana electus ex
decreto Trident. Concil. ſeſſ. 24. capit.
18. de reform. vel alia ratione ad exa-
men deputatus fuit, dum ea de cauſa
à Choro abeſt, cum non Eccleſiæ ſuæ,
cui adſcriptus eſt, ſed dumtaxat Ec-
cleſiæ ſuæ Ciuitatis, ac Diœceſis, ſeu
Epiſcopi ſui deſeruiat, nõ debere quo-
tidianas diſtributiones percipere, niſi
huiuſmodi examinatoribus examinis
cauſa abſentibus illæ concedantur vel
ex ſpetiali priuilegio, vel ex conſuetu-
dine legitimè præſcripta, vel deniq; ex
ſtatuto Capituli, & Eccleſiæ propriæ,
quale eſt ſtatutum Mediolanen. Eccle
ſiæ ſub tit. mox allegato; tunc autem
ſine fraude abeſſe ab Eccleſia debet.
62 Infertur ſextò, idem dicendum † de
Canonico, ſeu Manſionario abſente
cauſa viſitationis, vt nimirum ſecluſo
huiuſmodi priuilegio, conſuetudine,
aut ſtatuto, quale eſt in d. Metropoli-
tana loc. cit. percipere nõ debeat quo-
tidianas diſtributiones, dum cauſa vi-
ſitationis à Choro abeſt; neque enim
propriæ Eccleſiæ, cui eſt adſcriptus de-
63 ſeruit; ſecus verò dicẽdum eſſet, † vbi
cum Epiſcopo, ſeu eius Vicario Gene-
rali, aut de illorum alterius mandato
P Eccle-

Eccleſiam propriam viſitaret; tunc.n. eiuſdem vtilitatem procuraret, ideoq; diſtributionibus priuandus non eſſet. quod igitur Io.Mon.d. cap.vnico nu.2. & ibi Philip.Prob.in addit.num.11. Io. An.num.1.Gemin.eod. cap.in princip. num.4.Franc.num.2. dicunt Archidiaconum viſitātem ſuam Eccleſiam percipere quotidianas diſtributiones, vel accipiendum eſt ſtante conſuetudine, prout ipſi loquuntur, ideo inferentes talem conſuetudinem nō tolli,aut improbari à Summo Pontifice in d. cap. vnico, vel ideo etiam verum eſt quia ſic viſitādo ſeruit Eccleſiæ propriæ, vt ijdem Doct.ibid. adnotarunt admonētes quoq; hunc Archidiaconum, vt caueat, ne viſitet cauſa alterius commodi,quia tunc, inquiunt, non excuſaretur arg.l.item hi, & ſeq.ff.ex quib.cau. maior. cum ſimil. ſecus verò omnino dicendum eſt, vbi iſte Archidiaconus non propriam Eccleſiam, ſed ſolùm Eccleſiam ſuę Diœceſis viſitaret etiam iure viſitandi ſibi competente; nam tunc non eſſet habendus pro præſente in Choro, ita decidit Sacra Congregatio Trident. Concil. ad ſeſſ. 22.c. 3. de reform. in vna Oxomenſi, prout reperi in Manuſcriptis declarationibus, quæ habētur in Ciuitate Mediolanēſi; idemq; cenſuit eadem Cōgregatio ad ſeſſ 24.cap.12.de reform.in vna Tudertina,prout legi in ijſdē Manuſcriptis.

Infertur ſeptimò, quid dicendum
64 † de Pœnitētiario,qui ex decreto Tridentinæ ſynodi ſeſſ. 24. cap. 8. de reform. in omnibus Cathedralibus Eccleſijs, vbi id commodè fieri poteſt, cum vnione præbendæ proximè vacaturæ, inſtituendus eſt, vbi inſtitutus non fuerit, an nimirū dum confeſſiones in Eccleſia audit, præſens in Choro interim cenſendus ſit; nam de iure cōmuni antiquo ex ſupradictis concl. 1. in ſeptima ſolutione audacter dicerem eum non fore interim cenſendum in Choro præſentem; licèt enim in Eccleſia propria Confeſſiones audiat, tamen id non in eius Eccleſiæ vtilitatem cedit, ſed vel vniuerſalis Eccleſiæ, vel communis toti Ciuitati, ac diœceſi; id autem ei conceſſum eſt ſpetiali, ac nouo iure à Trid. Conc. d. cap. 8. immo dum expreſsè hoc ſancta ſynodus ſtatuit apertè innuit, ſecus fore, ſi non ſtatueret; neq; enim ibi antiquum ius declaratur, ſed nouum conditur. dum autem vult dumtaxat,quòd præſens in Choro cenſeatur, non complectitur
65 † alias diſtributiones,quas extra Chorum litaniarum,proceſſionumue, quæ per vrbem aguntur, nomine Canonici percipere ſolent; quod ea in ſpetie ad tollendam omnem dubitationē in allegato Metropolitanæ Eccleſiæ ſtatuto cautum legimus. Illud ſanè admittendum eſt, quòd, dum Pœnitentiarius audit confeſſiones etiam peccatorum nō reſeruatorum,aut venialium, præſens in Choro cenſendus eſt,pro vt declarauit ſacra Cōgregatio,quæ præeſt interpretationi Tridentini Concilij in vna Mediolanenſi ad d. ſeſſ. 24. cap. 8.eiuſdem Concilij;atq; adeo percipere poterit eo tempore quotidianas diſtributiones, quæ propter præſentiam in Choro, hoc eſt intereſſentiam diuinorum tribuuntur, vt in ſpetie ſtatuit concil. Mediolan. Prouinc. 5. tit. quæ ad diſtribut. pertin. Non cenſebi-
66 tur tamen † præſens dum Miſſam celebrat,aut priuatum officiū dicit, etiam vt opportuniùs confeſſiones audiat, vt eadem Congregatio ad d.cap.8.in alia Mediolanenſi declarauit. Deniq; dum idem Cōcilium ibidem ſpetialiter hoc in Pœnitentiario ſtatuit, ſecus de iure
67 cōmuni dicendum erit † de alijs Canonicis, qui non tanquam Pœnitentiarij cōfeſſiones tempore diuinorum officiorum audiunt etiam in propria
68 Eccleſia; licèt † ſpetiali iure eiuſdem ſtatuti noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ idem illis, quod Pœnitentiario conceſſum ſit;Id quod etiam tamquam ſatis rationabile conſuetudine legitima induci poſſe puto, per ea quæ dicemus infra quæſt. ſeq. concl.1.limit. 1.Idem autem dicendum putarem de ijs Cano

nicis



nicis,qui vel in partem miniſterij Maioris Pœnitentiarij, tanquam minores pœnitentiarij vocati à ſuperiore nullo congruo ſtipendio ijs aſſignato mittūtur, vel ſaltem de eo, qui vacante Pœnitentiali præbenda ad tempus in id munus ſubſtituitur; tunc enim tanquā ſubrogatus ſapere debet naturā eius, in cuius locū ſubrogatur iur. vulgar. atq; ad eo ſicut Pœnitentiarius ipſe cōfeſſiones audiens, tempore diuinorum officiorū percipere deberet quotidianas diſtributiones; cum ijs tamen moderationibus, quas mox attulimus.

Infertur octauò, quid dicendum, de Canonico,ſeu obtinente dignitatem in Cathedrali, vel Collegiata, qui ſimul habeat curam animarum in alia Eccle
69 ſia, an † is dum in Eccleſia curata reſidet, ac miniſtrat præſens haberi debeat in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis quoad percipiendas quotidianas diſtributiones. Clarum enim eſt ex ſupradictis, quòd cum ſuæ Eccleſiæ, cui tamquam Canonicus adſcriptus eſt, non inſeruiat, ſed Eccleſiæ tantum ſuæ ciuitatis, aut diœceſis, habere nō debeat diſtributiones tempore, quo a Choro abeſt, vt curæ animarum inſeruiat: ſed id poſtea reperi deciſum à fœl. recor. Pio V.Sum.Pontif. conſtit. 64. inter eius conſtit. quæ incipit, cupientes, vbi decernit, vt rectores Parochialium, qui obtinent Canonicatus, vel dignitates in Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſijs, ſi reſideant in Eccleſijs Parochialibus lucrētur omnes, & ſingulos fructus, reditus, & prouentus ſui Canonicatus, vel dignitatis, exceptis quotidianis diſtributionibus. quæ quidem conſtitutio, cum in ea profiteatur Pontifex ſe inhærere etiam Concilij Tridentini decretis, non debet aduerſari decreto eiuſdem Concilij ſeſſ. 12. cap. 3. de reformat. quo ſtatuitur,vt ſi alicui ex dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis cura animarum extra Ciuitatem in Diœceſi immineat,cui is, qui dignitatem obtinet,incumbere voluerit; tunc pro tempore, quo in curata Eccleſia reſederit, ac miniſtrauerit, tanquam præſens ſit, ac diuinis interſit,in Eccleſijs Cathedralibus, ac Collegiatis habeatur; loquitur enim ibi
70 Concilium † non de diſtributionibus propriè ſumptis,quæ quotidianę diſtributiones verè, ac ſtrictè dicuntur, ac ſunt, vt in hac ſpetie adnotauit Thom. Zerol. in Prax.Epiſc. Verb. diſtributiones quotidianæ verſic. ad tertium ibi, ſecundò debentur alicui in dignitate poſito, qui ratione illius dignitatis habet curam animarum, &c. iunctis ijs verbis, quæ paulò poſt ſubijciuntur; ratio eſt, quia iſtę dicuntur diſtributiones impropriæ; ſed loquitur Cōcilium de illis diſtributionibus, in quas Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati diuidere poſſunt tertiam partem detractam ex fructibus, & prouentibus quibuſcunq; omnium dignitatum, perſonatuum,& officiorum in Eccleſijs Cathedralibus,vel Collegiatis exiſtentiū, in quibus iam adſunt ſufficientes diſtributiones quotidianæ propriè ſumptæ, prout Sacra Congregatio eiuſdem Cōcilij declarationi præfecta declarauit teſte Rot.Rom.deciſ.325. 2. par. in nouiſs.diuerſ.quas quidem diſtributiones improprias eſſe ex eo etiam patet,quòd mandat Concilium, vt ijdem Epiſcopi ita eorum arbitrio illas aſſignent,vt qui eas obtinent ſi perſonaliter competens ſibi ſeruitium iuxta formam ab ijſdem Epiſcopis præſcribendam quolibet die ſtatuto non impleuerint, illius diei diſtributionem amittant; cum tamen diſtributiones propriè ſumptæ neque dicantur obtineri antequam fuerint labore, ac perſonali ſeruitio acquiſitæ, neque ſtatutorum,ac certorum,ſed ſingulorum dierum, & continuum perpetuumq; ſeruitium requirant, vt conſtat ex d.cap.vnico in princip.& §. qui verò de cler.non reſid. in 6. & nos alibi ſæpe admonuimus. Quoad alias verò diſtributiones propriè dictas dicendum eſt,
71 quòd † obtinēs dignitatem ſi exerceat curam animarum illi imminentem in

 Diœceſi,

Diœceſi, & extra ciuitatem eas nõ percipiat per ſup: a licta ; ſecus autem dicendum fortaſſe erit, ſi habeat huiuſmodi curam ſibi annexam in Ciuitate, & Eccleſia propria per id, quod deciſum reperio à Sacra Cõgregatione Trident. Concil. ad d. ſeſſ. 21. cap. 3. de reform. in vna Papienſi, & Aſſiſienſi, dum declarauit abſolutè Archipresbyterum habentem curam animarum, dum illi incumbit, haberi debere pro præſente in Choro.

Infertur nonò, idem ferè dicendum de Theologo, ſeu obtinente præbẽdam Theologalem in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata iuxta decretum Concil. Trident. ſeſſ. 5. cap. 1. de reform. nam
72 regulariter † huiuſmodi Theologi etiã dum docent, quàmuis percipiat fructus præbendarum, non tamen quotidianas diſtributiones, vt in ſpetie docet Gambar. de auctor. legat. lib. 6. num. 22. & probatur, tum quia propriæ Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt, non inſeruiunt, ſed tantùm Eccleſiæ ſuæ ciuitatis, ac Diœceſis, publicæq; vtilitati, tum ex eodem Trident. Concil. d. cap. 1. in fine, & cap. fin. de magiſtr. vbi equiparantur quoad perceptionem fructuum, & prouentuũ ſuorum beneficiorum docentes, ac ſtudentes in ſacra pagina, ſeu Theologia; at verò certum eſt ſtudẽtes in Theologia non percipere quotidianas diſtributiones, dum cauſa huiuſmodi ſtudij abſunt ab Eccleſia, diuiniſq; non interſunt, vt conſtat ex cap. licèt, de præben. & nos latiùs oſtendimus quæſt. præced. concl. 2. Atque in hunc ſenſum accipiẽda eſt declaratio Sacræ Congregationis Trid. Concil. dum ad d. ſeſſ. 5. c. 1. de reform. abſolutè declarauit lectorẽ percipere non debere quotidianas diſtributiones. id enim eſt ita intelligendum, vt nõ indiſtinctè quatenus lector, & quibuſcunque legendo accipiat, ne aduerſetur alteri declarationi eiuſdem Congregationis, quam paulò poſt recitabimus. Sic etiã intelligendũ, quod in ſynod. Diœc. Mediol. 11. in Monit. execut. decr. Prouinc. & Diœceſ. de cõcion. haben. in fi. decernitur, ne Præpoſiti, Canonici, & alij quicunque Chori officio deuincti; qui item pro muneris ſui ratione concionari, aut legere publicè debent, concionis, lectioniſue parandæ prætextu, aut defatigationis, quæ inde aliquando exiſtit cauſa, ſi à Choro abſint diſtributionum illius officij participes ſint, in quo præſentes nõ adfuerint; nã in eadem ſynod. 11. in rubr. de Monitis executionis decretor. quæ ad ſacramental. & ſacram. pert. in verſic. præbendam porrò Theologalem,
73 ſtatuitur † quòd ſi quãdo Theologus in reſidentiæ ſuæ Eccleſia ſacram Confeſſionẽ audiet, aut etiam ſi aberit reuera occupatus in congregatione menſtrua, aut neceſſario itinere impeditus, quod ob eam cauſam ſuſceperit in definitoris munere, diſtributionum perinde particeps ſit, ac ſi in Choro præſens ad eſſet. Neque aduerſatur quod contrarium principali concluſioni in ſpetie tenere videatur Rebuf. in Concord. Gall. rubr. de Collation. §. 1. in verb. nihil perdat, vbi diſertè ait, obtinentem præbendam Theologalem, dum ſibi ſtatuto tempore legit, non ammittere diſtributiones, anniuerſaria, neq; aliud aduentitium; is enim loquitur dumtaxat attenta diſpoſitione ſatis aperta illius tex. Concord. Gall. id. n. arguit ex verbo, nihil, ibi poſito; quod ẽt patet ex verbis illis præcedentibus eorumdẽ Concor. & quoties ipſum (mẽtio autẽ de Theologo paulò ante habita fuerat) in huiuſmodi lectura deficere cõtigerit, ad arbitrium Capituli per ſubtractionem diſtributionem totius hæbdomadæ puniri poſſit, & paulò poſt, etiam ſi abſens fuerit à diuinis, habeatur pro præſente; quæ quidem poſtrema verba dum cõmentatur idem Rebuf. eandem nobiſcum ſententiam apertè tuetur; ait enim, hic tamen fauore ſtudij, & lecturæ, vt liberiùs ſtudio vacare poſſit Theologus pro præſente habetur etiã in diuinis, & ni fuiſſet hic expreſſum hoc non diceremus. Illud ſanè adnotandum eſt

74 † non



74 † non modò priuilegio Apoſtolicæ cõcedi poſſe huiuſmodi Theologo, vt abſens ratione lecturæ percipiat quotidianas diſtributiones, etiam dum nõ legit, ſed ſolùm ratione ſtudij abeſt, vt conſtat ex d. §. 1. ad finem iuncta interpretatione Rebuf. ibid. in Verb. abſens, Verbo habeatur, & Verb. nihil, verùm etiam conſuetudine, ac ſtatuto Eccleſiæ, vt colligitur ex ijs, quæ in duab. ſeqq. quæſtionib. latiùs diſputabimus. qua ratione in noſtra Metropolitana Mediolanenſi Eccleſia ſtatutum eſt, vt Canonico Ordinario, qui præbendam Theologalem obtinet, liberum ſit in ſingulis matutinis, & primis horis, præterquam in Matutinis Natalis Domini, Epiphaniorum, Paraſceues, & Sabbati Sancti abeſſe à Choro, & nihilominus diſtributiones percipiat, modò in Ciuitate adſit, nec per vrbem tunc vagetur, ſed muneris ſui cauſa propria in domo ijs horis ſe contineat; quod idem ſtatuitur de Veſperis, & Completorijs eorum dierum, quibus publicum lectoris munus ei obeundum erit, exceptis tamen veſperis ferialibus quadrageſimæ, ob eam nimirum rationem, quòd mane tunc veſperæ huiuſmodi recitentur. Denique illud hac in re probabile puto,
75 quòd † ſi Theologus iſte, ſeu Theologalem præbendam in Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſijs obtinens, vel ſolis, vel principaliter, ac pro maiori parte Canonicis, alijsq; Clericis Eccleſiæ ſuæ ſacram paginam, ſeu Theologiam legeret, ipſo iure abſq; ſpetiali priuilegio, ſtatuto, vel conſuetudine percipere deberet quotidianas diſtributiones; tunc enim Eccleſiæ propriæ, cui adſcriptus eſt, ſeruire, remq; vtilẽ facere cenſeretur, atque ob hanc fortaſſe rationem Sacra Cõgregatio, quæ præeſt interpretationi Trident. Cõcil. hoc ipſum apertè declarauit, dũ ad ſeſſ. 5. c. 1. in vna Abulenſi ponit hæc verba Docentes, & lectores ſacræ ſcripturæ quando legunt, & illis diebus, quibus habetur lectio, licèt ſint abſentes, habentur tamẽ pro præſentibus etiam quoad diſtributiones quotidianas. Secluſa autem hac declaratione Sacræ Congregationis, ſi quis hac in re oppoſitum tueri voluiſſet dicere potuiſſet, ideo Theologum docentem etiam Clericos ſuæ Eccleſiæ percipere eo ipſo nõ debere quotidianas diſtributiones cum ad id tributa ſibi fuerit, & aſſignata illa præbenda fortè pinguior cæteris, vt doceat partem cleri ſuæ ciuitatis magis proximam Eccleſiæ ſuæ, in qua connumerantur etiam clerici illius Eccleſiæ, in qua is Theologalem præbendam obtinet; ſicq; officium illud illi damnoſum non eſt; cum maximè eãdem omnino lectionem haberet etiam pro reliqua parte cleri, quam ſuis dumtaxat clericis habet, quòd ſi
76 † pro his ſpetialẽ aliquem laborem legendi, ac docendi iiſdem poſtulãtibus ſuſciperet accedente maximè iuſſu ſuperioris ob iuſtam aliquã cauſam, nil mirum ſi tunc ab eadem Eccleſia diſtributiones iure depoſceret. Atque hæc eſſe poteſt prior limitatio ad hanc cõcluſionem, quam ſupra in hac illatione propoſuimus. Limitatur autem 2.
77 vt, † ſi præbenda hæc Theologalis nihil aliud ſit, quàm ipſæ diſtributiones ex eo, quia in ea Eccleſia nullę adeſſent præbendæ, quarum aliqua erigi potuerit in Theologalem, tunc indiſtinctè huiuſmodi Theologus abſens muneris ſui cauſa percipere debeat quotidianas diſtributiones. ratio clara eſt, quia tũc diſtributiones ſuccedunt, & ſubrogantur loco præbendæ, atque adeo eius naturam ſortiri debent iur. vulg. quare eius priuilegium de percipiẽdis fructibus præbendæ eſſet eluſorium. eſtq; id de mẽte eiuſdem Sacræ Congregationis dum ad idem c. 1. eiuſdem Concilij, in quo de electione præbendæ Theologalis agitur in vna Eugubina, & Mediolanenſi cenſuit, quòd ſi nullæ ſint præbendæ, eò quia Canonicatus tãtùm diſtributiones quotidianas habeant, idem ſtatuendum, quòd de præbendis, cum earum loco ſuccedant.

Infer-

Infertur decimò, quid dicendum de
Vicario Epiſcopi, qui Canonicus ſit,
vel habens dignitatem in aliqua Ca-
thedrali, vel Collegiata Eccleſia, num
diſtributiones quotidianas habere de-
beat dum tempore diuinorum officio-
rum Vicarij munus exercet; conſtat.n.
78 ex ſupradictis † ſecluſa cōſuetudine,
ſtatuto, aut priuilegio eas huiuſmodi
Vicario denegari poſſe, cum nō Eccle-
ſiæ,cui adſcriptus, & cuius Canonicus
eſt,ſed illi,cuius eſt Vcarius, per ſe, ac
principaliter deſeruire,remque vtilem
facere comprobetur; idq; reperio in
ſpetie tenere, licèt nullam rationem af
ferat, Iacob. Sbroz. in tract. de Vicar.
Epiſ. lib.1.quæſt.43.nu.3.poſt Alphon.
Carmon. quem reperio eſſe Hoied. in
tract. de benefic. incompatib. par. 2. c.
10. nu.16.vbi hoc expreſsè aſſerit. Alia
etiam ratio huius rei eſſe poteſt, quia
cum Epiſcopus conſtituit ſibi Vicariū,
79 debet † illi congruum ſalarium ſub-
miniſtrare. cap. ſi Epiſcopus, & ibi Gl.
& Doct.de offi.Vicar. in 6. latè Sbroz.
d.lib.1.quæſt.55.nu.1.2.5.& 6.ideoq;
officium hoc illi damnoſum non eſt.
80 Fateor tamen † huiuſmodi Vicarium,
qui ſimul Canonicus eſt, dum Epiſco-
po ſuo in Vicariatus munere inſeruit,
reſidere,& percipere fructus ſui bene-
ficij, & Canonicatus, quod ſatis patet
ex cap.de cætero,& cap.ad audientiam
de cler.nō reſid. vbi Canonicus in Epi-
ſcopi ſui ſeruitio exiſtens habetur pro
reſidenti, & percipit in abſentia fru-
ctus præbendæ, ac beneficiorum ſuo-
rum; idque in ſpetie docet Sbroz. d.
tract.de off.Vicar.lib.1.quæſt.43. nu.4.
poſt Rebuf. in ſimil. tract. num. 5. &
Alphon. Carmon. ſeu Hoied. d. tract.
de incompatib. benef. par. 1. capit. 10.
num.15.& 16. De Vicario verò conſti-
tuto à Capitulo Cathedralis Eccleſiæ
Sede Epiſcopali vacante per mortem
Epiſcopi, vel eodem Epiſcopo à Paga-
nis,aut Schiſmaticis capto; (duo enim
81 hi † caſus æquiparantur quo ad effe-
ctum, vt iuriſdictio, & adminiſtratio
Epiſcopatus trāſeat ad Capitulum Ec-
cleſiæ Cathedralis,vt habetur in cap.ſi
Epiſcopus de ſupplen. neglig. prælat.
82 in 6.qui quidem Vicarius † poteſt eſſe
de ipſo Capitulo, vt latè oſtendunt
Sbroz. d. lib.1. quæſt.49. nu. 1. & 2. &
quæſt.60.nu.3.& Franc.Pauin.in tract.
de poteſt. cap. ſed. vacan. 2. par. q. 10.
num.4.) maior difficultas eſt, an is de-
beat habere quotidianas diſtributio-
nes,eò,quia poteſtas, & Iuriſdictio Epi
ſcopi trāſeat in ipſum Capitulum, c. 1.
de maior.& obed.in 6. d.cap.ſi Epiſco-
pus,& ſeq.de ſuppl.neglig. prælat.eod.
lib. & vtrobique Gloſ. & Doct. omnes,
atque adeo de ipſa vtilitate Capituli,
ſeu Eccleſiæ, vnius Canonicus eſt, agi
83 videatur. qua tamen in re idem † de
hoc Vicario Capitulari puto dicēdum,
quod de Vicario Epiſcopi, vt nimirum
diſtributiones non percipiat dum ra-
tione ſui officij abeſt à Choro, tū quia
principaliter procurat vtilitatem præ-
laturæ,ſeu Epiſcopatus vacātis, vt poſt
Paul.in clem. ſtatutum,de elect. tradit
84 Pauin.d.nu.4.ex hoc inferentes † præ-
laturam ipſam,non autem menſam ca-
pitularem ſubminiſtrare debere ſala-
rium huic Vicario,cum,qui ſentit emo
lumentum,ſentire debeat & onus, cap.
qui ſentit,de reg. iur. in 6. cap.præſen-
ti §. porro de off. ordin.eod.lib.cum ſi-
85 mil. hinc etiam eſt, † non omnem iu-
riſdictionem, & poteſtatem Epiſcopi
transfundi in capitulum ſede vacante,
vt patet in caſibus,de quibus per Gloſ.
in cap. cum olim. Verb. Capitulo, de
maior.& obed.Sbroz.d.tract.de Vicar.
Epiſcop.lib.1.quæſt. 30. num.3. & ſeq.
lib.2.quæſt.70.num.4.quæſt.110. nu.3.
& 4. quæſt. 135. num. 6. & quæſt. 160.
num.6.Pauin.d.tract. de poteſt. Capit.
Sed. vacan. ferè per totum, Doct. d. c.
1.& c. ſi Epiſcopus cum ſeq. de ſuppl.
negl.prælat. vt non immeritò Pauin.d.
tract.1.par.quæſt.1. dubitauerit an cō-
ſtituenda eſſet regula affirmatiua, vel
negatiua ſuper huiuſmodi trāſmiſſio-
ne Epiſcopalis poteſtatis,& iuriſdictio
nis in Capitulum Sede vacante. Tum
quia, cum hic Vicarius Capituli, qui
Cano-



86 Canonicus ſit, debeat † habere con-
gruum ſalarium,ſicut extraneus,vt tra
dunt Pauin.d.quæſt.10.num. 5. Foller.
ſuper cōſtit.Regn.tit.de Sacroſ. Eccel.
nu.75.& Sbroz.d.tract. de Vicar. Epiſ.
lib.1.quæſt.55.nū.7. & quæſt.60. nu.4.
contentus eſſe debet huiuſmodi ſala-
87 rio, ex quo † deduci debent expenſæ,
quas domi eſſet facturus ſecundùm Pa
uin.d.nu.5.& Sbroz. d. quæſt.55. nu.7.
allegat Pauin. not. in cap. in primis 2.
quæſt.1. vbi tamen nihil habetur, neq;
traditur per Doct. de expenſis, aut ſa-
lario iudicis, ſeu officialis, ſed de ex-
penſis litigantis; allegat ēt notat. in c.
ſtatutum §. inſuper,de reſcript.in 6.ſed
neque ibi aut à Summo Pontifice, aut
interpretibus traditur de expēſis ex ſa
lario deducendi, ſed de expenſis iti-
neris occaſione litis, ex quibus Gl. ibi,
& Doct. docent deducendas eſſe in iu-
dice ordinario,non autem delegato il-
las, quas domi feciſſet; quare hoc qui-
dem de expenſis itineris admitterem
88 in caſu noſtro cum hic Vicarius Ordi-
narius ſit,nō autem quod aſſerunt Pa-
uin.& Sbroz. loco mox alleg. Illud ſa-
nè admitto, quod ijdem Doct. ibid.tra
89 dunt, † hunc Vicarium Capituli per-
cipere debere fructus beneficiorum,&
præbendæ per d.cap.de cætero,& c. ad
audientiam,de cler. non reſid. cum cē-
ſeatur in ſeruire Epiſcopo, ſeu Epiſco-
po,ſeu Epiſcopatui in ſpiritualibus.
Infertur vndecimò, quid dicendum
ſit de Canonico, qui tamquam Epiſco-
pus Cōcilio maximè generali præſens
eſt, an nimirum percipere debeat dum
abeſt ab Eccleſia ſua quotidianas diſtri
butiones; nam regulariter dicendum
90 eſt, † quòd non,tum per rationes; qui-
bus in ſpetie id firmat Tiber. Dec. cōſ.
69. vol. 2. ferè per totum, tum quia vt
ſic non abeſt cauſa vtilitatis ſuæ Eccle-
ſiæ, cui adſcriptus eſt, ſed tantùm Ec-
cleſiæ vniuerſalis: ſecus verò dicēdum
91 eſſet, † vbi tamquam Theologus,vel
etiam Canoniſta Cōcilio intereſſet no-
mine ſui Capituli ab eo miſſus,q̄a tunc
rem ſuæ Eccleſiæ vtilem ageret.
92 Infertur deniq; eū † qui cauſa ſuæ
Eccleſiæ propriæ, cui adſcriptus eſt, à
Capitulo miſſus in aliquo publico mu-
nere, puta magiſtratus, ſi Eccleſia illa
haberet iuriſdictionem, & imperium,
vel ſaltem legationis ad ſummū Pōtifi
cem,Principem, Ciuitatē cauſa quoq;
gratulationis abeſſet diſtributiones p̄-
cipere; ij enim dicuntur rem vtilem
Eccleſiæ ſuæ facere,& abeſſe cauſa ſuę
93 Eccleſiæ, ſicut etiam qui † hæc agunt
pro Rep. ſua dicuntur in prophanis ab
eſſe cauſa reip. & ex eo capite in inte-
grū reſtituūtur, ſicut latè probat Odd.
tract. de reſtit. in integrū quæſt. 6. art.
10. & de legatione eſt tex. in l. ſed ſi §.
fin. l. legati. l. non verè, & l. qui mit-
tuntur in princip.ff. ex quib. cauſ. mai.
& l. 1. C. eod. de Magiſtratus munere
eſt tex. in d. l. qui mittnntur §. ſimiles;
de Aſſeſſoribus eſt tex. in l. ſi cui in
princip. ff. eod. de Prætoribus, & Vi-
carijs tradit Valaſc. in l. imperiū num.
186. ff. de iuriſd.omn.iud. Odd. d. art.
10.num. 35. Atq; hæc de tota hac 11.
queſt.prolixiori fortaſſe quàm par eſſe
videretur, vt immuneras ferè quæſtio-
nes de abſentibus ob Eccleſiæ vtilita-
tem ſuo ſinu complecteretur, dicta ſint
ſatis.

## SVMMÆ RERVM.

*1 Conſuetudo alia contra, alia præter, alia ſecundùm ius.*
*2 Conſuetudo contra ius requirit ſpatium 40. annorum, ſaltem de iure Canonico.*
*3 Conſuetudo legitimè præſcripta eſt quadragenaria.*
*4 Conſuetudo contra ius, qua vſus eſt Papa poteſt eſſe decennalis. Idem in conſuetudine contra conſtitutionem non receptam. num. 5.*
*6 Conſuetudo contra ius, non autem præter ius debet neceſſariò eſſe rationabilis.*
*7 Conſuetudo rationabilis quæ ſit, iudicis arbitrio relinquitur; Ex quibus autem informabit iudex animum ſuum. num. 8.*
*9 Conſuetudo præter ius inducitur ſpatio decem annorum. Niſi tenderet ad præiudicium iuris Eccleſiæ. num. 10.*
*11 Conſuetudo interpretatiua iuris non requirit curſum tēporis, ſed ſolùm actus ipſos.*

12 Actus

12 *Actus vnicus non ſufficit ad conſuetudinem inducendam. licèt ſit notorius toti populo. num. 13. niſi ſit ſucceſsiuus. num, 14. vel iudiciarius. num. 15.*

16 *Actus ad inducendam conſuetudinem quot requirãtur, iudicis arbitrio relinquitur ex communi.*

17 *Conſenſus populi, ſeu Collegij neceſſarius eſt ad inducendam conſuetudinem.*

18 *Actus conſuetudinem inducentes debent eſſe interpolati, & vniformes.*

19 *Conſuetudo non debet neceſſariò eſſe obtenta in contradictorio iudicio.*

20 *Conſuetudo inducta poſt legem tollentẽ conſuetudinem, an, & quando ſuſtineatur. Et quid ſi tantùm tollat aliquid tãquam irrationabile. num. 21.*

22 *Conſuetudo immemorabilis non tollitur per clauſulam, non obſtante quacunque conſuetudine, niſi damnetur tãquam iniqua.*

23 *Conſuetudo contra ius non extenditur de caſu ad caſum, neque de loco ad locum, neque de perſona ad perſonam. Niſi caſus, ad quem ſit extenſio, comprehendatur ſub lata ſignificatione vocabili caſus expreſsi. num. 24.*

25 *Conſuetudo contra ius extenditur vbi vnus caſus habet ſe vt correlatiuum ad alium, & militat eadem ratio. Aut quando duo æquiparantur à lege antiqua. num. 26. Aut vbi vnum habet ſe conſecutiuè ad aliud. num. 27.*

28 *Conſuetudo vnius ciuitatis, & loci extenditur ad loca illi ſubiecta non habentia ſpetialem conſuetudinem.*

29 *Conſuetudo extenditur vbi militat eadem omnino ratio.*

30 *Conſuetudo etiam pœnalis, ſi contineat animæ, aliumue fauorem, extenditur ad ſimilia.*

31 *Conſuetudo, quòd abſens percipiat fructus beneficiorum ſuorum in abſentia valet. Idq; etiam poſt Concil. Trident. num. 32. modò inde Eccleſiæ inſignes non patiantur defectum miniſtrorum, num. 33. aut niſi cõſuetudo inducta eſſet ſine cauſa. nu. 34.*

35 *Conſuetudo, vt omnes clerici abſentes percipiant fructus præbendæ, & beneficiorum, non eſt admittenda in Collegiatis inſignibus. niſi reditus admodum tenues ſint. num. 36.*

37 *Conſuetudo, quòd clericus Eccleſiæ Collegiatæ percipiat in abſentia ſine cauſa quotidianas diſtributiones non valet. Idque procedit etiam in conſuetudine immemorabili. num. 38. etiamſi conſuetudo fingeret huiuſmodi abſentes reſidere in Eccleſia. num. 39.*

40 *Conſuetudo, quòd habens plures Canonicatus in diuerſis Eccleſijs percipiat diſtributiones in vtraque, ſi vna reſideat, non valet.*

41 *Conſuetudo, quòd Canonici, qui nolunt promoueri intra annum ad ordinem requiſitum, percipiant integras diſtributiones, non valet.*

42 *Conſuetudo, vt abſens iuſta de cauſa, puta ſtudij, viſitationis, vel ſimili percipiat diſtributiones, valet.*

43 *Conſuetudo, quòd diſtributiones inæqualiter aſsignentur horis Canonicis, diuiniſq; officijs valet.*

44 *Conſuetudo interpretatiua dubij iuris, an aliquibus abſentibus tribuendæ ſint diſtributiones, admittenda eſt.*

45 *Conſuetudo tribuens diſtributiones abſentibus, ſi inducta ſit ſciente, & patiente Papa, valet.*

46 *Tolerantia, ſcientiaq; Pontificis inducit diſpenſationem non quãdo ſolùm conniuet, ſed quando dicit, ſe tolerare. nulla tamen expreſſa ratio à Pontifice requiritur, num. 47.*

48 *Conſuetudo immemorabilis tribuens diſtributiones ei, qui per alium Eccleſiæ inſeruit, intereſtq; diuinis, eſt admittenda.*

49 *Conſuetudo, quòd is, qui abfuit propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatẽ, manens domi per duos, vel tres dies percipiat diſtributiones, valet. Idem in eo, qui abfuit ob aliam iuſtã cauſam. num. 50. Debet autem eſſe legitimè præſcripta, hoc eſt quadragenaria. num. 51.*

52 *Conſuetudo, vt ijs, qui abfuturi ſunt ob Eccleſiæ vtilitatem, tres dies tribuantur ad colligendas ſarcinulas, valet.*

53 *Tempus modicum colligendi, & componendi ſarcinulas, quod abfuturo, redeunti, eiq;, qui aduenit, tribuitur, arbitrarium eſt.*

54 *Cõſuetudo quadragenaria, quòd clerici abſentes per duos menſes in anno percipiant diſtributiones admitti poteſt.*

55 *Labor aſsiduus, & nunquam interruptus tædium parit, durabiliſq; non eſt.*

56 *Quies neceſſaria eſt humanæ vitæ.*

57 *Conſuetudo quadragenaria, quæ ſenibus poſt ſeptuageſimum annum licèt diuinis non interſint, dentur diſtributiones, admitti poteſt.*

58 *Septuagenarius ad munera perſonalia vocari*



*~~vari non~~ poteſt.*

59 *Senectus morbus quidam eſt, & malorum portus.*

60 *Senes omnes ex conſuetudine ſecundùm aliquos percipere poſſunt diſtributiones, licèt diuinis non interſint.*

61 *Clerici, qui diutiùs Eccleſiæ inſeruierunt, ex conſuetudine poſſunt abſentes tãquam emeriti milites percipere diſtributiones.*

62 *Milites cœleſtis militiæ non debent gaudere minori prærogatiua, quàm milites armatæ militiæ.*

63 *Mortuo, ſeu eius hæredibus poſſunt ex conſuetudine legitimè inducta tribui fructus primi anni.*

64 *Fructus primi anni, quomodo diuidendi ſint inter beneficiatũ, & eum, cui ex conſuetudine debentur,*

65 *Mortuo tribui non poſſunt diſtributiones primi anni etiam ex conſuetudine: neque etiam eius hæredibus. Et quæ ſit vtriuſq; ratio. num. 66.*

67 *Mortuo, ſeu eius hæredibus debentur diſtributiones ad ratam illius anni, in quo decedit.*

## *An, & quomodo conſuetudine induci poſsit, vt abſentes Diſtributiones quotidianas percipiant.*

## *Quæſtio XII.*

VIdimus hucuſq; an, & quan-
do abſentes, à diuinis, & ab
Eccleſia iure communi at-
tento percipere, vel amitte-
re debeant quotidianas diſtributiones;
videndum nunc eſt in tribus ſequẽtib.
quæſtionibus, quid de iure ſpetiali, ni-
mirum conſuetudine, ſtatuto, vel pri-
uilegio, quid nimirum hæc tria poſſint
in concedendis huiuſmodi abſentibus
quotidianis diſtributionibus. Et pri-
mò in hac quæſt. videbimus de conſue
tudine; & quidem fuſiùs, quoniam eſt
hæc materia quotidiana. In qua vt di-
lucidiùs procedatur; Præmitto primò,
1 quandam eſſe † conſuetudinem contra
ius, aliam præter ius, aliam ſecundùm
ius, vt tradit Abb. in c. fin. nu. 11. & ibi
cæteri Doct. cõmuniter, maximè verò
Roch. Curt. ſect. 3. num 28. & 35. de
conſuet. Gloſ. Archid. Io. An. Gemin.
& Franc. in cap. fin. eod. tit. in 6. & de
hoc nemo dubitat; nam de ſe patet.

Præmitto ſecundò, conſuetudinem,
quæ eſt contra ius, ſaltem de iure Ca-
2 nonico † requirere ſpatium 40. anno-
rum. & hoc voluit tex. d. cap. fin. ex-
tra de conſuetud. dum requirit, quòd
hæc cõſuetudo ſit legitimè præſcripta,
& hoc ibi adnotauit Gloſ. & omnes Do
ctor. mox citati; conſuetudo. enim le-
3 gitimè præſcripta † eſt, quæ inducitur
ſpatio 40. annorum, vt probat Curt. d.
ſect. 3. num. 4. & conſtat ex cap. cum
Eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. & proprie-
tat. capit. auditis de præſcription. &
capit. cum de beneficio, de præben. in
6. cum ſimil. Verùm id dupliciter re-
ſtringi debet quatenus ad rem noſtrã
4 facere poteſt. Primò † niſi Papa vſus
fuiſſet tali conſuetudine: nam tunc ſuf-
ficerent decẽ anni; ita poſt Butr. d. cap.
fin. in 4. requiſito, & alios tradit ibid.
Cur. d. ſect. 3. num. 39. Reſtringe 2. in
5 conſuetudine † contra Canonem, qui
nunquam eſt receptus in obſeruantia;
nam tuuc, ſi Princeps ignoret, ſuffi-
ciunt, & requirũtur decem anni; Cald.
Butr. Card. Flor. Imol. & Fel. cap. 1.
de treg. & pac. latè Couar. lib. 2. var.
reſol. cap. 16. num. 6. verſic. quintò
ſunt qui huius; Papa verò ſciente non
requiritur decennium, ſed per aliquot
actus contrarios excluditur conſtitu-
tio, vt voluit Abb. & Fel. d. cap. 1. quo-
rum etiam ſententiam ſequitur Co-
uar. loc. cit. eamq; communem aſſerit
Curt. d. ſect. 3. num. 40. licèt ipſe de
ea dubitare non nihil videatur. Requi
rit etiam hæc conſuetudo contra ius,
6 † quòd ſit rationabilis, vt apertè deci-
ditur in d. cap. fin. quod quidem non
requirit conſuetudo, quæ eſt præter
ius, vt voluit ibid. Card. Bal. & Barbat.
quos refert, & ſequi videtur Curt. d.
cap. fin. ſect. 2. num. 24.

Præmitto tertiò iudicis arbitrio re-
7 linqui, † quæ nam conſuetudo ſit ratio
nabilis. Abb. d. cap. fin. num. 5. & ibi
Addent. Hoſt. Io. An. & Imol. Gloſ. in

cap. 2. in Verb. rationabilia, de Conſtit. in 6. Archid. in cap. leges 10. diſt. & alij quos referunt, & ſequuntur de communi atteſtantes Roch. Curt. d. cap. fin. ſect. 2. num. 20 & Menoch. alios referens in tract. de arbitr. iud. lib. 2. caſ.
8 82. num. 2. qui quidem iudex † informando animũ ſuum ponderabit, vtrũ finis conſuetudinis ſit bonus; & an ea ſit aliqua iuſta ratione inducta; & vtrũ ius approbet ſimilem conſuetudinem, vel reprobet, vt optimè adnotauit Abb. d. num. 1. illa enim eſt, diciturq; rationabilis conſuetudo, quæ non eſt à iure reprobata, vt voluit Gloſ. d. cap. fin. Verb. rationabilis, de conſuet. ad id allegans cap. cum dilectus eod. tit. cap. cum Eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & cap. Abbate, de verb. ſignif. cuius opinionẽ ſequitur Innoc. d. cap. fin. & Bal. conſ. 401. vol. 5 ſed neq; requiritur expreſſa & inconuincibilis ratio, ſed aliquod bonum motiuum, vt voluit Bal. d. cap. fin. in Verb. rationabilis; qua etiam ratione poterit iudex arbitrari illam eſſe rationabilem conſuetudinem, quæ continet bonum honeſtum, vel honorabile, vt tradunt Barbat. d. cap. fin. col. 14. & ibi Curt. d. ſect. 2. num. 20. ſimiliter eã, quæ habet illas tres comites, vt religioni cõueniat, congruat diſciplinæ, & ſaluti proſpiciat, ſeu peccatum excludat, vt loquitur tex. in cap. conſuetudo, diſt. 1. quæ verba ibi explicant exempla proferentes Gloſ. Archid. & cæteri.

Præmitto quartò conſuetudinẽ, quæ
9 eſt præter ius, † regulariter induci ſpatio decem annorum; ita Abb. d. cap. fin. nume. 11. & ibi Io. An. Butr. & alij, quos referunt, & ſequuntur cõmunẽ opinionem aſſerentes Curt. d. cap. fin. ſect. 3. num 28. Soarez in Theſ. recept. ſent. littera C. num. 279. Villal. in commun. opin. Ver. Conſuetudo num. 183.
10 Id autem non † procedit, vbi talis conſuetudo præter ius tendit ad derogandum iuri alicuius Eccleſiæ; tunc enim debet eſſe quadragenaria; vt ſatis conſtat ex cap. cũ dilectus, de conſuet. cap. de quarta, de præſcript. & cap. Abbate, de verb. ſig. lateq; probat Rot. Rom. deciſ. 6. de conſuet. in nou. Curt. d. ſect. 3. nu. 72. Fel. in cap. ſtatuimus limit. 1. de maior. & obed. Duen. reg. 139. & nos fuſiùs oſtẽdimus ĩ trac. de Option. can. cap. 2. quæſt. 2. in princip.

Præmitto quintò, in conſuetudine interpretatiua iuris, ſeu obſeruantia,
11 vel ſtylo nõ requiri † curſum temporis, ſed ſufficere actus ipſos; ita poſt Butr. in repet. d. cap. fin. verſic. viſa materia col. 22. & Nicol. de Mattarell. in l. de quib. ff. de legi. tradit Roch. Curt. d. ſect. 3. num. 5. ad id etiam allegans tex. in l. vel vniuerſorum ff. de pignor. act. & in l. Titianus ff. quod cum eo; hoc ipſum etiam adnotauit idem Curt. ead. ſect. 3. num. 31.
12 Præmitto ſextò, vnicum actum † nõ ſufficere ad conſuetudinem inducendam, ſed plures requiri. id ſatis probatur in l. 1. & 2. C. quæ ſit longa conſuet. adnotauitq; Bart. d. l. de quibus
13 quæſt. 2. ff. de legi. idque etiamſi † vnicus ille actus ſit notorius toti populo, ſeu Collegio, vt monet ibid. Bart. & adnotauit Petr. Rauen. ad tit. de conſuet. ſect. 3. nu. 6. niſi tamen ille vnicus actus
14 † eſſet ſucceſſiuus, & haberet continuationem per tempus, intra quod inducitur talis conſuetudo; tex. ſing. in c. cum de beneficio, de præben. in 6. & docet Abb. d. cap. fin. num. 17. latè inter cæteros Curt. ibid. ſect. 4. num. 43. vel
15 niſi † actus ille ſit iudiciarius ſecundùm Abb. d. cap. fin. nu. 16. dicens hoc fateri Doct. vtriuſque iuris; modò tamen per illum actum tanquam notorium detegeretur conſenſus populi, vt ibid. not. Abb. & Curt. d. ſect. 4. num. 35. & 43. vbi verò plures actus requi-
16 runtur, communis opinio eſt † iudici arbitrarium eſſe, quot actus neceſſarij ſint, qui quidem iudicare debebit tot requiri, vt ex ijs veriſimiliter colligatur conſenſus populi, ſeu Collegij, vt conſtat ex ijs, quos refert, & ſequitur Curt. d. ſect. 4. num. 37. & Menoch. de arbitr. iud. caſ. 81. num. 4. eſt enim om-

nino



17 nino neceſſarius † conſenſus ſaltem tacitus populi, ſeu Collegij ad inducendam conſuetudinem, vt tradunt Doct. d. c. fin. de conſuet. maximè verò Curt. d. ſect. 4. num. 48. & ſeq. Duen. reg. 141. paulò poſt principiũ, & alij, quos retulimus d. tract. de Option. quæſt. 2. con-
18 cl. 2. Debent quoque illi actus † eſſe interpolati, vt voluit Bart. d. l. de quibus quæſt. 2. ff. de legi. lateq; oſtendit Curt. d. ſect. 4. num. 38. necnon etiam vniformes, ex diformi enim obſeruantia nequaquam induci poteſt cõſuetudo, vt plurib. comprobat Rot. Rom. deciſ. 19. num. 6. & deciſ. 72. num. 28. cum ſeq. 2. par. in nouiſs. diuerſ.
19 Præmitto ſeptimò, † non eſſe neceſſe, quòd conſuetudo obtenta ſit in cõtradictorio iudicio. id optimè probat Abb. d. cap. fin. num. 16. de conſuet. cuius opinionem ſecuti etiam ſunt de cõmuni atteſtantes Caſtr. d. l. de quibus col. 2. ff. de legi. Barbat. d. c. fin. col. 28. & ibi Curt. ſect. 4. num. 34. Eman. Suar. in Theſaur. recept. ſent. litt. C. nu. 281. cum ſeq. & Turzan. in ſuis opin. commun. opin. 153. cum alijs, quos nos retulimus d. tract. de Option. quæſt. 2. concl. 4.

Præmitto octauò, quod ſi lex de futura conſuetudine mentionem non faciat, ſed ſimpliciter tollat præteritam conſuetudinem, ſeu iam introductam, tũc
20 conſuetudo † inducta poſt hãc legem eidem legi derogaret, vt ſingulariter docet Gloſ. penult. in clement. ſtatutũ de elect. & Anchar. in cap. 1. num. 30. de conſtit. in 6. quod idem etiam ſentire videtur Butr. d. cap. fin. nu. 53. & alij plerique, quos refert Tiraq. de vtroq; retract. in præfat. num. 17. ſed expreſsè tuetur Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 4. concl. 4. licèt contrarium tenere videantur plures alij, quos refert idem Tiraq. d. præfat. num. 18. & Viui. in comm. opin. Verb. conſuetudo etiam futura; qui tamen potiùs loquuntur, vbi lex conſuetudinem reprobauit. Si verò expreſſim per legem aliquam tolleretur conſuetudo futura, tũc certum eſt ex eadem cauſa non poſſe iterum ĩ induci, vt tradit Abb. d. cap. fin. nu. 22. Butr. num. 53. Bart. d. l. de quibus nu. 4. in fin. & Alex. poſt alios in l. ſi non ſpetiali num. 4. C. de teſtam. & alij, quos refert, & ſequitur Duen. reg. 144. ex noua verò cauſa poterit; ita Abb. in c. 2. nu. 8. Dec. nu. 2. de probat. vbi cæteri, quam opinionem communem aſſerit alios referens Viu. vbi ſupr. Verb. conſuetudo ex noua cauſa, Duen. d. reg. 144. limit. 1. & Couar. d. nu. 4. concl. 3. ſimiliter quando lex reprobat conſuetudinem, tunc conſuetudo contraria poſtea inducta etiam immemorabilis non valet, niſi Principe ſciẽte. ita poſt Butr. d. cap. fin. num. 51. de cõſuet. Abb. & Fel. in cap. accedentes de præſcript. & alios tradit Curt. d. ſect. 4. num. 29. Duen. reg. 141. limit. 2. & d. reg. 144. ampl. 3. Couar. d. num. 4. concl. 1. & 2.
21 & num. 5. Immo etiam ſi lex † non faciat mentionem de conſuetudine, ſed ſolùm improbet aliquid tanquam irrationabile, adhuc non valeret conſuetudo poſtea inducta tanquam irrationabilis. opt. tex. in clem. 1. de elect. vbi id adnotauit Paul. idem etiam tradit Duen. d. reg. 144. ampl. 2. poſt Gem. d. cap. 1. num. 3. de conſtit. in 6. & conſ. 132. num. 7. ſi quis verò circa hæc, quæ præmiſimus aliaue, quæ præmitti poſſe videbantur, plura deſiderat, cõſulat Curt. Abb. & cæteros d. cap. fin. Duen. Viu. Couar. & alios ſupra cit.

Præmitto nonò, quòd, licèt canon, aut Summus Pontifex, vbi tollit conſuetudinem, vtatur his verbis, non obſtante, vel ſublata quacunque conſue-
22 tudine, † adhuc non cenſetur ſublata & reuocata conſuetudo immemorabilis, niſi conſuetudo illa damnetur, ac reprobetur à lege, vt iniqua, & irrationabilis; ita poſt Bal. & Ang. in l. omnes C. de præſcript. 30. ann. Fel. in rubr. de præſcript. col. pen. & alios latè tradunt Tiraq. de retract. conſang. §. 1. Gloſ. 2. num. 23. Couar. d. capit. 13. nume. 5. & Hoied. de benef. incompatib. par. 1. c. 17. num. 9.

 Præ-

Præmitto decimò, & poſtremò, q,
23 licèt conſuetudo contra ius † regulari
ter non extendatur de caſu ad caſum,
neq; de loco ad locum, neq; de perſona
ad perſonam, vt tradunt Doct. com-
muniter in l. quod non ratione, & d. l.
de quibus ff. de legi. & l. 3. §. hæc au-
tem verba ff. de negot. geſt. Archid.
Gemin. Fran. & cæteri in cap. fin. de cõ
ſuet. in. 6. ſatiſq; probatur in l. 1. C.
de emancip. liber. d. l. quod non ratio-
ne, & c. fin. de off. Archid. cum ſimil.
Id tamen non eſt perpetuum. Nam pri-
25 mò non procedit † quando caſus, ad
quem ſit extenſio, comprehenditur ſub
lata ſignificatione vocabuli caſus ex-
preſſi. ita ſingulariter limitat Butr. d.
cap. fin. col. 33. quem ſequitur Curt.
d. cap. fin. ſect. 4. num. 12. extra de cõ-
ſuet. vbi pluribus id comprobat; opti-
mus tex. in Clem. 1. de elect. Præterea
25 id non procedit † quando caſus, ad
quem facienda eſt extenſio, habet ſe vt
correlatiuum cum caſu conſuetudinis,
& eadem ratio militat, vt optimè, ac la-
tè comprobat Curt. d. ſect. 4. num. 13.
26 Tertiò ſimiliter id nõ habet locũ † quã
do duo æquiparantur à lege antiqua,
quia tunc conſuetudo ſuperueniens in
vno extenditur ad aliud, ita latè Butr.
d. cap. fin. col. 34. & Curt. d. ſect. 4.
27 num. 14. Quartò vbi vnum † venit con
ſecutiuè ad aliud, tunc conſuetudo eti-
am cõtra ius introducta in vno exten-
ditur ad conſecutiuum illius, vt fusè
tradunt Butr. d. col. 34. & Curt. d. ſect.
4. num. 16. Quintò conſuetudo vnius
28 Ciuitatis, vel loci † extenditur ad op-
pida, & loca particularia illi ſubiecta,
quæ non habeant conſuetudinem pro-
priã. ita Bart. in l. 2. quæſt. 36. C. quæ
ſit. long. conſuet. latè Curt. d. num. 16.
& 17. poſt Butr. d. cap. fin. col. 38. ſe-
cus verò eſſet ſi conſuetudo illa eſſet
contra ius alicuius Eccleſiæ, particu-
laris, nam tunc non extenderetur ad
alias Eccleſias, vt notauit idem Cur. d.
ſect. 4. num. 7. & 17. poſt Abb. & Vin-
cent. in cap. cum olim, de conſuet. Sex-
29 tò conſuetudo quoq; extenditur † vbi
militat eadem omnino ratio; Gloſ. in
cap. 1. in Verb. Italiæ, de tempor. or-
din. Abb. & alij in cap. at ſi Clerici in
princip. de iudic. latè Curt. d. ſect. 4.
nume. 12. & 23. Denique conſuetudo
etiam pœnalis, ſi ſit fauorabilis animæ,
aliumue fauorem contineat, extenditur
30 † ad ſimilia, vt latè, & optimè com-
probat Curt. d. ſect. 4. num. 21. & ſeq.
His præmiſſis iam ad concluſiones ve-
niamus.

Prima concluſio. Licèt valeat conſue
tudo, quòd quis in abſentia, ſeu non
reſidens percipiat fructus beneficiorũ
ſuorum; non valet tñ quòd habeat di-
ſtributiones quotidianas. Prior pars
31 huius † concluſionis probatur ex tex.
in cap. cum omnes, de conſtit. vbi id
adnotauit Gloſ. fin. Abb. not. 1. alia
Gloſ. in cap. conquerente, Verb. deſer-
uiat, de Cler. non reſid. idq; pro regu
la ponit alios adducens Duen. reg. 134.
& Io. Selu. tract. de benef. 4. part. quæſt.
32 2. num. 5. Et puto procedere † etiam
poſt Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 12.
verſic. præterea obtinentibus, modò
ea cõſuetudo legitimè inducta ſit poſt
illud decretum Concilij, quicquid vo-
luiſſe videatur Couar. d. cap. 13. num.
9. & expreſſim tradat Alphonſ. Hoied.
in tract. de benef. in compatib. 1. par.
cap. 17. num. 20. volens poſt Concili-
um Triden. nõ eſſe admittendam, neq;
valere huiuſmodi conſuetudinem; cu-
ius ego contrarium iure ſuſtineri poſſe
puto; quàmuis enim Trident. ſynod.
d. cap. 12. ſtatuat, quòd obtinentibus
in Cathedralibus, aut Collegiatis Ec-
cleſijs dignitates, Canonicatus, præ-
bendas, aut portiones non liceat vigo-
re cuius libet ſtatuti, aut conſuetudi-
nis vltra tres menſes ab eiuſdem Eccle
ſijs quolibet anno abeſſe, alioquin pri-
mo anno priuetur vnuſquiſq; dimidia
parte fructuum, quos ratione etiã præ-
bendæ, ac reſidentiæ fecit ſuos; tamen
cum neque improbet, ſeu damnet Cõ-
cilium huiuſmodi conſuetudinem, ne-
que futuram expreſsè tollat, eiue de-
roget, dicendum neceſſariò eſt, legiti-
mam



mã conſuetudinẽ, hoc eſt quadragen-
nariam poſt idem Concilium admittẽ-
dam fore per ea, quæ ſupr. in 2. & 8.
præmiſſ. latiùs adduximus. Verũ hanc
ſanè priorem concluſionis partem ita
temperandam eſſe putarem, vt proce-
33 deret, † modò Eccleſiæ Cathedrales,
& Collegiatæ præſertim inſignes non
paterentur defectum miniſtrorum, ita
poſt Fel. d. cap. cum omnes num. 33. &
alios tradunt Selu. d. quæſt. 2. num. 8.
Duen. d. reg. 134. limit. 2. Couar. d. nu. 9.
aut talis conſuetudo non præbeat oc-
caſionem vagandi; ſi enim illam præ-
beat, vt quia permittat aliquẽ ſine cau-
ſa ſe abſentare à beneficio, tunc nõ va-
let cõſuetudo; ita Innoc. in cap. ex tuæ
num. 3. & ibi Anchar. & cæteri, de cler.
non reſid. Selu. d. num. 8. latè Duen. d.
reg. 134. limit. 3. idemq; dicendum eſ-
34 ſet, vbi † conſuetudo ipſa inducta eſſet
ſine aliqua, eaq; rationabili cauſa, Dec.
d. cap. cum omnes nu. 5. Silueſt. in Sum.
Verb. reſidentia quæſt. 2. Duen. d. reg.
134. limit. 4. & ratio eſt, quia cum hæc
conſuetudo ſit contra ius, cap. quia nõ-
nulli, cap. relatũ, & tot. ferè tit. de cler.
non reſid. debet eſſe rationabilis, vt pa-
tet ex d. cap. fin. de conſuet. vbi Gloſ. &
Doct. omnes id adnotarunt. Atque id
quidem procedit, & locũ habet quoad
abſentiam aliquorum ſingularium, nã
quoad abſentiam omnium clericorum
Eccleſiæ Collegiatæ ea conſuetudo
35 † non eſt admittenda niſi in Eccleſijs
Collegiatis non inſignibus, eaque con-
ſuetudo debet eſſe immemorabilis. ita
deciſum reperio per Sacram Congre-
gationem Tridentini Conc. ad ſeſſ. 24.
cap. 12. de reformat. in vna Burgen. in
duab. Comen. & in vna Mediolanenſi,
36 aut vbi reditus † ita tenues ſint, vt Ca
nonici neque ex ijs, neque aliunde ha-
beant, vnde viuant, vt cenſuit eadem
Congreg. in d. Burgenſi, in altera Co-
menſi, & in altera quoq; Mediolanẽſi.
Poſterior autem pars huius concluſio-
37 nis, quòd nimirum † non valeat con-
ſuetudo, quòd Canonicus, aliuſue cle-
ricus Cathedralis, vel Collegiatæ Ec-
cleſiæ percipiat in abſentia ſine iuſta
cauſa quotidianas diſtributiones, aper
tè conſtat ex cap. vnico in princip. de
cler. non reſid. in 6. vbi à Bonif. 8. peni-
tus improbatur conſuetudo, quòd cle-
rici Cathedralium, & Collegiatarum
Eccleſiarum etiam præſentes in ciui-
tate, & loco Eccleſiarum, qui eiſdem
Eccleſijs in diuinis officijs non inſer-
uierint, percipiant quotidianas di-
ſtributiones; quæ quidem conſtitutio
Bonifacij innouatur, & in vſum reuo-
catur à Tridentina ſynodo d. ſeſſ. 24. c.
12. verſic. diſtributiones verò; & id
quidem adnotauit Gloſ. & Doct. com-
muniter d. cap. vnico, Selu. d. quæſt. 2.
num. 8. in fin. Couar. d. cap. 13. num. 2.
latè alios referentes Hoied. d. cap. 17.
nnm. 5. cum ſeq. & Duen. d. reg. 134. li-
mit. vlt. & reg. 206. in princip. Id verò
ita intelligendum eſt, vt non modò ſu-
blata fuerit conſuetudo, quæ aderat
tempore d. cõſtitutionis Bonifacij, ve-
rùm etiam nullo modo valeat huiuſ-
modi conſuetudo, quæ poſtea inducta
fuerit, vel etiam in futurum contingat
induci, vt ſatis conſtat ex Doct. ſupr.
cit. ſed id in ſpetie monet Couar. d.
cap. 13. num. 2. in princip. & 5. ad fin.
poſt Prob. d. cap. vnico num. 41. ob eam
nimirum rationem, quòd ea conſuetu-
do ob iniquitatem improbetur iuxta
latiùs etiam per nos tradita ſupr. d. præ
miſſ. 8. Ampliatur verò hæc poſterior
pars primò, vt procedat † etiam in cõ-
ſuetudine immemorabili; ita in ſpetie
tradit Hoied. d. cap. 17. num. 9. in fin.
idque apertè conſtat ex ijs, quæ addu-
ximus ſupr. hac eadem quæſt. præmiſſ.
8. & 9.
39 Secundò, vt locum habeat, † etiam
ſi conſuetudo fingeret abſentes reſide-
re in Eccleſia; nam nihilominus non
percipient quotidianas diſtributiones,
vt ſatis probat tex. in cap. de cætero iũ-
cto cap. ad audientiam, de cler. non re-
ſid. & tenet Gloſ. d. cap. vnico Verb. ad
fuerint, eod. tit. in 6. Hoied. d. capit. 17.
num. 8. Duen. d. reg. 206. num. 3. Am-
pliatur tertiò, vt non valeat conſuetu-
do,

do, quòd habens plures Canonicatus
40 in diuerſis Eccleſijs † percipiat diſtri-
butiones quotidianas in vtraque Ec-
cleſia, licèt in vna tantum reſideat. ita
Card. in clem. 2. §. illi verò num. 10. de
æt. & qual. & ord. præficiend. Hoied.
d. cap. 17. num. 7. Curt. d. cap. fin. ſect. 5.
nu. 45. de conſuet. & Duen. d. reg. 206.
nu. 2. De obtinentibus verò duos Cano
nicatus, vel Canonicatũ, & dignitate in
eadẽ Eccleſia an ſaltẽ ex conſuetudine
poſſint duplices diſtributiones percipe
re diximus ſupr. hac eadem 2. par. q. 4.
concl. vlt. Ampliatur 4. vt etiam non
41 valeat † conſuetudo, quòd Canonici
reſidentes, qui infra annum non pro-
mouentur ad ordines, quos proprius
Canonicatus requirit iuxta decreta in
d. Clem. 2. & Concil. Trident. ſeſſ. 22.
cap. 4. percipiant integras diſtributio-
nes, cum d. Clem. 2. dimidiã hiſce Ca-
nonicis ſubtrahat; id enim in ſpecie
docet Curt. d. cap. fin. ſect. 5. num. 59.
Duen. d. reg. 206. num. 1. Hoied. d. cap.
17. num. 9. eam rationem afferentes,
quia lex Canonica (nimirum d. Clem.
2.) quæ ſubtrahit illis dimidiam par-
tem diſtributionum, derogat cõſuetu-
dini; quam quidem rationem optimã
ſſ e liquet ex adductis per nos d. præ-
miſſ. 8. Limitatur autẽ primò hæc ipſa
poſterior pars huius concluſionis, vt
42 non habeat locum quoties † ſpetialis
aliqua conſuetudo inducta ſit priuile-
gians aliquem abſentem ex iuſta cau-
ſa, puta ſtudij, vel ſimili, vt poſſit per-
cipere quotidianas diſtributiones. ita
poſt Dec. in cap. cum omnes in 2. lect.
num. 6. & ibi Andr. ab Exea num. 50.
de cõſtit. tradit in ſpetie Couar. d. cap.
13. num. 5. verſic. tertiò eadem ratione
Duen. d. reg. 206. limit. 1. & Hoied. d.
cap. 17. num. 10. & ratio illa eſt, quam
ibid. affert Hoied. quia ſublata conſue-
tudine poteſt de nouo introduci eadẽ
conſuetudo ex noua cauſa, quod nos
latè probauimus ſupr. hac ipſa quæſt.
præmiſſ. 8. Ex qua limitatione infertur,
eum, qui abeſt cauſa examinis, viſita-
tionis, ſeruitij Epiſcopi, aut Papæ,
aliàſue propter vtilitatem Eccleſiæ ſuę
ciuitatis, aut vniuerſalis, ſtante hac de
re ſpetiali conſuetudine legitimè præ-
ſcripta, cum ea ſit rationabilis, ijq; iu-
ſta de cauſa dicantur abeſſe, percipere
poſſe, ac debere pro tempore talis ab-
ſentiæ quotidianas diſtributiones. Idq;
quoad abſentes propter vtilitatem Ec-
cleſiæ ſuæ ciuitatis probari poteſt ex
communi illa doctrina in d. cap. vnico
quam retulimus, ſed reiecimus ſupr.
quæſt. præceden. concl. 1. ſolut. 2. abſo-
lutè tradentium clericos abſentes pro-
pter vtilitatem Eccleſiæ non percipere
quotidianas diſtributiones, niſi de hoc
adſit conſuetudo; in hoc etenim ſenſu
quem diximus, admitti poteſt. Secun-
dò limitatur, vt valeat etiam conſue-
tudo, quòd diſtributiones quotidianæ
diuidantur inter eos, qui interſunt of-
ficio diuino certis horis, licèt non om-
nibus, vt fusè oſtendimus ſupr. d. 2. par.
quæſt. 3. concl. vlt. & inter cæteros mo-
net Hoied. d. cap. 17. nu. 11. hinc etiam
43 inferens, quòd † valebit conſuetudo,
quòd ipſæ diſtributiones quotidianæ
inæqualiter diuidantur inter horas ca-
nonicas, ita, vt plus, qui in vna hora
præſentes ſunt, quàm qui in alia, lu-
crentur, & acquirant. Tertiò limita,
quòd, quando eſſet dubium in iure, an
tales diſtributiones aliquibus abſenti-
44 bus deberentur, tunc † hæc conſue-
tudo interpretatiua huius dubij iuris
valeret, eſſetq; admittenda. ita in ſpe-
tie tradit Couar. d. cap. 13. nu. 3. in fin.
poſt Bal. conſi. 53. inter conſil. Card.
Flor. Dec. d. c. cũ omnes in 1. lect. col. 1.
& ibi Exe. nu. 50. idemq; docet Duen.
d. reg. 206. limit. 3. Hoied. d. cap. 17.
nu. 13. & Curt. d. cap. fin. ſect. 1. not. 3.
limit. 3. num. 4. qui autem ſint caſus,
in quibus iure Pontificio controuer-
ſum eſt, neque adhuc expeditum, ab-
ſentibus, & his, qui diuinis officijs non
fuerint præſentes, deberi quotidianas
diſtributiones deducitur ex notatis d.
cap. vnico, quod etiam admonet idem
Couar. loc. cit. quòd verò ibidem aſſe-
rit hanc conſuetudinem interpretat
uam



tiuam debere eſſe legitimè præſcriptam,
hoc eſt quadragenariam iuxta id quod
præmiſimus ſupr. hac ead. quæſt. præ-
miſſ. 2. id ego non ita accipio, quaſi ſu-
mat ibi Couar. conſuetudinem legiti-
mè præſcriptam pro quadragenaria
ſed, cum de conſuetudine interpreta-
tiua loquatur, quæ vel nullum tempo-
ris curſum, vel tantùm requirit decen-
nium, vt ſupr. præmiſſ. 4. & 5. oſtendi-
mus, iuxta ſubiectam materiã ad ſum-
mum de decennali eſt intelligendus,
aliàs fallitur.

Limitatur quartò, quòd, vbi hæc
cõſuetudo inducta eſſet ſciente, & pa-
tiente Papa poſt illam conſtitutionem
45 Bonifacij, tunc † diſtributiones quo-
tidianæ deberẽtur etiam abſentibus à
diuinis officijs; nam per huiuſmodi
ſcientiam, & tolerantiam Summi Pon-
tificis cenſeretur inducta diſpenſatio.
ita poſt Abb. conſi. 94. vol. 1. Andr. ab
Exe. d. cap. cum omnes num. 52. de con-
ſtit. tradit Couar. d. cap. 13. num. 5. in fi.
nosq; docuimus ſup. præmiſſ. 8. & poſt
Butr. ac cæteros Doct. in cap. acceden-
tes, de præſcript. docent Duen. d. reg.
206. limit. 5. & Hoied. d. cap. 17. nu. 13.
vbi tamen ſubdit eſſe aduertendum;
46 quòd † ex hac ſcientia, & tolerantia
Romani Pontificis tunc demum indu-
citur diſpenſatio, quando ipſe Roma-
nus Pontifex dicit, ſe tolerare, aut diſ-
ſimulare, non autem quando tantùm
conniuet, dicens ita tenere Fel. ex cõ-
muni ſententia in cap. 1. col. 6. de treg.
& pac. Couar. lib. 4. Decretal. Epiton.
de ſponſal. 2 par. cap. 6. §. 10. num. 15. &
Eman. Soarez. in Theſaur. recept. ſen-
tent. Verb. diſpenſatio num. 84. ipſe ve-
rò Couar. d. cap. 13. num. 5. non ſolùm
idem tenere videtur, quòd nimirum ſo
la conniuentia nõ ſufficiat, dum requi-
rit conſenſum Romani Pontificis; ſed
etiam ait oportere hanc cõſuetudinem
aliqua ratione, & cauſa ab iniquitate
defendi, cũ alioqui iniqua eſſe videa-
47 tur. Verùm puto ego, quòd † ſi adſit
expreſſus conſenſus Pontificis, non re-
quiratur aliqua alia ratio; nam eo ipſo
cenſetur habere aliquem rationem iu-
ſtam; præſumitur enim pro Principe,
eiusq; facto, latè Menoch. tract. de præ-
ſumpt. lib. 2. præſumpt. 9. num. 4. & præ-
ſumpt. 10. num. 1. & ſeqq. Limitatur
quintò, & poſtremò, quòd, licèt regu-
lariter ſeruienti per alium, ſeu intereſ-
ſenti diuinis non debeantur diſtribu-
tiones, vt tradit Couar. d. lib. 3. var. re-
ſol. cap. 13. num. 2. & Cald. conſi. vnico
de cler. non reſid. num. 2. & alias me ſe-
48 mel admonuiſſe memini, tamen † vbi
adſit cõſuetudo immemorabilis, quòd
quis per alium intereſſendo, & ſeruiẽ-
do Eccleſiæ lucretur etiam diſtributio-
nes, ea erit admittenda, vt pluribus cõ-
probat Auguſt. Bero. quæſt. 114. ferè
per totam.

49 Secunda concluſio. Valet † conſue-
tudo, quòd aliquis, qui abfuit propter
Eccleſiæ ſuæ vtilitatẽ, rediẽs per duos,
vel tres dies domi manere poſſit ante-
quam Eccleſiam adeat, & tamen illo-
rum dierum diſtributionem percipiat.
ita inſpetie tradit Gemin. d. cap. vnico
in princip. num. 3. & ibi Franc. num. 2.
Philip. Prob. in addit. ad Io. Monach.
num. 11. Graf. deciſ. Aur. par. 2. lib. 3.
cap. 15. num. 11. & Petr. a Cened. in Col
lect. ad ius Canon. 3. par. collect. 15.
nume. 7. circa medium poſt Coſm. in
pragmat. Sanct. tit. quo temp. quiſque
deb. eſſe in Chor. §. tollens in Gloſ. per-
cipiunt, & ſentiunt etiam Io. An. & Io.
Mon. infr. citandi. probari autem po-
teſt hæc concluſio ex tex. in l. ab hoſti-
bus §. ſed quod ſimpliciter, ff. quod
met. cauſ. vbi ei, qui abfuit ob iuſtam
cauſam, datur reuerſo modicum tem-
pus ad componendas ſarcinulas, idque
tempus ſubducitur ab vſucapione, il-
lumq; textũ præcipuè intelligit Odd.
in tract. de reſtit. in integrum quęſt. 27.
art. 3. num. 34. & 38. de eo, qui abfuit ob
publicum negotium. Immo verò id
50 etiam procedere † puto, ſi is nõ abfuit
ob Eccleſiæ vtilitatem, ſed ob aliam iu
ſtam cauſam, ob quam etiam non per-
ciperet quotidianas diſtributiones; nã
ſi rediens domi ſe contineret per duos,
aut

aut tres dies ad res ſuas componendas antequam ad Eccleſiam accedat, valeret conſuetudo, vt pro ijs quoque diebus diſtributionibus gaudere debeat, ac ſi diuinis interfuiſſet, ita Io. Monac. d.cap.vnico num.1. & ibid. Io. An. dicentes huiuſmodi conſuetudinem non tolli, aut improbari à Bonifacio 8. in d. eius conſtitutione, quæ intelligitur de his, qui continenter, & perpetuò huiuſmodi diſtributiones habere vellent domi remanentes; nam verbum ſimpliciter dictum, inquiunt ipſi, intelligitur cum continuatione l.cum quis in princip. ff. de ſolut. l. Seio §. medico, & §. fin. ff. de ann.legat. capit. ne quis arbitretur 22. quæſt. 2. in princip. & c. quemadmodum in princip. de iureiur. in 6. cũ alijs adductis per Philip. Prob. in cap.1. in Verb. aſſiſtentes, & in verb. cum perſeuerantia, de ſchiſmat. in 6. & in cap. ſtatutum il 2. de hæret. eod. lib. Adducunt etiam Io. An. & Io. Mon. ad id tex. in d. l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter, ſeu fin. paulò ante allegato ff. ex quib. cauſ. maior. qui quidem abſolutè loquitur de eo, qui abfuit ob iuſtam cauſam, & non ſolùm in caſu, quo quis abfuit cauſa reip. ſeu propter publicam vtilitatem; facit etiam tex. in cap. quàmuis de off. ordin. in 6. in ijs verbis, & cõtinuatis diebus, quàm citò commodè poterunt, ſe Apoſtolico cõſpectui repreſentent, vbi Gloſ. & Doct. omnes tradunt in eo caſu, & ſimilibus dandum eſſe aliquod tempus ad quieſcendum; dicitur enim aliquid continuum, licèt modicum interuallum admittat cap. ſint tibi, de conſecr. diſt. 5. cum ſimil. & illud dicimur poſſe, quod commodè poſſumus, capit. faciat 22. quæſt. 2. l. nepos Proculo ff. de verbor. ſign. & in cap. cupientes in princip. de elect. in 6. ibi quam citò poterunt commodè locorum conſiderata diſtantia & c. vbi etiam Gloſ. in Verb. commodè, & Doct. adnotarunt, ei, qui lõgum iter facit, dari aliquot dies ad quieſcẽdum. Ex his igitur iuribus, alijsq; mox deductis conſtat conſuetudinem hãc rationabilem reddi etiam in ijs, qui ob quamuis iuſtam cauſam abfuerunt, vt per duos, aut tres dies domi ſe continentes ad res ſuas componendas integrè percipiant quotidianas diſtribu-
51 tiones, modò ſit † legitimè præſcripta, hoc eſt, per quadraginta annos obſeruata, iuxta latiùs per nos tradita ſupr. hac ipſa quæſt. præmiſſ. 2. cum ſaltem quoad hoc cõtra ius eſſe comperiatur, quòd per huiuſmodi conſuetudinem dẽtur diſtributiones abſentibus ab Eccleſia ob nullam ex illis cauſis in d. c. vnico expreſſis, quæ ſolæ tamen exci-
52 piuntur. Eadẽ ferè ratione puto † dici poſſe, quòd valeat quoque tanquam rationabilis, modò ſit legitimè præſcripta, conſuetudo illa, vt ijs, qui abfuturi ſunt ob Eccleſiæ vtilitatem, duo, vel tres dies dentur ante diſceſſum ad colligendas ſarcinulas, & tamen pro eo tẽpore percipiant quotidianas diſtributiones, ſicut pro toto eo, quo abfuturi ſunt; ſatis id colligitur ab oppoſito (iuxta regulam l.fin. §. vlt. ff. de leg. 3. & leg. penult. ff. de milit. teſtam. cum ſimil.) ex d. l. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter ff. ex quibus cauſ. mai. ſupr. alleg. vbi redeunti non cõputatur modicum tempus ad complendam contra eum vſucapionem; id verò etiam de modico tempore ante diſceſſum tradit ibid. Bart. nu.3. & 4. dicens in hoc omnes concordare, quem etiam ſequitur Odd. d. quæſt. 27. art. 3. num. 22. & conſtat ex tex. in l. qui mittuntur §. fin. ff. eod. & l. legato ff. de legation. Erit au-
53 tem † tempus hoc modicum tum colligendi ſarcinulas, præparandiq; itineris, tum etiam poſt reditum, aut inter ipſum quoque iter, ſi longum ſit, arbitrio iudicis relinquendum, vt ferè in his terminis tradunt Odd. d. art. 3. nu. 36. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 33. num. 1. & 2. Glo. & Doct. d. cap. cupientes ad verb. commodè, de elect. in 6. & cap. quàmuis in Verb. continuatis, de off. ordin. in 6.

Tertia concluſio. Probabile mihi
54 eſt, † valere conſuetudinem legitimè præ-





ſcriptam, hoc eſt, quadragenariam, vt Canonici, vel Manſionarij abſentes per duos menſes in diſcurſu anni percipiant quotidianas diſtributiones. ita in ſpetie tradit Petr. à Cened. d. collect. 15. num. 7. idem etiam apertè vult Couar. d. cap. 13. nu. 5. verſ. tertiò eadem ratione, dum poſt Dec. in cap. cum omnes in 2. lect. num. 2. & ibi And. ab Exe. num. 50. de conſtit. docet, valere conſuetudinem Eccleſiæ, quòd abſentibus ad breue tempus quotidianæ diſtributiones debeantur; eſt autem breue tẽpus tempus duorum menſium, vt conſtat ex Rip. in l. ſi inſulam num. 36. ff. de verb. oblig. & alijs, quos refert, & ſequitur Corb. de cauſ. priuat. emphit. ob non ſolut. canon. limit. vlt. nu. 25. & facit tex. in l. aufertur §. qui compenſationem ff. de iure fiſc. & in cap. præſentium 7. quæſt. 1. facit verò magis Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 1. de reform. verſi. quoniam autem iuncto maximè verſi. eadem omnino, vbi ſtatuit breue tempus, quod ijs, qui curam habent animarum, indulgetur, vt abeſſe ſingulis annis poſſint, eſſe duorum, vel trium menſium in hæc verba; quoniam autẽ qui aliquantiſper tantùm abſunt, ex veterum canonum ſententia non videntur abeſſe, quia reuerſuri ſunt, ſacroſancta ſynodus vult illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis, ſiue continuum, ſiue interruptum extra prædictas cauſas (nimirum Chriſtianæ charitatis, vrgentis neceſſitatis, debitæ obedientiæ, ac euidentis Eccleſiæ vtilitatis, de quibus paulò ante mentio habetur) nullo pacto debere duos, aut ad ſummum tres mẽſes excedere. quod idem quoad obtinentes dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis, ſtatuit eadẽ ſancta ſynodus in ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. verſic. præterea obtinentibus. Rurſus verò hæc eadem concluſio ex eo etiam probatur, tum quòd valet conſuetudo legitimè præſcripta, vt tribuantur diſtributiones quotidianæ ijs, qui non omnibus, ſed certis dumtaxat horis interſunt, vt fusè oſtendimus ſupr. quæſt. 3. concl. vlt. & paulò ante hac eadem quæſt. cõcl. 1. limit. 2. admonuimus; Tum quod valet etiam huiuſmodi legitima conſuetudo, quòd ei, qui abfuit, vel abfuturus eſt propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatẽ ante, vel poſt abſentiam, duorum, vel trium dierum, aliudue modicum tempus indulgeatur ad colligendas, vel componendas ſarcinulas, & tamen diſtributiones quotidianæ pro eo quoq; tempore tribuantur, vt ſupr. hac ead. quæſt. concl. 2. quæ præcedens eſt, latiùs oſtendimus. Tum denique quia valet, admittiturq; conſuetudo legitimè præſcripta, quòd abſentes ob quãuis iuſtam, & rationabilẽ cauſam percipiant quotidianas diſtributiones, vt ſupr. hac ipſa quæſt. concl. 1. limit. 1. demonſtrauimus; Verùm ſatis videtur iuſta cauſa abſentiæ, & rationabilis conſuetudo, qua illi duo menſes conceduntur ad res familiares componendas, & honeſtam animi oblectationẽ, vt ſic ex interuallo miniſtri regredientes ad cultum diuinum alacriori ſpiri-
55 tu illi ſe tradant, cum † aſſidua, & nũquam interrupta intẽtio in officiorum decantatione plerumq; tædium pariat, vt ſatis conſtat ex cap. non mediocriter de cõſecrat. diſt. 5. cuius ea ſunt verba; nonne rationabilis homo dignitatem amittit, qui vel ieiunium charitati, aut vigilias præfert ſenſus integritati, vt propter abſtinentiam immoderatam, atque indiſcretam pſalmorum, vel officiorum decantationem, aut amentiæ, aut triſtitiæ notam incurrat? perdurareq; nõ poteſt, quod caret quiete aptiſſima ad vires reficiendas iuxta vulgatum illud Ouidij Naſonis diſticum in Epiſt. 4.

*Quod caret alterna requie durabile non eſt*
*Hæc reparat vires, feſſaq; mẽbra nouat.*

Cui conſonat quod ſcriptum reliquit Senec. de tranquillitate animi; danda, inquit, eſt remiſſio animis; meliores namq; & acriores reſurgunt; quodq; de ſe ipſo ſcripſit S. Gregor. Nazianz. in

in oratione poſtquam reuerteretur ex
agro habita; deambulabam, ait, otioſus
in littore maris inclinante iam die; cō-
ſueui enim ſemper curas talibus diſſol
uere remiſſionibus; nam nec arcus ſuf-
ferre poteſt, vt aſſiduè intendatur, ſed
indiget, vt parumper quandoq; laxe-
tur, ſi rurſus vſui eſſe debeat, & nequa-
quam inutilis ſagittario ſuo in tempo-
re neceſſitatis. Quin etiam neceſſariā
56 † eſſe quietem in vita nos docuit Ari-
ſtoteles Ethic. 4. qua ratione Leo Im-
perator in l. præſenti §. ex his ergo lo-
cis æquiparauit requiē veſti, ac victua-
libus, quaſi hæc æquè neceſſaria ſint, vt
inſpetie adnotauit Caſſan. in Catalog.
glor. mun. par. 12. conſid. 49. prope fin.
Neque huic concluſioni oberit, quòd
Sacra Congregatio, quæ præeſt inter-
pretationi Tridentini Concilij decidit
teſte Flam. Pariſ. tract. de reſign. benef.
lib. 1. quæſt. 10. nu. 65. Canonicos non
poſſe percipere quotidianas diſtribu-
tiones pro illis tribus menſibus, quibus
abeſſe permittitur à Trident. Conc. d.
ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. idque eciam
vigore cuiuslibet conſuetudinis; nam
vt admittamus extare hāc deciſionem
Sacræ Congregationis, ea intelligen-
da eſt de conſuetudine non quidem
quadragenaria, legitimèq; præſcripta,
& rationabili, de qua hucuſque locuti
ſumus, ſed de decennali, & interpreta-
tiua, quæ nimirum interpretatur, vt in-
diſtinctè liceat pro illis tribus mēſibus
abeſſe, & tamen percipere diſtributio-
nes, aut eo ipſo permittatur per illud
ſpatiū percipere diſtributiones, quòd à
Trid. Conc. per idē ſpatiū permittatur
impunè abeſſe quoad fructus præben-
dæ, ac reſidentiæ; quod ſanè longè di-
uerſum eſt ab ea cōcluſione, quam pro-
poſuimus. Hæc tamen opinio, quā pro-
babilem diximus, ita demū iure ſuſti-
neri poterit, ſi propter hanc abſentiā
Eccleſia miniſtrorum defectū non pa-
tiatur; atq; ita Petr. à Cened. huius ſen-
tētiæ auctor. d. collectan. 15. nu. 7. eam
intellexit; idque apertè conuincitur ex
tex. in c. cum adhoc, quod eſt pen. de
cler. nō reſid. vbi clerici priuilegiati, ꝙ
abeſſe poſſint ab Eccleſijs ſuis, reuocari
debent cùm ob eorum abſentiam Ec-
cleſia defectum patitur miniſtrorum.

Quarta concluſio. Probabile quo-
57 que mihi eſt admittendam † eſſe con-
ſuetudinem legitimè pręſcriptam, qua
ſenibus clericis ſaltem poſt ſeptuageſi-
mum annum, licèt Eccleſijs, diuiniſq;
officijs non interſint, quotidianæ di-
ſtributiones dentur; eā enim rationa-
bilem eſſe conſtat ex l. 2. §. vlt. in fin. ff.
de decur. & l. 3. ſeu fin. C. qui ætat. vel
profeſſ. ſe excuſant, vbi ille, qui maior
58 eſt 70. annis, vocari † ad munera per-
ſonalia inuitus non poteſt, ſeu à mune-
ribus perſonalibus excuſatur, & alijs,
quæ latiùs adduximus ſupr. hac ead.
par. 2. quæſt. 7. à princip. vſque ad me-
dium. Accedit, quòd valet conſuetu-
do legitimè præſcripta, vt abſens ex iu-
ſta cauſa percipiat diſtributioues quo-
tidianas; hanc verò abſentiæ cauſam
iuſtam eſſe nemo inficiari poteſt; eſt
59 enim ſenectus ipſa † morbus, vt ait
Comicus Poeta in Phormion. eamque
inſanabilē morbum appellauit Senec.
Epiſt. 109. & D. Auguſt. in lib. de Ca-
thech. rud. cum ſibi, inquit, homines
optant ſenectutem, quid aliud optant,
niſi longā infirmitatem? & Bion apud
Diogen. lib. 4. ſenectus omnium malo-
rum eſt portus; ſi quidē ad ipſam cun-
cta confugiant; quare labores corpo-
ris minuendos illi eſſe ſcriptū reliquit
M. Tullius in 1. offic. lib. Hanc verò
60 concluſionem † abſolutè quoad ſenes
tenet Petr. à Cened. d. 3. par. Collect.
15. num. 8. cum enim ibi quæſtionem
propoſuiſſet, an, quemadmodum infir-
mi lucrantur diſtributiones quotidia-
nas, ſic etiam eas lucretur ſenex, licèt
non reſideat in Choro, ſubdit, quòd li-
cèt ex communi Doctorum opinione
regulariter ſenes non connumerentur
inter infirmos; in caſibus tamē, in qui-
bus à iure, vel conſuetudine ſtatutum
eſt, quòd ſenes habeantur pro infirmis.
iudex id ſeruare tenetur. Ampliatur
61 verò hæc ipſa cōcluſio, vt locum † ha-
beat



beat non ſolùm in ſenibus, & antiquis
ratione ætatis, ſed etiam ratione labo-
ris, ac ſeruitij diu Eccleſiæ præſtiti, vt
nimirum valeat conſuetudo legitimè
præſcripta, ſeu quadragenaria, quòd
clerici, qui per diuturnū tempus per-
ſonaliter in Eccleſia Collegiata reſi-
dentes eidem aſſiduum ſeruitium ex-
hibuerunt, poſſint in abſentia tāquam
veterani, & emeriti milites quotidia-
nas diſtributiones, ac ſtipendia perci-
pere; ſatis id voluit Cened. d. num. 8.
ad fin. dum refert, & approbat ſtatutū
Diœceſanum cuiuſdem Eccleſiæ hac
de re editum, cuius verba nos quoque
cēuimus d. quæſt. 7. in fin. nam quod
particulari ſtatuto fieri poteſt, poteſt
etiam conſuetudine legitimè præſcri-
pta induci, licèt non contra, vt quæſt.
ſequent. in princip. fuſiùs oſtendemus.
Id ipſum quoque, quòd huiuſmodi cō-
ſuetudo quoad eos, qui diu in Eccleſia
dominiusq; Caſtris militātes ſuam fe-
rè conſumpſerunt ætatem, admittenda
ſit, ex eo probatur, quod tradit Iu-
reconſultus in l. à muneribus ff. de mu-
ner. & hor. ex decreto, ac litteris Se-
ueri Auguſti veteranos milites à mu-
neribus perſonalibus excuſari; neque
enim minori prærogatiua, ac priuile-
62 gio † gaudere debent milites cœleſtis,
quàm armatæ militiæ iuxta Gloſ. ſing.
in l. miles in princip. in Verb. poteſt, de
re iudic. cuius opinionem communem
teſtatur ibid. Alex. num. 3. Iaſ. num. 11.
Zaſ. num. 9. idem Alex. in l. Centurio
num. 15. ff. de vulg. & pupill. & ſequi-
tur Barbat. & alij in cap. Odoardus, de
ſolut. Ex quo fit, vt Nauar. conſi. 12. de
cler. non reſid. vol. 1. licèt rectè dixerit
non reperiri iure cautum, quòd qui per
40. annos Eccleſiæ inſeruiuit, percipiat
poſtea diſtributiones abſens, ac ſi in-
terſit diuinis, tamen malè ibid. innuat,
non valere hac de re conſuetudinem.

Quinta, & poſtrema cōcluſio: Licèt
63 valeat conſuetudo, † quòd mortuo,
ſeu eius hæredibus dentur fructus pri-
mi anni, vt latiùs tradit Io. An. in q.
ad reg. nemo poteſt de reg. iur. in 6. &
tenet etiam idem Io. An. d. cap. vnico
num. 3. Anchar. num. 2. in fine, & ibid.
Franc. in princ. num. 2. & Gemin. in §.
qui verò num. 7. de cler. non reſid. in 6.
tenetq; apertè Sacra Cōgregatio, quæ
præeſt interpretationi Tridentini Cō-
cilij in vna Mediolanenſi ad ſeſſ. 24.
cap. 14. de reformat. & expreſsè habe-
tur in Extrau. ſuſcepti regiminis, quæ
eſt 2. Io. 22. de elect. & elect. poteſt; &
vnica ſub tit. ne ſed vac. inter com. vbi
64 ēt Sūmus Pontifex † decernit quomo-
do diuidātur inter eū, cui de conſuetu-
dine competūt huiuſmodi fructus pri-
mi anni, ſeu annalia, & eum, qui bene-
ficiū obtinet, ne Eccleſiæ debitæ frau-
dentur obſequio; Tamen huiuſmodi
65 cōſuetudo † non erit admittēda quo-
ad quotidianas diſtributiones, vt in
ſpetie tradiderūt Io. An. d. nu. 3. Anch.
num. 2. Franc. & Gemin. loc. mox alle-
gat. & quidem quoad mortuum ratio
66 † optima eſt, quam afferūt ibid. ijdem
Doct. quia nimirum diſtributiones nō
dantur niſi Canonicis, & beneficiatis
in Eccleſijs Cathedralibus, vel Colle-
giatis, vt conſtat ex d. cap. vnico, & nos
ſup. hac eadem par. quæſt. 1. latiùs oſtē
dimus; certum eſt autem Canonicum,
ſeu Clericum mortuum non eſſe verè
Canonicum, vel clericum, tum per il-
lud vulgatum Philoſophi dictum, ho-
mo mortuus non eſt homo; tum quia
forma eſt, quæ dat eſſe rei, & cōſeruat
eam in eſſe l. ſæpè ff. de aur. & argen.
leg. & l. Iulianus ſcribit §. ſed ſi quis
ff. ad exhiben. anima verò rarionalis
eſt per ſe, & eſſentialiter corporis, &
hominis forma, vt in Clem. 1. in 2. re-
ſponſ. de Sum. Trinit. & fid. Cathol.
quare cum non entis nullæ ſint quali-
tates cap. ad diſſoluēdum, de deſponſ.
impub. cum ſimil. quid mirum, ſi mor-
tuo diſtributiones nulla ratione poſ-
ſunt conuenire? Quoad hæredes verò,
cum eædem diſtributiones dentur ob
ſeruitium perſonale Eccleſiæ, cultuiq;
diuino præſtitum, vt ſupr. 1. par. quæſt.
1. in fin. & quæſt. 4. circa medium ſatis
oſtendimus: huiuſmodi verò hæredes

neque ipſimet Eccleſiæ, cultuiue diui-
no perſonale ſeruitium exhibuerint;
neqne ei ſuccedãt, qui illud ſeruitium
pro eo anno præſtiterint, reliquum eſt,
vt etiam prætextu cuiuſcunque cõſue-
tudinis, quæ potiùs corruptela vocan-
da erit, diſtributiones pro ijs inſtitu-
tas, qui Eccleſiæ inſeruiunt, nequeant
vlla ratione percipere. Illud ſanè dif-
67 ficultatem non habet, quòd † pro eo
anno, quo Canonici, vel Manſionarij
inſeruiunt, ſi in eo decedant ad ratam
illius anni diſtributiones quotidianas
eorum hæredes percipient etiam ſi per
Clericum defunctum exactæ non fue-
rint ſiue propter difficultatem exigen-
di, ſiue propter eiuſdem defuncti ne-
gligentiam, ſiue quia ex conſuetudine,
aut ſtatuto alicuius Eccleſiæ diſtribu-
tiones, quas quis lucratus eſt in vno
anno, recipiat in ſequenti; vt latiùs in-
fra. 3. par. quæſt. 4. demonſtrabimus.
Nunc verò ad ſequentem quæſtionem
veniamus.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Inferiores Prælati, & clerici poſſunt contra canones conſuetudinem inducere; non tamen regulariter ſtatuere. num, 2. & quæ ſit ratio diuerſitatis, num. 3. & ſeqq.*

4 *Canones plerique ad merum fauorem clericorum conditi ſunt.*

5 *Papa concedit clericis, vt conſuetudinem inducant contra canones, prohibet autem, ne contra eos ſtatuant.*

6 *Inferiores Prælati Summo Pontifice poſſunt ſtatuere contra canones ex cauſa vrgenti veriſimiliter non cogitata per canonem. Modò tamen ſuperior aliàs conſuli nõ poſſit. nu. 7. Et cauſa ipſa exprimatur. nu. 8.*

9 *Inferiores ſtatuere poſſunt contra canones inquærendis Epiſcopo, vel Eccleſiæ ſecundùm Fel. cuius opinio reijcitur. num. 10.*

11 *Intellectus cap. cum dilectus cum ſua Gloſ. extra de conſuet. & Gloſ. in §. ex his 16. quæſt. 6.*

12 *Inferiores ſtatuere poſſunt contra canones quando reducũt rem ad ius commune antiquum ſecundùm aliquos. quorum opinio reijcitur. num. 13.*

14 *Epiſcopus, & alij inferiores ſtatuere poſſunt contra canones conditos principaliter in fauorem clericorum; modò ſtatutum ab ipſis clericis acceptetur.*

15 *Ius publicum pactis priuatorum tolli non poteſt.*

16 *Statutum clericorum editum ante canonem ſuſtinetur, niſi ei per canonem expreſsè derogetur. Idem ſi editum ſit contra ius conſuetudinarium. num. 17.*

18 *Epiſcopus poteſt ſtatuere contra canones in caſibus, in quibus poteſt contra eos diſpenſare. Qui autẽ illi ſint, remiſſiuè. nu. 19.*

20 *Inferiores poſſunt addere iuri communi nouam pœnam.*

21 *Inferiores ſtatuere poſſunt circa aliquod dubium iuris.*

22 *Statutum inferiorum contra ius admittitur quando eſt conforme conſuetudini, quæ contra idem ius inducta eſt.*

23 *Epiſcopus ſine Capitulo, aut Capitulum ſine Epiſcopo non poteſt ſtatuere in his, quæ ſpectant ad ſtatum Eccleſiæ.*

24 *Capitulum ſede vacante poterit ſtatuere quæ pertinent ad ſtatum Eccleſiæ duratura etiam tempore Epiſcopi ſuccedentis.*

25 *Statutum clericorum circa modum diuidendi quotidianas diſtributiones valet ſine conſenſu Epiſcopi; non autem de ijſdem, vt concernunt ſtatum Eccleſiæ, ac diuina officia. nu. 26. item limita, vt infr. nu. 31.*

27 *Capitulum ſolum ſtatuere non poteſt quæ ad diuina officia, Eccleſiaſticumq; miniſterium pertinent.*

28 *Concilia prouincialia aliquid definire poſſunt, contra Gratian. Non tamen maiora negotia. num. 29.*

30 *Canonici vocandi ſunt ad ſynodum, vbi in ea aliquid ſit ſtatuendum, quod ad Capitula, & Eccleſias Collegiatas pertineat.*

31 *Epiſcopus ſolus poteſt aliquid ſtatuere de illis diſtributionibus, quæ fiunt ex tertia parte prouentuum dignitatum, præbendarum, ac portionum.*

32 *Statutum, quòd abſentibus tribuantur diſtributiones, regulariter non valet.*

33 *Vacationes duorum, vel trium menſium in anno quoad diſtributiones percipiendas ſublatæ ſunt par Trident. Concilium. Idq; etiam ſi omnes reditus Canonicatus ſint in diſtributionibus. nnm. 34. ſecus verò ſi in fundatione erant conceſſæ. nu. 35.*

36 *Abſens per duos, aut tres menſes in anno propter oblectationem animi, & ad res ſuas componendas non poteſt vigore ſtatuti percipere diſtributiones, contra Petr. Cened.*

37 In-



37 *Intellectus cap. vnici §. ſtatuimus, de cler. non reſid. in 6. & num. ſeq.*

38 *Rationabilitas cum lapſu legitimi temporis ſufficit ad iuducendam conſuetudinẽ contra ius.*

39 *Intellectus Gloſ. in cap. ſtatutum §. cæterum de verb. ſig. in 6.*

40 *Intellectus Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 3. verſ. prima ſanè. & num. 8. verſi. decimò tertiò illud eſt.*

41 *Statutum tribuens diſtributiones ſenibus, & benemeritis, qui ſaltem per 40. annos Eccleſiæ inſeruierunt, tolerari poteſt.*

42 *Statutũ, quòd dentur diſtributiones abſenti iuſta aliqua, & vrgenti de cauſa non cogitata per canonem, valet.*

43 *Statutum tribuens diſtributiones abſenti ſine iuſta cauſa non excuſat etiam in foro exteriori.*

44 *Cauſæ à ſtatuto probatæ implementum differri non poteſt ſine amiſſione diſtributionum contra Nauarrum.*

45 *Cauſæ iuſtæ, ob quas ſtatui queat, vt abſentibus dentur diſtributiones, malè recenſetur à Nauarro reſecatio barbæ, in viſio amicorum, & ſimilia. Quæ autem eſſe poſſint. nu. 46.*

47 *Tempus modicum dierum, qui à ſtatuto iuſtæ abſentiæ tribuuntur, conſumens in ludis licitè tamen percipit diſtributiones.*

48 *Statutum non extenditur de caſu vero ad fictum. Extenditur tamen ad eum, cui à iure æquiparatur. num. 49.*

50 *Statutum tribuere poteſt abſentibus diſtributiones in ijs caſibus, in quibus inferiores poſſunt ſtatuere contra canones.*

## *An, & quando ſpetiali conſtitutione decerni poſſit, vt abſentibus dentur quotidianæ diſtributiones.*

## *Quæſtio XIII.*

VIDIMVS in ſuperiori q.
quid poſſit conſuetudo in
tribuẽdis ijs, qui abſunt ab
Eccleſia quotidianis diſtri-
butionibus, videamus nũc in hac quæ-
ſtione quid poſſit ſtatutum, ſeu ſpetia-
lis conſtitutio.
Pro cuius reſolutione præmitto pri-
1 mò, quòd, licèt poſſint † clerici, & Præ-
lati inferiores Summo Pontifice indu-
cere conſuetudinem contra ius Cano-
nicum, ſeu contra canones, vt in c. fin.
de conſuet. vbi Gloſ. & Doct. omnes, &
latiùs patet ex ijs, quæ tradidimus d. q.
2 præced. ferè per totã, non tamen † poſ-
ſunt regulariter contra eoſdem Cano-
nes ſtatuere, vt conſtat ex cap. inſtitu-
tionis 25. quæſt. 2. cap. quod ſuper his,
de maior. & obed. & clem. ne Romani,
de elect. cum ſimil. & pro regula ponit
Abb. in cap. cum dilectus, de conſuet. &
d. cap. fin. num. 7. & 8. vbi cæteri, maxi-
mè Roch. de Curt. ſect. 3. nu. 7. 9. & 11.
Fel. d. cap. quod ſuper his nu. 2. Duen.
reg. 250. Henr. Bott. in tract. de ſynod.
Epiſc. 3. par. art. 1. concl. 8. num. 36. &
ſeqq. & Alber. de Roſat. in tract. de ſta-
tut. 1. par. quæſt. 7. verſ. ſed quid ſi ſta-
3 tutum. Ratio verò † diuerſitatis, cur
nimirum poſſint inferiores inducere
conſuetudinem contra canones, non
autem ſtatuere, triplex aſſignatur; qua-
rum prima eſt Abb. d. cap. fin. num. 9. &
Curt. d. ſect. 3. num. 9. quia nimirũ con-
ſuetudo inſurgit ex tacito conſenſu, &
non præſumitur tãta ambitio in intro-
ducentibus ipſam cõſuetudinem, ſicut
in facientibus ſtatutum contra Cano-
nes, quod præſumitur temerariũ, am-
bitioſum, & fini æterno contrarium, ad
quem finem, & ſimul ad bonum publi-
cum Eccleſiaſticum dirigitur ius Ca-
nonicum; verùm hæc ratio nulla vera,
ac ſolida ratione nititur, & optimè re-
fellitur à Fel. d. c. quod ſuper his nu. 3.
4 nam neque verum eſt ſemper † ius Ca
nonicum præciſè per ſe, ac principali-
ter dirigere ad Deum, ſed multi Cano-
nes maximè iudiciales ad merum fa-
uorem Clericorum cõditi ſunt, vt ibid.
inquit Fel. neque video, cur maior præ
ſumẽda ſit temeritas, & ambitio in ſta-
tuentibus, quàm in inducentibus con-
ſuetudinem; immo maior videtur eſſe
in his, cum ſint priuatæ, & ſingulares
perſonæ, quàm in illis, qui vt plurimũ
ſunt Prælati, & Epiſcopi, qui ſuarum
Eccleſiarum ſunt ſponſi, & iudices, ac
legiſlatores, ideoq; videntur illis le-
gem ferre poſſe, quam volunt, modò
ratio-

rationabilis ſit. Altera ratio eſt, quam affert idem Abb. d.num. 9. & Curt. d. ſect.3.num. 9. quia, inquiunt, eſſet timor ſcandali, ſi conſuetudo improbaretur, quæ haberet tacitum conſenſum diuturno tempore continuatum; Sed præterquã quòd hæc ratio potiùs probat,conſuetudinem non debere reprobari,quàm,quòd non poſſit ab inferioribus contra Canones ſtatui,adhuc videtur maius ſcandalum, quòd clerici Eccleſiæ alicuius Collegiatæ ſingulariter contra canones veniant, quàm, quòd omnes ſimul cõueniant accedente maximè conſenſu Epiſcopi, vt ſtatuant contra Canones; nam præſumentur potiùs moti iuſta aliqua, vrgentiq; ratione, quo caſu ipſe etiam Abb. d. c. fin.num. 10. concedit inferioribus, vt cõtra canones ſtatuere poſſint, & à diuina inſpiratione impulſi, vt cõtra canones ſtatuerent, iuxta illud Math.18. vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum, cũ maximè contra eoſdem canones ſæpè etiam ipſi Summi Pontificis alia iura condiderint, vt cõſtat ex cap.alma mater de ſent.excom.in 6. & alijs ſexcentis. Tertia igitur, & poſtrema, eaque optima ratio eſt, quam indicant idem Abb.d.cap.fin. nu. 8. in fin. & ſequitur Fel.d.cap.quod ſuper his,num.3. quòd conſuetudo contra Canones non tam aſſumit vires ex tacito conſenſu virorum Eccleſiaſticorum, eorumue poteſtate, quàm ex auctoritate Summi Pon
5 tificis permittentis, & cõcedentis † induci conſuetudinem contra Canones in d.cap.fin. de conſuetud. cum tamen id non permiſerit in ſtatutis, immo expreſsè prohibuerit d.clem.ne Romani, & alijs iuribus ſupr. allegat.

Præmitto ſecundò,quòd,licèt regulariter non poſſint inferiores ſtatuere contra canones,& conſtitutiones Summorum Pontificũ, vt mox oſtendimus;
6 poſſunt tamen † in aliquibus caſibus; quorum præcipuos lubet hic ſubijcere, quoniam plurimùm faciunt ad materiam, de qua in hac quæſt.agimus.

Primus igitur caſus eſt, quem affert Abb.d.cap. fin. num. 10. & ibi Curt. d. ſect.3.nu.12.Fel.d.cap. quod ſuper his num 4.idem Fel. in cap. 1. num. 49. de conſtit. & ante eos Bal. in l. omnes populi col.6.ff.de iuſt.& iur.& in l.2. verſic. venio ad ſecundum ff. de iureiur. pro quo etiam eſt optima Gloſ. in cap. latorem 33.quæſt.2.& in cap.mẽſuram verb. doloris de pœnit. diſt. 1. quando nimirum ſtatutum contra canones fieret per inferiores ex cauſa vrgenti veriſimiliter non cogitata per canonem. bonus ad id tex.in l.ſi hominẽ ff.mand. quem pro hac deciſione ponderant, & explicant Curt.& Fel. loc. cit. Quæ ta-
7 men deciſio limitatur † primò, ut procedat,modò ſuperior aliàs conſuli non poſſit; ita latè Fel.d. num.4. & Curt. d.
8 ſect.3.num.13. Secundò, vt † in huiuſmodi ſtatuto contra canones ex vrgẽti cauſa cõdito ipſa cauſa exprimatur, propter quam conditur ſtatutum, ita limitant fusè id comprobantes Curt. d.num. 13. & Fel. in cap. 1. fallentia 7. de conſtit. Secundus caſus ſecundùm Fel.d.capit. quod ſuper his num. 4. eſt,
9 quando † Epiſcopus ſtatueret contra canones reſpectu iuris quærendi ipſi Epiſcopo, vel Eccleſiæ; allegat primò capit. cum dilectus,de conſuet. iuncta Gloſ. ibi in Verb. conſtitutum; deinde allegat Gloſ.in §. ex his 16.quæſt.6. Fed.de ſen.conſi.9.& alios pleroſq; docentes poſſe Epiſcopum, & Prælatum inferiorem præiudicare Eccleſiæ ſuæ in quærendis, licèt non inquæſitis. Verùm ab hac deciſione huius caſus
10 † iure optimo recedit Curt. d. ſect. 3. nume. 14. nam ſtatutum hoc generale præiudicans Eccleſijs eſſet irrationabile, ideoq; non valeret,cap.1. cum ibi not. de conſtit. in 6.& cap. erit autem lex diſt.4.cum ſimil. nam & conſuetudo ipſa, quæ tamen magis eſt priuilegiata maioremq; vim habet, ſi grauamen Eccleſijs inferat, tãquam irrationabilis debet iudicis officio tolli c.1. de conſuetudin. neque obſtat d.c. cum
11 dilectus cum ſua Glo. † ideo enim vo-
lunt



lunt valuiſſe illud ſtatutum, per quod aliquod præiudicium generabatur Eccleſiæ in quærendis diſponens, quòd ius confirmandi ad alium prælatum ſpectaret; ea inquam ratione id volũt, quia patronus id petijt tempore fundationis ab Epiſcopo, qui poteſt conſentire fauore fundationis, & conſtructionis nouarum Eccleſiarum; non obſtant etiam deciſiones illę,quibus probatur,Prælatum poſſe præiudicare Eccleſiæ in quærendis; procedunt enim in caſibus particularibus, in quibus nulla fit prohibitio à iure, & poſſunt Prælati deſiſtere à tali præiudicio; nos verò loquimur, vbi fieret ſtatutum generale,per quod fieret pręiudicium irreparabile, & illud quidẽ in omnibus caſibus contingentibus. Tertius caſus
12 eſt, quando † inferiores Prælati, ſeu clerici ſtatuentes contra canones reducerent rem ad terminos iuris communis antiqui. Hunc caſum afferunt Fel. d.cap. quod ſuper his num.6.& Curt.d. ſect.3.nu.16. & approbat Marian. Soc. in c. qualiter. & quando il 2. quæſt. 6.
13 de accuſat. Verùm huius † quoque caſus deciſionem iure refellunt Fel. & Curt.loc. cit. nam attendendum eſt ius corrigens, non correctum, & ſic verè hoc ſtatutum eſſet contra ius; ideoq; non valeret deciſio d. cap. quod ſuper his cum ſimil. præterea ex alia opinione ſequeretur, poſſe inferiores Papa iuxta canones antiquos ad ſeptimum gradum reducere impedimentum cõſanguinitatis quoad matrimonium, quod extenditur ſolùm ad quartũ gradum de iure nouo cap. non debet, de conſanguin. & affin. quod tamen fieri poſſe nemo dixerit, vt optimè arguunt præcitati Doct. qui etiam ſoluunt ea, quæ pro contraria opinione facere videbantur. Quartus igitur caſus eſt,
14 quando † Epiſcopus, vel alij inferiores ſtatuerent contra canones, qui cõditi ſunt principaliter in fauorem clericorum, & illud ſtatutum à ſubditis clericis acceptaretur; ita poſt Archid. in cap. certè, 12.quæſt.1.& Gemin.in c. placuit 32. diſtinct. tradit,& ſatis probat Curt.d.ſect.3.num.18. & ratio eſt, quia fauori ſuo quilibet poteſt renunciare,cap. ad Apoſtolicam,de regular. & l. ſi quis in conſcribendo C. de pact. cũ ſuis concord. ſecus verò eſſet,quando principaliter conditi fuiſſent illi canones in fauorem publicum,vel Eccleſiæ, vt optimè explicat Curt. loc. cit. idque dumtaxat concludunt quinque rationes, quas contra hunc quartum caſum, ſeu limitationem adducit Fel. d.cap.quod ſuper his, num.7. probatur
15 ex eo, quòd ius † publicum pactis priuatorum tolli, vel mutari non poteſt l. ius publicum ff. de pact. cap.ſi diligenti, de for. competen. & cap. requiſiſti, de teſtam. Quintus caſus eſt, quando
16 ſtatutum clericorum † eſt editum ante canonem; nam ſuſtinetur ſtatutum niſi in canone illo ſpecialiter tollatur. tex. eſt in cap. 1. de conſtit. in 6. & adnotarunt Fel.d.c.quod ſuper his, nu.7. verſ.fallit quintò,& Curt.d. ſect.3. nu. 19. Sextum caſum afferunt idem Curt. d.ſect.3.num.20.& Fel.d.cap. quod ſu-
17 per his nu. 8. quando † inferiores ſtatuerent contra ius conſuetudinarium per cap. cum omnes, & c. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. ſed hic caſus non facit ad rem noſtram, neque ad regulam,quam ſupr.cum iiſdem Doct. præmiſimus; quàmuis enim conſuetudo ſit quoddam ius, non tamen propriè eſt ius commune, neque canon dici poteſt cum non ſit communis regula. Septi-
18 mus igitur caſus eſt quando † Epiſcopus ſtatueret cõtra canones in caſibus, in quibus de iure poteſt diſpenſare. ita latè Curt.d. ſect.3. num.21. qui autem
19 † ſint caſus, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare contra ius commune, ponunt Doct. in c.at ſi clerici,de iudic. Aluar. Pelag. de planct. Eccleſ. lib. 1. art. 50. Bertach. in tract. de Epiſcop. 2. par.lib.4.num. 107. & Specul. in tit. de diſpenſat. §. nunc de Epiſcoporum à nume. 1. vſque ad 22. alijque paſſim.
20 Octauus caſus eſt, quando † ſtatutum adderet iuri communi imponendo nouam
uam

uam pœnam. ita Gloſ. quam ſequuntur Doct. communiter clem. ne Romani, de elect. latè Fel. d. capit. quod ſuper num.9. Curt.d.ſect.3. nume. 22. Duen.reg.251.& Henr. Bott. in tract. de ſynod.Epiſ.3.par.artic.1. concl.13. ſed hoc propriè non eſt cõtra canonem ſtatuere, ſed ei addere. Nonus eſt ca-
21 ſus, quãdo † clerici,ſeu alij inferiores ſtatuerent circa aliquod dubium iuris. ita Curt.d.ſect.3.num.23.& Fel.d. cap. quod ſuper his num.9.circa fin.Butr.in c.cum dilectus,de cõſuet. Philip.Prob. d.cap.vnico num.48.& ſeq.de cler.non reſid.in 6.& Hoied. de benef. in compatib.1.par.cap.17. nu. 12. exemplum afferunt Curt.& Fel.in articulo de clerico ſine iuſta cauſa nõ reſidente, num ipſo iure ſit priuatus beneficio,vt videtur innuere tex.in capit. conquerente, cap.qualiter,& cap.ex tuæ,de cler.non reſid. vel debeat priuari per ſentẽtiam præmiſſa etiam monitione,vt in cap.ex parte il 1.cap.inter quatuor, & cap.fin. eod. tit. nam ſuper hoc dubio valeret ſtatutum diſponẽs in alteram partem, vt latè comprobat Curt.& Fel. loc.cit.

22 Decimus caſus eſt,quando † ſtatutum inferiorum contra ius eſſet conforme conſuetudini,quæ contra ius in illa Eccleſia inducta eſt; ita poſt Butr. d. cap. cum dilectus col.10.verſ. ex quo infertur, de conſuet. tradit Curt. d. ſect. 3. num. 24. & Fel. d.capit.quod ſuper his num. 10. in fin. dicens, & optimè tunc valere ſtatutum ex vi conſuetudinis. ratio quoque Curt. eſt optima, quia ſi conſuetudo derogat iuri,ſtatutũ,quod poſt conſuetudinem fieret, non poſſet amplius dici contra ius; attento, quòd illud ius iam ſublatum eſt per conſuetudinem. Alias limitationes huius eiuſdem regulæ,quã ante præmiſimus, videre poteris apud alios Doct. præcipuè verò apud Henr. Bott.d.3. par.art 1.concl.8.Alber.de Roſat. in 1.par.ſtatut.quæſt.7.& Rom.in l.1. ff. de iuriſd. om.iud.

Præmitto tertiò,quòd ſuper ſtatu Ec-
23 cleſiæ † neq; Epiſcopus ſine Capitulo, neque Capitulum ſine Epiſcopo ſtatuere aliquid poteſt. Prior pars probatur in cap. nouit,& cap.quanto,de his,quæ fiun.à prælat. ſin.conſ. capitu idque adnotarunt Io. An. d. cap. vnico num. 1. Franc.ibid.§.ſtatuimus num.2. Gemin. num. 4.nec non Fel. in cap. cum omnes num. 9. de conſtit. vbi Dec. num.7. in 2. lect. Abb. in cap. ad audientiam col. 2.de cler.non reſid.hoc ipſum limitantes ĩ caſu, quo Epiſcopus tollere vellet conſuetudinem ſuper non reſidentia Canonicorũ; nam,ſi Eccleſia valde indigeret miniſtris, poſſet ſolus Epiſcopus per ſtatutum tollere huiuſmodi cõſuetudinem. Poſterior pars probatur in c.cum conſuetudinis, de conſuetud. quem tex. ita intelligunt hanc opinionem latiùs tuentes Doct. ibid. Fel. d. c. cum omnes num.10. Abb.num.4.& ibi cæteri ſcribentes,Gloſ.in capit.2.§. cæterum Verb. ſtatutum, quam ibi omnes ſequuntur de verb.ſignif.in 6. idq; locum habet nõ ſolùm quoad clericos Eccleſiarum Cathedralium, ſed etiam inferiorum, vt inter cæteros pluribus comprobant Fel. d. capit. cum omnes num.11. Abb. num. 4. ibique Butr.& Imol. vtraque vero pars ſimul probatur in Conc. Trident. ſeſſ.24.cap.12. in fin. cuius verba infra in ſecunda concluſione referemus, & latiùs explicabimus. Sede autem Epiſcopali vacante
24 poterit † Capitulum, in quo etiam reſidet poteſtas Epiſcopalis, ea ſtatuere, quæ ad ſtatũ Eccleſię pertineant,quęq; durare debeant etiam tempore Epiſcoporum ſuccedentium, vt poſt alios latè tradunt pluribus id declarantes, Fel.d.cap.cum omnes num.10.& Franc. Pauin. in tract. de poteſtat.cap.ſed. vacan. 1.part.queſt.6.per totam; qui omnino pro iſto articulo cõſulendi erunt. Reliqua,quę generatim dici poſſent de facultate Clericorũ, ſeu Epiſcopi quoad condenda ſtatuta prȩter citatos Doct. in allegatis iurib. videri poſſunt apud ſcribentes in ſum. 18. diſt. cap. 1. & tot. ferè tit. de his, quæ fi.à præl.ſin. conſ.cap. c.cum acceſſiſſent de conſtit.

cap.



cap. 1.& 2. eod. tit. in 6. cap. vnico de Cler. non reſid. eod. lib. & alibi ſæpe. His præmiſſis ſit.

25 Prima Concluſio. Valet † ſtatutum Canonicorum, & clericorum ſine conſenſu Epiſcopi circa modũ diſtribuendi quotidianas diſtriubutiones. ita Gloſ. in d. cap. 2. §. cæterum verb. ſtatutum, de verb.ſign. in 6. quam ibi alij ſequuntur, Abb. d. c. cum conſuetudinis num. 4. de conſuet. Franc. d. cap. vnico § ſtatuimus num. 2. de cler. non reſid. in 6.& ratio eſt,quia in pertinentibus non ad ſtatum Eccleſiæ, vel ad Epiſcopum, ſed ſolùm ad ipſum Capitulum, poſſunt Canonici ſtatuere ſine Epiſcopo, vt ſatis etiam patet ex cap. ex litteris, de conſtit.& cap.edoceri,de reſcript. notatque Gloſ. & Doct. d. §. cæterum, Abb. d. num. 4. & poſt alios Fel. d. cap. cum omnes num.9. in fin. Hinc infertur, quòd poterit ſolum Capitulum ſtatuere, vt tantum detur ei, qui intererit Miſſæ, tãtum ei, qui interfuerit Matutino,& ſic de ſingulis horis; id apertè ſequitur ex ſupradictis iuncta Gloſ.d. cap.vnico Verb.ordinationem à nemine quem viderim reprobata ita explicante illa verba tex. diſtributiones tribuantur iuxta rationabilem cuiuslibet Eccleſiæ ordinationem clericis Collegiatarum Eccleſiarum, qui diuinis officijs in eiſdem Eccleſijs ad fuerint, prout etiam ita explicanda ſunt, quicquid voluerit Petr. à Cened. ĩ Collect. ad ius Canon. 3.par.Collect. 15.num.7. dum ea detorquet ad alium ſenſum, de quo in 3. concluſ.

Secunda Concluſio. Solum Capitu-
26 lum, ſeu clerici inferiores † ſine Epiſcopo nõ poſſunt ſtatuere de quotidianis diſtributionibus quatenus earũ diſtributio pertingit, aut concernit ſtatum vniuerſalem Eccleſiæ, diuinaque officia,eorumue regimen.Id apertè cõſtat ex decreto Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. in fin. cuius hæc ſunt verba; cætera, quæ ad debitum in diuinis officijs regimen ſpectant, deque congrua in his canendi,ſeu modulandi ratione, de certa lege in Choro conueniendi, & permanendi, ſimulque de omnibus Eccleſiæ miniſtris,quæ neceſſaria ſunt, & ſi qua huiuſmodi, ſynodus prouincialis pro cuiuſque prouinciæ vtilitate, & moribus certam cuiq; formulam præſcribet. Interea verò Epiſcopus non minùs, quàm cum duobus Canonicis, quorum vnus ab Epiſcopo, alter à Capitulo eligatur, in ijs, quæ expedire videbuntur, poterit prouidere. hactenus ſacro ſancta Trident. ſynod. d. cap. 12. in fin. Ex quo decreto
27 duo colliguntur. Primum † eſt, non ad ſolum Capitulum ſpectare de ijs ſtatuere, quæ ad diuina officia, Eccleſiaſticumque miniſterium pertinent, ſed ad ſynodum Prouincialem, ac Metropolitanam, interim verò dum celebretur ſynodus, etiam ad Epiſcopum, ex eoque, (vt id nunc obiter adnotemus)
28 improbari † ſententiam Gratian. qui diſt. 18. in ſumma volebat Concilia etiam prouincialia non valere ad definiendum, & conſtituendum, quod tamen etiam priùs reprobauit ibid. Gloſ. & cæteri in Verb. conſtituendum per iura antiqua, nimirum cap. ius ciuile diſt.1.cap.quæ contra,8.diſt.capit. Catholica,11.diſt.cap. illa,diſt. 12. cap.1. de conſecr. diſt.3 & capit. conqueſtus,
29 extra de fer. de maioribus † verò negotijs fateor cum ead. Gloſ. per illa Concilia non poſſe ſtatui, vt in capit. præceptis 12. diſt. c. 1. & ſeqq. diſt.17. Alterum eſt neque etiam ſolum Epiſcopum ſine Capitulo in his poſſe ſtatuere, quia nimirum ſunt ex ijs, quæ ſpectant ad ſtatum Eccleſiæ, in quibus ſolus Epiſcopus non poteſt ſine Capitulo aliquid ſtatuere, vt ſupr. hac ipſa q.præmiſſ. 3. latiùs oſtendimus; idque ex eo patet, quòd interim, dum ſynodus prouincialis celebretur,vult Concil.Trident.quòd ea tractentur,ac perficiantur per Epiſcopum ſimul cũ duo-
30 bus Canonicis. Ad ſynodũ verò † vocandi etiam ſunt Canonici tam Cathedralium, quam inferiorum Eccleſiarũ vbi agendum eſt de correctione morũ,

S aut

aut tractandum de negotijs ad ipſa Ca
pitula, & Eccleſias pertinentibus, aut
denique condenda ſunt ſtatuta, vt ſatis
comprobat Henric.Bott.d.tract. de ſy-
nod.Epiſc. 2. par. num. 23. & pluribus
ſeqq. Hac ratione multa videmus de
diuinis officijs, eorumq; regimine tũ
in alijs pleriſq; tum verò maximè in
Mediolanenſibus tum Prouincialibus,
tum Diœceſanis Concilijs conſtituta
præcipuè ſub tit. quæ ad diuin. offic.
pertin.quę omnia in hoc tractatu,inſe-
rere non decreui, quoniam non imme-
diatè ad quotidianas diſtributiones,de
quibus agimus, ſed remotè pertinere
videntur, ijſque adeo contentus ero,
quæ ad ipſaſmet diſtributiones ſpe-
ctant. Poterit tamen ſolus Epiſcopus
31 † circa illas diſtributiones quotidia-
nas,quæ de nouo fiunt per detractionẽ
tertiæ partis redituum,& prouentuum
quarumcunque dignitatum, & portio-
nnm,præbẽdarum, & officiorum iuxta
decretum Trident. Concil.ſeſſ.21. c. 3.
de reform. eas proportionabiliter in
ipſa prima fructuum deductione diui-
dere, & aſſignare tam perſonis Eccle-
ſiarum,quam ipſis horis, ac diuinis of-
ficijs, vt ſatis patet ex d. capit.3. de re-
form.ibi ſeparare debere,& iter digni-
tates obtinentes, & cæteros diuinis in-
tereſſentes proportionabiliter iuxta
diuiſionem ab Epiſcopo etiam tãquam
Apoſtolicæ Sedis delegato in ipſa pri-
ma fructuum deductione faciendam
diuidantur, quod maximè notandum
eſt etiam pro limitatione præcedentis
concluſionis.

Tertia,& poſtrema Concluſio. Re-
32 gulariter non valet † ſtatutum, per
quod tribuantur abſentibus quotidia-
næ diſtributiones. id apertè voluit
Franc.d.c.vnico §. ſtatuimus num.2.de
cler.non reſid.in 6.cum enim retuliſſet
dictum Gloſ.in cap.2. de verb. ſig.in 6.
de quo ſupr concl.1. quòd nimirũ poſ-
ſit Capitulum ſine Epiſcopo inducere
ordinationem,& conſuetudinem circa
quotidianas diſtributiones certo mo-
do diſtribuendas inter illos de Capi-
tulo, ſubdit, intellige dummódo non
ſit contra diſpoſitionem iſtius tex. ni-
mirum d.cap. vnic. vbi expreſsè diſpo-
nitur,ne diſtributiones vlla ratione tri
buantur ijs,qui diuinis officijs non ad-
fuerint, exceptis tribus illis caſibus,
hoc eſt corporalis neceſſitatis, infir-
mitatis, & vtilitatis Eccleſiæ. Proba-
tur etiam hæc concluſio ex cap. quod
ſuper his, de maior. & obed. cum alijs
iuribus, quib. ſupr. hac ipſa quæſt. in
princ.oſtendimus regulariter non poſ-
ſe inferiores contra canones ſtatuere;
vbi etiam diuerſitatis rationem attuli-
mus, cur poſſint contra canones con-
ſuetudinem inducere, non autem con-
dere ſtatuta. Idem quoque cenſuit Sa-
cra Congregatio Trident.Concil. dum
ad ſeſſ.24.capit.12. de reformat.in vna
33 Mediolanenſi reſpondit † per Concil.
Trident. eo loco ſublatas eſſe omnes
vacationes, per quas licebat Canoni-
cis duos, aut tres mẽſes abſentibus di-
ſtributiones percipere; id quod verum
34 quoque eſſe ait, licèt † omnes fructus
Canonicatuum conſiſtant in diſtribu-
tionibus; nam etiam hoc caſu, inquit,
omnes vacationes ſunt ſublatæ; ſecus
35 verò † ſi in fundatione huiuſmodi va-
cationes eſſent conceſſæ. Idem etiam
ſtatuit Concil.Prouinc. Mediol.1. ſub
tit.de miniſtr.Eccleſiæ, & diuinis offi-
cijs irritans, & tollens omne ſtatutum,
quo aut abſenti quauis de cauſa eius
diei, vel ſacræ horæ,in qua muneri ſuo
defuerit, aut omnino cuiquam contra
quam iure cõmuni,& Tridentini Con-
cilij,& Prouincialibus Mediol. Conci-
lijs definitum ſit, diſtributiones quoti-
dianæ dari ſolerent; ſtatuenſq́, quòd
ſi datæ fuerint, qui acceperit,ſuas non
faciat, ſed eas reſtituere teneatur.
36 Quare laxè nimis † locutus eſt Petr. à
Cened.d.3.par.collect.15.num.7. dum
voluit Eccleſiæ ſtatuto caueri poſſe, vt
abſens ob ſolam animi oblectationem,
reſque ſuas componẽdas per duos, aut
etiam tres menſes in anno integrè per-
cipere poſſit quotidianas diſtributio-
nes,ac ſi ſemper, & aſſiduè diuinis of-
ficijs



ficijs intereſſet. Neque, vt ipſe putat,
37 pro eius opinione † facit tex. d. capit.
vnico §. ſtatuimus,dum diſponit, diſtri
butiones eſſe dandas, & recipiendas
iuxta rationabilem cuiuſque Eccleſiæ
ordinationem; hæc autem ordinatio,
qua illi duo menſes conceduntur ad
res familiares componendas, & hone-
ſtam animi oblectationẽ, rationabilis
videatur, vt ſic ex interuallo miniſtri
regredientes ad cultum diuinum ala-
criori ſpiritu illi incumbant; nã, vt ad-
mittamus id rationabile eſſe iuxta ea,
quæ in præcedẽti q. cõcl.3.latiùs dedu
38 ximus; ſola rationabilitas † cum lapſu
legitimi temporis ſufficit in conſuetu-
dine contra ius, vt patet ex tex. in cap.
fin. de conſuet. & ibi. voluit Gloſ. fin.
in fin. cuius opinionem ſatis ſequitur
Abb. ibid.num. 13. de ſtatuto verò hoc
non habemus; ſed vel regulariter non
valere ſtatutum inferiorum contra ius
Canonicum, vel vbi cauſa aliqua ad-
mittatur ad validandum ſtatutum cõ-
tra Canonem, ea debet eſſe vrguens,
neque cogitata per Canonem, per ea,
quę paulò ante præmiſſ. 2.in primo ca-
ſu adduximus. Præterea quod dicit
tex. d. §. ſtatuimus de ordinatione ra-
tionabili cuiuſlibet Eccleſiæ, id intel-
ligendum eſt quoad hoc, vt Miſſæ, &
ſingulis horis Canonicis certa diſtri-
butionum portio aſſignetur, quam ac-
quirat qui illis interfuerit, vt ibi expli-
cat Gloſ. in Verbo ordinationem à ne-
mine quem viderim reprobata, ſed in
ſpetie approbata per Anchar. ibid. nu.
2. in initio. Minus etiam pro illa Petri
39 opinione facit † Gloſ. d. cap. 2. §. cæte-
rum Verb. ſtatutum de verb. ſig. in 6.
ſolùm enim vult poſſe capitulum ſine
Epiſcopo ſtatuere, quòd certis modis
quotidianæ obuentiones diſtribuãtur,
quatenus tamen id non ſtatum Ec-
cleſiæ ſed ſingularia Capituli negotia
tangit; vt patet ex eiuſdem Glo. verbis;
at verò, quòd hę diſtributiones dentur
abſentibus, ſeu magis huic, quàm illi,
quis dubitat ad Eccleſiæ ſtatum perti-
nere? Couar. verò, qui pro eadem opi-
nione à Cened. adducitur d. lib.3. var
reſol. cap. 13. num. 3. verſic. prima
40 ſanè † ſolùm docet conſuetudinem in-
terpretari poſſe in caſu dubio iuris, an
abſentibus diſtributiones quotidianæ
debeantur, nec ne; quod proculdubio
ad rem non facit, tum quòd non ſumus
in caſu dubio iuris, ſed manifeſto;
quòd abſentibus regulariter nõ debeã-
tur diſtributiones, tum quod diuerſa
ratio eſt conſuetudinis, & ſtatuti, vt
antea diximus. Idem autem Couar.
num. 8. verſic. decimotertiò illud eſt,
ſimiliter loquitur de conſuetudine; &
præterea de abſente à parte vnius horę.
qui etiam ad otium non diuertat. Sot.
verò lib.10.de iuſt.quęſt.5.art.6.verſic.
poſtremum denique dubium huc per-
tinens, loquitur ſimiliter de eo, qui
abeſt a parte vnius horę, quod tamẽ nõ
probat, & præterea de ſtatuto, cui ad
iuncta ſit conſuetudo, quod facilè ad
mittemus per ea, quæ tradidimus ſupr.
hac ipſa quæſt. præmiſſ. 2. in 10. caſu.
Denique quod idem Petr. à Cened. pro
ſua opinione adducit valere conſuetu-
dinem, quòd ille, qui abfuit pro vtili-
tate Eccleſiæ de foris veniens per pau-
cos dies faciens moram in domo ſua,
licèt diuinis non interſit, diſtributio-
nes percipiat; & generatim valere cõ-
ſuetudinem, vt ex iuſta cauſa abſens
eaſdem recipiat, id vtrunque ſaltem in
conſuetudine legitimè præſcripta gra-
tis damus, & præcedenti quæſt. ſuis lo-
cis demonſtrauimus; verùm non rectè
infertur à conſuetudine ad ſtatutum;
tum quod diuerſa ſint iuxta vulgatam
l. Papinianus ff. de minor. tũ quòd re-
gulariter poſſe quidem inferiores con-
tra canones legitimam cõſuetudinem
inducere, non autem ſtatuere ſup. hac
eadem quæſt. in princip. diſcriminis ra
tionem afferentes oſtendimus.

Limitari autem poteſt hæc noſtra
41 tertia concluſio primò, vt † tolerari
poſſit ſtatutum, per quod ſenibus, &
benemeritis, qui ſaltẽ per quadraginta
annos continuos Eccleſiæ inſeruierunt
diuinis intereſſendo, dentur diſtribu-
S 2 tiones

tiones, licèt ampliùs diuinis non interſint, tum per ea, quæ attulimus ſupra hac ead. 2. par. quæſt. 5. ferè per totam maximè verò ad fin. tum quia id ſatis patet ex declaratione Sacr. Congreg. quæ præeſt interpretationi Tridentini Concilij, cuius ad ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat. in vna Oſcenſi hæc ſunt verba. licèt ſtatuta ſint ſublata, per quæ abſentibus dantur diſtributiones, nihilominus Gregor. 13. ſenibus, & benemeritis miſertus mandauit ſtatutum Cõpoſtellanum tolerari, per quod debentur diſtributiones non ſeruiẽtibus, qui per 40. annos iam ſeruierunt. Limitatur ſecundò eadem concluſio, vt va-
42 leat † ſtatutũ, quòd dentur quotidianæ diſtributiones abſenti vrgenti aliqua de cauſa veriſimiliter non cogitata per canonem, quod probatur ex ijs, quæ latiùs adduximus ſupr. in hac q. præmiſſ. 2 caſ. 1. vbi ſatis demonſtrauimus poſſe inferiores clericos ex huiuſmodi cauſa contra canones ſtatuere; idem apertè voluerũt Palud. in 4. diſt. 15. quæſt. 5. concl. 9. Sot. d. verſic. poſtremum denique dubium, Cened. d. Collect. 15. nu. 7. Nauar. tract. de orat. & hor. canon. cap. 5. num. 20. & cap. 21.
43 nu. 63. Nõ admitterem † tamen, quod poſt Palud. docet Nauar. ibid. nimirũ, quod ſtante huiuſmodi ſtatuto de percipiendis in abſentia ſine iuſta cauſa diſtributionibus, licèt nõ poſſit hic abſens eas percipere in foro conſcientiæ; in foro tamen exteriori non eſſet ei detrahenda ſua portio. nã rationes mox adductæ initio huius cõcluſionis procedunt in vtroque foro, & maximè in foro exteriori. Minùs verò admitten-
44 dum † eſt, quod idem Nauar. d. cap. 5. num. 21. docet, quòd, vbi ſe aliquis vigore ſtatuti excuſat, quin alicui horæ interſit ob aliquam cauſam à ſtatuto probatam, modò ea cauſa ſubſit, licèt implementum poſtea differatur, poterit licitè illius horæ diſtributionẽ percipere, vt ſi quis ſe excuſet à veſperis cauſa ſtudij, vel lectionis, & differat ſtudium, vel lectionem longè poſt veſperas. obſtat enim illa ratio, quòd ceſſante cauſa ceſſare debet effectus, cap. cum ceſſante, de appellat. cum ſimilib. diſtributiones verò dantur à ſtatuto huic abſenti ob talẽ cauſam, ergo & c.
45 Denique laxè nimis † loquitur idem Nauar. dum d. num. 21. & d. capit. 21. nu. 64. inter cauſas iuſtas, ob quas poſſunt à ſtatuto dari abſenti diſtributiones, enumerat reſecationem barbæ, aduentum hoſpitis, uiſere cognatos, vel amicos, & ſimilia; nemo enim non videt, has eſſe leuiſſimas cauſas; quarum implementum cũ in aliud tempus differri poſſit, & debeat, nõ eſt, quòd propter eas Eccleſia, diuinuſq; cultus deſeratur, cũ ẽt ſecluſis diſtributionibus maxima ſit obligatio Canonicorum in Eccleſiam diuinorum officiorum celebrandorum gratia conueniendi, vt patet ex cap. fin. 92. diſt. & adnotauit idem Nauar. d. cap. 5. num. 18. potiùs verò cum eodẽ Nauar. ibid. recenſerẽ
49 inter has cauſas † ſtudiũ, idq; propter eius vtilitatem, de qua per Doct. in c. licèt, de præb. & c. fin. de magiſtr. aut peregrinationem maximè neceſſariam ex uoto iuxta tradita per Doct. in tit. de vot. & Odd. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 7. art. 13. Idemque eadem ratione dici poſſet de eo, qui abeſt propter vtilitatem communis Eccleſiæ ſuę ciuitatis, prout pleraque huiuſmodi ſtatuta ſunt tum in alijs pleriſque, tum præcipuè in Eccleſia Metropolitana Mediolanenſi. Illud ſanè admittendũ eſt, quod docet Nauar. d. num. 64.
47 quòd † vbi ſtatutũ ob aliquam iuſtam cauſam dat aliquos dies abſentiæ, licèt Clericus aliquas ex illis diebus horas, quibus etiam diuina officia in choro recitantur, malè conſumat in ludis, & ſimilibus; tamen pro eo tempore licitè percipit diſtributiones; tum quòd principaliter illi dies accipiuntur pro iuſtis occupationibus; tũ quod neq; ẽt minus principaliter ſumuntur ad illa mala, vel vana; ſed hæc incidunt incumbenti principaliter rebus, ac negotijs iuſtis ab ipſo ſtatuto probatis. Similiter, licèt regu-



48 regulariter ſtatutum † nõ extendatur ad caſum fictum; tamen vbi duo æquiparantur à iure, ſtatutum diſponens in
49 vno caſu † extendetur ad alium, vt in hac ſpetie adnotauit Anchar. d. cap. vnico num. 2. & probatur ex latiùs per nos adductis in tract. de Option. cap. 4. quæſt. 3. concl. 2. circa medium.

Limitari poteſt tertiò hæc eadẽ prin-
50 cipalis concluſio † iuxta tertium, & ſequentes omnes caſus, in quibus ſupra hac ipſa quæſt. in 2. præmiſſ. oſtendimus poſſe inferiores ſtatuere contra canones, ad quos breuitatis cauſa ſtudioſum lectorem remito; ſequens enim queſtio iam diu nos ad ſe vocat.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Priuilegium, diſpenſatio, & beneficium quomodo inter ſe differant, & num. ſeqq.*
2 *Diſpenſatio quid ſit.*
3 *Priuilegium quid ſit.*
4 *Beneficium Principis quid ſit.*
5 *Diſpenſatio ſtrictiſſimam patitur interpetrationem.*
6 *Beneficium latiſſime eſt interpretandum.*
7 *Priuilegium ſtrictam habet interpetrationem; etiam ſi agatur de modico præiudicio, num. 8. illoque motu proprio concederetur perſonæue aliàs priuilegiatæ. nu. 9. Vel ſi contineret fauorem, illius, cui conceditur, aut inciperet eſſe damnoſum alijs. num. 10.*
11 *Priuilegium non extenditur etiam ex identitate, aut maioritate rationis.*
12 *Priuilegium extenditur quando aliàs redderetur in vtile. Aut præiudicaret ſpetiali ſtatuto, reſq; reduceretur ad ius commune num. 13. aut priuilegium contra ius iure ſuadente conceditur. num. 14. aut vbi conſtat, quòd Princeps vult præiudicare tertio. num. 15.*
16 *Priuilegium reſtringi non debet vltra id, quod proprietas verborum patitur.*
17 *Conceſſio diſtributionum abſentibus à Pontifice facta neque diſpenſatio, neque beneficium, ſed propriè priuilegium dicitur, ſtrictamq; habet interpretrationem, & num. 18.*
19 *Papa poteſt aliquibus clericis priuilegio concedere, vt abſentes percipiant diſtributiones quotidianas.*
20 *Ius humanum poteſt ab eo, qui illud condidit, tolli.*
21 *Priuilegium alicui cõceſſum à Papa, vt pecipiat in abſentia fructus ſui beneficij integrè, ac ſi in Eccleſia ſua reſideret, non comprehendit quotidianas diſtributiones. Idem vbi priuilegiũ ſolùm haberet, quòd perciperet fructus, ac ſi præſens eſſet. num. 22.*
22 *Mortuaria, & anniuerſaria non comprehenduntur in priuilegio alicui conceſſo, vt poſſit in abſentia percipere fructus, reditus, prouentus, obuentiones, & emolumenta, atq; etiam diſtributiones quotidianas.*
23 *Priuilegium conceſſum aliquibus Eccleſijs, vt earum clerici poſſint abeſſe per duos menſes in anno, & tamen percipere diſtributiones, ſumit interpretationem ab earundem ſtatuto, & conſuetudine rationabili.*
24 *Mens Principis in priuilegijs maximè eſt attendenda.*
25 *Statuta, & conſuetudines rationabiles Eccleſiarum in dubio cenſetur Papa velle ſeruare illæſas.*
26 *Priuilegium intelligitur iuxta ſtatutum, ab eoq; ſumit interpretationem.*
27 *Priuilegium conceſſum aliquibus, vt poſſint abeſſe per duos, aut tres menſes in anno, & tamen percipere diſtributiones, intelligendum, & practicandum eſt ſine diminutione cultus diuini.*

## *An, & quando priuilegio concedi poſſit, vt abſentes diſtributiones quotidianas percipiant.*

## *Quæſtio. XIV.*

EX tribus queſtionibus, quas ſupr. in initio queſt. 12. continenter tractandas propoſuimus, reliqua eſt hæc de priuilegio, quid nimirum poſſit in tribuendis ijs, qui diuinis officijs non interſunt, quotidianis diſtributionibus.

Pręmittendum autem eſt primò dif-
1 ferre inter ſe iſta tria, † diſpenſationẽ,
ſeu indulgentiam, priuilegium, & beneficium; ſi enim Principis conceſſio
2 † ſimpliciter aduerſus ius commune,
&, quod vt plurimum accidit, ad fauorem vnius fiat, in diſpenſationem, &
3 indulgentiam tranſit; ſi verò in † alterius

terius præiuditium conceditur, tunc
4 priuilegiū appellatur, deniq; ſi † neq;
iuris communis detrimentum, neq; al-
terius damnum huiuſmodi conceſſio
contineat, beneficium propriè nuncu-
patur, vt tum alibi ſæpè, tum frequen-
tiſſimè teſtantur ſcribentes in l. fin. ff.
de conſtit. Princip. l. ſi quando C. de
bon. vacan. lib. 10. cap. cum dilecti, de
donat. cap. olim, de verb. ſign. & capit.
priuilegium, de reg. iur. in 6. idque in
ſpetie tradiderunt Camerar. in repet.
cap. Imperialē fol. 63. de prohib. feud.
alien. per Feder. & Carol. Tapia ad ru-
br. ff. de conſtit. Princip. cap. 4. nu. 120.
ad fin.

Præmitnedum ſecundò diſpenſatio-
nem † ſtrictiſſimè eſſe interpretandam
tex. eſt in cap. 2. de fil. presbyt. in 6.
idque adnotauit Io. An. Abb. Fel. & alij
in cap. at ſi clerici §. de adulterijs, extra
de iudic. latè Carol. Tap. d. rubr. cap. 5.
num. 1. cum ſeqq. vbi id optimè decla-
6 rat. beneficiū verò latiſſimè † eſt interpe
trandum, d. cap. cum dilecti, de donat.
cap. olim, de verb. ſig. & cap. quia circa
de priuil. cum ſimil. fusè Tapia d. rub.
cap. 7. per totum, & Doct. in præcitatis
iuribus, & alibi ſæpe: priuilegium deni
que, quoniam in alterius detrimentum
7 vergit, ſtrictè † eſt interpretandum,
vt colligitur ex cap. ſanè, vbi Abb. &
Dec. de priuil. latiſſimè Fel. in cap. cau-
ſam, quæ, num. 24. de reſcript. & Tapia
d. rubr. capit. 6. num. 1. idq; procedit
8 † etiā ſi agatur de modico præiudicio,
9 aut motu proprio † concederetur, per-
10 ſonæue aliàs priuiligiatæ; vel ſi † con-
tineret fauorem eius, cui conceditur,
vel ſi etiam ex poſt facto incipiat alteri
præiudicare, vel ſi præiudicet habenti
indultum generale, vt optimè probat
Claud. d. §. fin. col. 5. 6. & 7. ff. de conſtit.
11 Princip. vbi etiam probat, † non eſſe
extendendum ad cauſam ſimilem ex
identitate, vel maioritate rationis. Id
12 ipſum, verò non procedit † quando
aliàs redderetur in vtile priuilegium,
niſi extenderetur, cap. in his, vbi Doct.
de priuil. Claud. d. col. 7. aut quando
13 † derogaret ſpeciali ſtatuto, & res redu
ceretur ad ius commune, Gloſ. in cap.
ſtatutum ver. numerandum de preben.
in 6. latè Tapia d. cap. 6. num. 9. aut
14 quando † priuilegium contra ius iure
ſuadente conceditur, Butr. & Abb. in
cap. tua nobis, de verb. ſig. Claud. d. col.
15 7. limit. 2. aut quotieſcunque † conſta-
ret de mente Principis volentis præiu-
dicare tertio, Claud. d. col. 6. limit. 1.
16 Denique reſtringi non debet † vltra
id, quod proprietas verborum patitur.
Carol. Tapia d. cap. 6. nu. 12. poſt Ang.
d. l. fin. ff. de conſtit. princip. Aret. in l.
cum lege ff. de teſtam. & Rube. conſ.
135. num. 3. Quoniam verò conceſſio
de percipiendis in abſentia quotidia-
nis diſtributionibus, de qua hic agi-
mus, eſt contra ius commune; vt patet
ex tex. d. cap. vnico cum ibi traditis per
17 Doct. de cler. non reſid. in 6. ideo † be-
neficij nomen non meretur; & quia tē-
dit ad præiudicium quàmuis modicū
tertij, cum per huiuſmodi cōceſſionem
fiat, vt portio huius abſentis, quæ alio-
qui regulariter accreſcere deberet in-
tereſſentibus, propter huiuſmodi con-
ceſſionem non accreſcat, hinc fit, vt
18 † non diſpenſationis, ſed priuilegij no
men hæc ipſa conceſſio nam oſcatur, &
iuxta ſupra dicta ſtrictam habeat in-
terpretationem, neq; extenſionem aliā
quam mox cōmemoratum admittat.

Prima concluſio. Certum eſt poſſe
19 Summum Pontificem † alicui, vel ali-
quibus clericis Eccleſiarum Collegia-
tarum priuilegio concedere, vt abſen-
tes percipiāt quotidianas diſtributio-
nes, ita in ſpetie tradit Gloſ. Io. An. d.
cap. vnico in Verb. adfuerint; idem Io.
An. ibid. in nouell. nu. 3. Anchar. nu. 1.
Prob. num. 50. & ibi Gemin. in §. ſtatui-
mus num. 5. Franc. num. 3. Aug. Bero.
quæſt. 114. nu. 1. & 4. & ratio clara eſt;
nam diſtributiones quotidianæ iure
humano introductæ ſunt, eodemq; iu-
re inductum eſt, vt eæ ſolum intereſ-
ſentibus verè, vel fictè diuinis officijs
tribuantur, vt patet ex d. cap. vnico, &
ijs, quæ latiùs adduximus ſupr. 1. par.
quæſt.



quæſt. 5. concl. 1. & 2. ius autem huma-
20 num † poteſt ab eo, qui illud condidit
tolli, vt probatur in cap. propoſuit de
conceſſ. præben. & tradunt ibi Doct. &
in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.
& in cap. alma mater, vbi inter cæteros
Couar. de ſent. excom. in 6. quare licèt
Summus Pontifex d. capit. vnico, & in
alijs iuribus ſtatuerit, vt regulariter nō
niſi intereſſentibus dētur diſtributio-
nes; contra id tamen poterit aliquem
priuilegiare, immo & ſtatuere, idque
maximè cum Papa ſummam habeat in
beneficialibus poteſtatem, capit. 2. de
præben. in 6. cum alijs, quib. id fusè
oſtendimus in tract. de Option. cap. 8.
quæſt. 1. num. 2.

Secunda Concluſio. Si Papa alicui
clerico Eccleſiæ Collegiatæ concedat,
vt percipiat fructus benecij ſui in abſen
tia integrè, ac ſi in eadem Eccleſia reſi-
21 deret, adhuc † non cenſeretur illi cō-
ceſſum, vt poſſit in abſentia percipere
quotidianas diſtributiones. Ita Io. An.
d. cap. vnico in nouell. num. 3. quem
ſequitur ibi Gemin. in §. ſtatuimus nu.
5. & Viu. in commun. opin. Verb. diſtri-
butiones quotidianæ in fin. Couar. d.
lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 2. poſt
Caſſad. deciſ. vnic. ſub tit. de Cler. non
reſid. & alios. Ratioque eſſe poteſt,
tum quòd diſtributiones nomine fru-
ctuum beneficij non continetur, vt d.
1. par. quæſt. 6. latiùs oſtendimus, tum
quòd aliud eſt reſidere, aliud diuinis
intereſſe, diſtributiones verò dantur
tantùm intereſſentibur, vt fuſiùs de-
monſtrauimus d. 1. par. quæſt. 4. poſt
medium, neque obſtat verbum integrè,
quia tale verbum non includit diſtri-
butiones quotidianas, vt adnotarunt
Io. An. & Gemin. loc cit. per tex. in cap.
licèt, de præben. qui apertus eſt, cui ego
addo alium in cap. fin. de magiſtr. & in
cap. 2. de priuil. in 6. ex quo duo colli-
guntur; alterum erraſſe Gloſ. 2. in cap.
cum dilectus, de cler. non reſid. Vinc. in
c. Excommunicamus §. Catholici, de
hæret. & Hoſt. in cap. ad liberandum,
de iudæ. qui contrarium ſenſerunt; ſe-
cundò colligitur idem multò magis di
cendum vbi priuilegium ſolùm conti-
neret, quòd poſſet quis percipere fru-
ctus beneficij, ac ſi præſens eſſet, tum
per ſupradicta, tum per ea, quæ addu-
ximus ſupr. hac eadē 2. par. præmiſſ. 4.
vbi oſtendimus differe præſentiam ab
intereſentia; tum quia ita in ſpetie tra-
dit Viu. d. Verb. diſtributiones ad fin.
& Couar. d. num. 2. poſt Gloſ. com-
muniter receptam d. cap. vnico Verb.
adfuerint. Multò autem fortius idem
dicendum erit, vbi Papa ſolùm conce-
deret priuilegium, quòd quis poſſet in
abſentia percipere fructus beneficij
ſui, vt eſt tex. vbi Gloſ. communiter
approbata in cap. fin. de reſcript. in 6. &
conſtat ex ſupradictis.

22 Tertia Concluſio. Priuilegium † ali-
cui conceſſum à ſummo Pontifice, vt
poſſit in abſentia percipere fructus, re-
ditus, prouentus, obuentiones, & emo-
lumenta ſui Canonicatus; atque etiam
diſtributiones quotidianas, ad huc non
comprehendit mortuaria, ſeu anniuer-
ſaria. Moueor autem tum quod in hanc
ſententiam inclinare videtur Nauar.
magnæ auctoritatis vir. in conſ. 13. de
cler. non reſid. lib. 3 vol. 1. eamq; quoad
priorem partem apertè tuetur Boer. de-
ciſ. 224. loquens in locatione, quæ pro-
culdubio laxiorem interpretationem
admittet, quàm priuilegium, quod
ſtrictè ſumendum eſt, vt paulò antè
oſtendimus. idem quoque voluerunt
Oldr. conſ. 216. num. 1. Fel. in cap. ad
aures num. 14. de reſcript. & Anchar.
in clem. vnica nu. 41. & 42. de conceſſ.
præben. poſt Io. An. in addit. ad Specul.
eod. tit. col. 6. Add. ad Rot. deciſ. 8. de
præben. in nou. Bellenz. in tract. de cha
rit. ſubſid. & poſt alios Couar. d. lib. 3.
var. reſol. cap. 13. num. 1. ad fin. dum tra
dunt appellatione redituum, & valo-
ris beneficij non contineri mortuaria,
& anniuerſaria; idem denique ex eo
probatur, quòd diſtributiones nomine
prouentuum, redituum, obuentionum,
Canonicatus, ſeu beneficij nō veniunt
vt d. 1. par. quæſt. 7. latiùs oſtendimus;
a qui-

equiparãtur aũt inter ſe diſtributiones
quotidianæ, & mortuaria, ſeu anniuer-
ſaria, vt conſtat ex d. cap. vnico in fin.
vbi Doct. communiter id adnotarunt,
immo maior ratio eſt de his, quàm de
diſtributionibus, cum magis incerta
ſint, vt conſtat ex Io. An. Boer. & Anch.
loc. cit. qua ratione non obſtat, quod
d. quæſt. 7. concl. vlt. docuimus diſtri-
butiones cõtineri nomine emolumen-
torũ beneficij, & Canonicatus: adhuc
enim diſpar eſt ratio propter maiorem
incertitudinem mortuariorum, ſed &
illa diſparitas eſt, quòd percipere an-
niuerſaria, & mortuaria non ita præ-
ciſè, & per ſe conuenit ratione Cano-
nicatus, & beneficij in Eccleſia Col-
legiata, ſicut de perceptione diſtribu-
tionum conſtat ex cap. dilectus il 1. &
cap. pro illorum de præben. nam etiam
Rectores Parochialium, & alij clerici
aliarum Eccleſiarum, quam quæ Col-
legiatæ ſunt, percipere poſſunt, & ha-
bere huiuſmodi mortuaria, & anniuer-
ſaria, vt quotidie videmus. Poſterior
verò pars huius concluſionis, quòd ni-
mirum iſta mortuaria, ſeu anniuerſa-
ria non contineantur in priuilegio de
percipiendis in abſentia quotidianis
diſtributionibus, probatur ex eo, quòd
hæc diuerſa ſunt inter ſe: nã diſtribu-
tiones quotidianæ illæ ſunt, quæ quo-
tidie diſtribuuntur, vel diſtribui poſ-
ſunt, vt inſpetie tradunt inter cæteros
Prob. d. cap. vnico nu. 1. & 2. conſtatq;
ex ijs, quæ nos latiùs adduximus ſup. 1.
part. quæſt. 1. ad fin. & q. 4. circa mediũ;
hæc autem mortuaria non quotidie,
neque etiam certis diebus diſtribuun-
tur, aut lucrifiunt, vel lucrifieri poſ-
ſunt.
23 Quarta concluſio. Priuilegiũ † ab-
ſolutè cõceſſum aliquibus clericis, vel
etiam vniuerſis, ac ſingulis alicuius Ec
cleſiæ Collegiatæ, vt poſſint per duos
menſes in anno abeſſe, & tamen perci-
pere quotidianas diſtributiones, ſume-
re debet interpretationem à ſtatuto, &
conſuetudine rationabili illius Eccle-
ſiæ, cui conceditur, puta, quòd diebus
feſtis duplex diſtributio, pontificali-
bus triplex aſſignata ſit, de qua ratio-
nabilitate diximus ſupr. hac eadem 2.
part. quæſt. 3. concl. 5. ad fin. ideoque
in hoc caſu duorum menſium iſti ab-
ſentes non habebunt dumtaxat ſexa-
ginta dies naturales ex ijs, quibus ſim-
plex portio aſſignata ſit, ſed neque ex
ijs, quibus duplex, aut triplex; ſed ex
omnibus hiſce communiter; ex quibus
in fine anni vnica ſumma conſtituenda
erit, ex qua deinde ſubducenda erit ſex
ta pars, quam ſi non excedat tempus
abſentiæ alicuius in toto anno, in quo
integro habebat ius percipiendi diſtri-
butiones, habendus erit pro præſente,
& intereſſente, atq; adeo integras to-
tius anni diſtributiones percipiet: atq;
ita alicubi practicatur. quę praxis vna
cum hac concluſione eam rationem
habet, quòd ſic nihil violatur mens
Papæ concedentis huiuſmodi priuile-
gium, nam ita in caſu huius conſue-
tudinis, ſeu ſtatuti, cuius mox mentio-
nem fecimus, habet clericus ſextam
dumtaxat partem totius anni, ſicut in
caſu verborum priuilegij de duobus
24 menſibus. mens autem Principis † in
priuilegijs maximè attendenda eſt, l. in
conditionibus primum locum ff. de
condit. & demoſtr. cum alijs, de quibus
per Iaſ. in l. 3. num. 1. C. de lib. præter.
& Pariſ. conſi. 90. num. 11. & 14. lib. 2
Franc. Marc. deciſ. Delph. 365. nu. 32.
1. par. & ex eo etiam probatur, ꝙ Papa
25 indubio † mandare videtur, vt Eccle-
ſiæ ſtatuta rationabilia, & conſuetudi-
nes ſeruentur, vt conſtat ex cap. fin. de
conſuet. in 6. cap. cum Eccleſia de præ-
ben. & cap. 1. de conſtit. in 6. & adnota-
uit Abb. in c. poſſeſſiones, de reb. Eccl.
non alien. & Frãc. Marc. deciſ. Delphin.
26 1269. nu. 1. immo & priuilegium † in-
telligitur iuxta ſtatutum, ab eoque ſu-
mit interpretationem, vt probat latè
Burſat. conſ. 85. nu. 12. lib. 1. & Menoch.
conſi. 227. num. 35. & conſi. 266. nu. 9.
lib. 3.
Quinta, & poſtrema concluſio. Pri-
27 uilegium huiuſmodi † aliquibus cle-
ricis,



ricis, vel toti Eccleſiæ Collegiatæ con-
ceſſum, vt poſſint abeſſe per duos, aut
plures menſes in anno, & tamen quo-
tidianas diſtributiones integrè perci-
pere, ita intelligi, & practicari debet,
ne Eccleſia patiatur miniſtrorum de-
fectum, & ſine diminutione cultus di-
uini. optimus ad id tex. in cap. cum ad
hoc, quod eſt pen. de cler. non reſid. vbi
priuilegiati ſuper abſentia per Sum-
mum Pontificem, reuocari debent, ſi
Eccleſia patiatur miniſtrorũ defectum
item tex. in cap. ſuggeſtum, de decim.
cum ſimil. vbi reuocatur priuilegium,
cùm incipit eſſe Eccleſiæ damnoſum.
facit etiam quia Papa intendit, vt di-
uinus cultus potiùs augeatur, quàm
minuatur cap. pen. extr. de conſtit. &
cap. fin. de reſcript. lib. 6. ex quo fit, vt
huiuſmodi priuilegia ſemper habeant
illam clauſulam, ſine præiudicio cul-
tus diuini, & præterea contineant etiã
illam, de licentia Ordinarij, quoniam
ad eum ſpectat iudicare, & arbitrari,
quando propter abſentiam clericorum
Eccleſia patiatur defectum miniſtro-
rũ, diuinusq; cultus minuatur, & pro-
uidere, ne id fiat iuxta tex. cum ibi not.
d. cap. pen. de cler. non reſi. poterit autẽ
in hoc caſu arbitrari iudicio meo tunc
non eſſe diminutum diuinum cultum,
ſeu Eccleſiam non pati defectum mini-
ſtrorum, quando maior pars Clerico-
rum diuinis intereſt, per regulam tex.
in cap. 1. & ſeqq. de his, quæ fi. à mai.
par. c. & l. 1. cum ſeqq. ff. quod cuiuſq;
vniuerſ. nom. cum ſimil. in quibus pro-
batur, id quod fit à maiori parte Colle-
gij; à toto Collegio factum cenſeri, in
qua maiori parte computandos puto
illos quoque, qui abſentes habentur
pro præſentibus in Choro. Quod ſi
hoc nõ ſufficiat, poterit etiam Epiſco-
pus mandare, vt duę partes clericorum
ex tribus ſemper diuinis interſint; vel
vbi hoc remedium non profit, poterit
iubere, vt eo maximè tempore, quo plu
rimi abeſſe ſolẽt, puta tempore vinde-
miarum, tot numero omnino interſint,
illi numero aſſignando ſuas hebdoma-
das donec illud tempus tranſactũ fue-
rit; idque propter poteſtatem Epiſco-
pis ad id attributam à ſacris canonibus
tum alibi, tum maximè d. capit. pen. de
cler. non reſid. Atque hæc de hac quæ-
ſtione dicta ſint ſatis.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Cenſuræ quæ ſint, & quomodo inter ſe differant, & num. ſeqq.*
2 *Excommunicatio quid ſit in genere ſumpta.*
3 *Excommunicatio maior intelligitur nomine excommunicationis ſimpliciter.*
4 *Excommunicatio maior quid ſit.*
5 *Suſpenſio quid ſit.*
6 *Suſpenſio propriè ſumpta triplex eſt, à beneficio, ab officio, & ab vtroque.*
7 *Suſpenſio quæ à beneficio ſit, triplex eſt, vel potiùs duplex.*
8 *Suſpenſio ſimpliciter lata ab officio tria continet.*
9 *Suſpenſus ab officio non ideo ſuſpenſus eſt à beneficio, nec contra; item ſuſpenſus ab vna parte officij non eſt ſuſpenſus ab alia. num. 10.*
11 *Interdictum Eccleſiaſticum quid ſit.*
12 *Interdictum duplex, locale, & perſonale.*
13 *Excõmunicationem quibus caſibus quis ipſo iure incurrat, remiſſiuè.*
14 *Suſpenſio quibus caſibus ipſo iure incurratur, vel ſit infligenda, remiſſiuè.*
15 *Interdictus quando aliquis ſit eo ipſo ab ingreſſu Eccleſiæ, remiſſiuè.*
16 *Appellatio ſequens non ſuſpendit effectum excommunicationis, ſuſpenſionis ab officio, & interdicti, ſeu ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ. Et quid in ſuſpenſione à beneficio. num. 17.*
18 *Excommunicatus iuſtè amittit eo ipſo diſtributiones, neque eas poſtea recuperat. Idq; ſiue excommunicatio ſit maior, ſiue minor. nu. 19. Itẽ licèt excommunicatus appellet. nu. 20. Immo etiamſi expreſsè fructibus, & prouentibus priuatus non fuerit. nu. 21.*
22 *Excommunicatus priuatur reditibus beneficijs, licèt nec notorius, nec denunciatus ſit. Item, quàmuis tempore collationis de more fuerit abſolutus. num. 23.*
24 *Excommunicatus iuſtè, licèt fuerit abſolutus, non recuperat fructus beneficij.*
25 *Excommunicatus non recuperat diſtributiones, licèt diuinis intereſſet.*
26 *Excommunicato de rigore non eſt ſubueniendum ex fructibus, ac prouẽtibus beneficij.*

*Niſi per eum non ſtet, quin abſoluatur. nu. 27. Item ſecus ex æquitate, ne fame pereat. num. 28.*

29 *Excommunicatus non amittit fructus ante excommunicationem perceptos.*

30 *Excommunicatus non amittit reditus beneficij creditori iam aſſignatos, ita, vt ex eis non poſſit ſatisfacere creditori. ſecus verò eſt in diſtributionibus quotidianis. num. 31.*

32 *Excommunicatus iniuſtè recuperat quotidianas diſtributiones conſtito de iniuſtitia. Et à quibus repetat. num. 33. Idem in excommunicato nulliter declarata nullitate. num. 34. ſecus ſi non curet cauſam cognoſci. num. 35. aut non ſoleret diuinis intereſſe. num. 36.*

37 *Suſpenſus iuſtè ab officio eo ipſo amittit diſtributiones. Idem in ſuſpenſo à beneficio. num. 38. Item etiamſi ſuſpenſus intereſſet diuinis. num. 39.*

40 *Suſpenſo à beneficio non habenti aliunde victum ſubueniendum eſt de fructibus beneficij. Secus in ſuſpenſione lata pro contumacia, niſi ſumma neceſſitas adſit, nu. 41.*

42 *Suſpenſus iniuſtè recuperat diſtributiones quotidianas.*

43 *Fructus conſeruari debent donec de iuſtitia, vel iniuſtitia cenſuræ, quæ contra clericũ lata fuerit, cognoſcatur.*

44 *Diſtributiones à quo recuperet excommunicatus, & ſuſpenſus iniuſtè. & nu. ſeq.*

45 *Intellectus cap. ſacro §. cumque aduerſus, de ſent. excom. & Gloſ. in cap. 2. verb. occaſionem, de off. ordin. in 6.*

46 *Interdictus iniuſtè ab ingreſſu Eccleſiæ recuperat diſtributiones quotidianas ea de cauſa amiſſas. ſecus eſt in iniuſtè interdicto. num. 47.*

48 *Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ an Eccleſiam aliquando ingredi poſſit, diuinaque audire, & quomodo.*

49 *Officia diuina, quæ interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ prohibentur, quænam ſint.*

50 *Interdictus iuſtè ab ingreſſu Eccleſiæ amittit diſtributiones, ſiue interdictum ſit latum à iure, ſiue ab homine. Interdictum tamen iuris requirit declaratoriam facti. num. 51.*

52 *Interdictus iuſtè ab ingreſſu Eccleſiæ non poteſt in alia ciuitate percipere diſtributiones.*

53 *Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ arcetur ab Eccleſia etiam non conſecrata. Item ab interdicta. nu. 54. poterit tamen quibuſdam feſtis diebus quamcunque ingredi, & diuina audire. num. 55.*

## *An, & quando excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ percipere poſſit quotidianas diſtributiones. Quæſtio XV.*

DIXIMVS hucuſque in hac
2. par. tractatus primò de
præſentibus, de inde de ab-
ſentibus ab Eccleſia an, &
quando deſtributiones quo
tidianas percipere poſſint; videndum
nunc eſt de ijs, quibus tum abſentibus,
tum præſentibus euenire poteſt, vt eaſ-
dem quotidianas diſtributiones perci-
piant, & primò de excommunicatis,
ſuſpenſis, & in terdictis. De quibus
Præmittendum eſt primò admodum
1 inter ſe differre tres has cenſuras † ex-
communicationem, ſuſpenſionem, &
Interdictum, vt tradunt Doct. Canoni-
ſtæ in cap. querenti, de verb. ſignif. &
rubr. de ſentent. excom. extra, in 6. &
in Clement. Summiſtę in Verb. cẽſura,
excommunicatio, ſuſpenſio, vel Inter-
dictum, Theologi in 4. ſent. diſt. 18. &
2 ſeqq. eſt enim excommunicatio † qua-
tenus tam maiorem, quàm minorem
includit, cenſura Eccleſiaſtica, qua
homo baptizatus ab aliqua communio
ne Eccleſiaſtica ſeparatur, vel ſacra-
mentorũ participatione tantùm quan-
tum ad fructum, vel ab hac, & ſimul à
ſuffragijs generalibus, & à conuictu fi-
delium; quam definitionem afferunt,
& ex Doctoribus colligunt Sot. in 4.
diſt. 22. quæſt. 1. art. 1. & Heric. Henriq.
in tom. 1. Theolog. mor. lib. 13. cap. 1.
§. 2. Maior verò excommunicatio (quæ
3 † communiter intelligitur nomnine ex
communicationis ſimpliciter, vt con-
ſtat ex cap. pen. de ſent. excom. & poſt
Sot. d. quæſt. 1. art. 2. in princ. Silueſt.
in Verb. excom. 1. num. 18. & alios tra-
dunt Henriq. d. lib. 13. cap. 2. §. 2. &
Couar. in relect. cap. alma mater. 1. par.





§. 8. num. 5. de ſent. excommu. in 6.)
maior inquam excommunicatio à plu-
4 ribus, † ita rectè definitur, vt ſit ſe-
paratio à communicatione Eccleſiæ
quãtum ad fructum, & ſuffragio gene-
ralia, & à cœtu Chriſtianorũ proprio,
prout definit Henriq. d. c. 1. §. 2. eamq;
definitionem inquit approbari a Theo-
logis d. diſtin. 18. Bann. 22. quæſt. 1. art.
Io. Pig. lib. 2. Eccleſ. hierarch. cap. 2. &
alijs, quos ibi refert; illam vero ijſdem
ferè verbis affert, & pluribus explicat
Couar. d. relect. in initio. num. 3. &
5 ſeqq. Suſpenſio autem † eſt cenſura Ec-
cleſiæ, qua perſona vt Eccleſiaſtica ab
executione poteſtatis Eccleſiaſticæ,
quam ex officio, vel beneficio habet,
per ſe ſeparatur in totum ad tempus, vel
in parte eiuſdem poteſtatis etiam in
perpetuum. hãc definitionem affert, &
latiùs explicat Henriq. d. lib. 13. cap. 31.
§. 2. & 3. eandem ferè habet Nauar. in
Manual. cap. 27. num. 151. & poſt alios
Viual. in Candel. aur. 2. par. tit. de ſu-
6 ſpen. quæſt. 4. eſt autem triplex † ſu-
ſpenſio propriè dicta, quam definiui-
mus, alia à beneficio, alia ab officio,
alia ab vtroque, vt conſtat ex ijs, quos
referunt, & ſequuntur Henriq. d. cap.
31. §. 3. & Viual. d. tit. de ſuſpenſ. quęſt.
7. Nauar. d. cap. 27. num. 154. ſuſpenſio
7 à beneficio † rurſus triplex ſecundùm
Henriq. d. c. 31. §. 4. alia eſt à iuriſdictio
ne, alia à re, quæ pertinet ad beneficiũ,
hoc eſt fructibus beneficij, tertia à iure
eligendi, aut confirmandi electos ſpe-
ctante ratione beneficij, ſed hæc tertia
manifeſtè continetur ſub ſecunda, vel
potiùs ſpectat ad officium, vt latiùs
oſtendit Vgol. in tract. de cenſur. Ec-
cleſ. tab. 4. cap. 4. §. 8. num. 1. & 2. &
ſic erit tantùm duplex. ſuſpenſio verò
8 ab officio ſimpliciter lata † tria conti-
net, vt nimirũ ſuſpenſus impediatur ea
exercere, quæ ab ordine, iuriſdictione,
vel adminiſtratione Eccleſiaſtica pen-
dent, ac proficiſcuntur, vt optimè pro-
bat Vgol. in tract. de cenſur. Eccleſiaſt.
Tab. 4. cap. 6. in princip. & §. 1. ſuſpen-
9 ſus tamen ab officio † non ideo ſuſpen-
ſus eſt à beneficio, nec contra, vt ſatis
probat Vgol. d. cap. 6. §. 3. & cap. 4. §. 8.
10 ſimiliter ſuſpenſus à parte officij † nõ
cenſetur ſuſpenſus ab alia, vt idem cõ-
probat eod. cap. 6. §. 4. & ſeqq. ſuſpenſio
enim ſtrictè eſt accipienda, neque pro-
prios limites egreditur, latè Vgol. d. c.
6. §. 4. & Henriq. d. lib. 13. cap. 32. §. 1.
& 2. De depoſitione, ac degradatione
dicemus infra quæſt. 17. Interdictum
11 deniq; † eſt cenſura Eccleſiaſtica pro-
hibens adminiſtrationem diuinorum
in certo, & expreſſo loco, vt definit
Paul. Burgaſ. in tract. de Irregular. &
impedimen. ordin. par. 6. tit. de inter-
dict. num. 1. ad fin. vel meliùs cum Co-
uar. in d. relect. cap. alma mater 2. par.
§. 1. num. 2. eſt ſuſpenſio à diuinorum
officiorum, ſacramentorumq; actiua,
& paſſiua celebratione reſpectu alicu-
ius loci, vel perſonarum facta, Eccle-
ſiaſtica etiam prohibens ſepultura. vel
adhuc meliùs, & veriùs cum Nauar. d.
cap. 27. num. 164. & alijs, quos referũt,
& ſequuntur Henriq. d. lib. 13. cap. 41.
& Viuald. d. 2. part. tit. de interdicto
quæſt. 3. definitur, quod ſit cenſura Ec-
cleſiaſtica, qua homo ſeparatur ab om
nibus diuinis officijs, certis ſacramen-
tis, & Eccleſiaſtica ſepultura. eſt autẽ
12 duplex † interdictum ex omnium ſen
tentia, aliud locale, aliud perſonale; ad
quod poſtremum reducitur illud, quo
perſona Eccleſiaſtica interdicitur ab
ingreſſu Eccleſiæ, de quo in capit. 15.
cui, de ſent. excom. in 6. licèt verè ſit
quid diſtinctum, vt optimè docet, &
comprobat Couar. d. §. 1. nu. 3. & ſeqq.
de hoc nos trademus in hac quęſtione;
nam de interdicto propriè dicto ſiue
locali, ſiue etiam perſonali, & ſimul de
ceſſatione à diuinis agemus in ſeq.
quæſt.
Præmitto ſecundò plures eſſe caſus,
13 † in quibus quis ipſo iure excommu-
nicationem incurrit, quos videre po-
teris apud Summiſtas in Verb. excom-
municatio, & Nauar. d. cap. 27. nu. 49.
& ſeqq. extantq; libelli hac de re editi.
14 Similiter quamplures ſunt caſus, † in

quibus aliquis ipſo iure ſuſpenſionem
vel ab officio, vel à beneficio, vel ab
vtroque incurrit, quos habes collectos
apud Gloſ. in clem. cupientes, de pœ-
nis, Angelum in Verb. ſuſpenſio poſt
num. 2. Silueſt. ibid. num. 6. Nauar. d.
cap. 27. num. 154. ad 158. & Burgaſ. d.
par. 6. tit. de ſent. ſuſpenſ. nu. 14. & 15.
vbi 110. caſus refert, in quibus ipſo iu-
re quis incurrit ſuſpenſionem ſimpli-
citer. num. 18. refert eos, quibus venit
ſuſpendendus. & nu. 33. recenſet, 67.
caſus, in quibus quis ipſo iure eſt ſu-
ſpenſus à beneficio, num. denique 39.
alios quatuor caſus refert, in quibus
ipſo iure quis ſuſpenſionem ab officio,
& beneficio ſimul incurrit; d. verò par.
6. tit. de ſent. interdict. nu. 31. duos ca-
15 ſus ponit, † in quibus perſona Eccle-
ſiaſtica eo ipſo eſt interdicta ab ingreſ
ſu Eccleſiæ, quorum alter eſt in capit.
ſacro, de ſent. excom. & in c. de illicita
14. q. 3. alter in c. 1. de ſent. excom. in 6.
tertium caſum ex quorundam ſenten-
tia ponit Henriq. d. lib. 13. cap. 42. §. 5.
in princip. ſi ſacerdos celebret coram
nominatim, ſeu publicè denunciatis
de interdicto, aut excommunicatione,
vel coram notorio clerici percuſſore;
quod deinde limitat ex Nauar. & alijs,
niſi ita interdictus ſit exemptus.

Præmitto tertiò, & vltimò excom-
municationem, ſuſpenſionē ab officio,
& interdictum, ſeu ſuſpenſionem ab
ingreſſu Eccleſiæ, eorumq; effectum
16 † non ſuſpendi per appellationem ſe-
quentem; tex. eſt in cap. is, cui §. fin. de
ſent. excom. in 6. quoad ſuſpenſionem
17 verò à beneficio † ſatis probabiliter
puto cum Gloſ. fin. ibi eam ſuſpēdi per
ſequentem appellationem. His autem
præmiſſis veniamus ad aliquot cōclu-
ſiones, quibus tota hæc quæſtio abſol-
uetur.

Prima concluſio. Excommunicatus
18 iuſtè amittit † eo ipſo quotidianas di-
ſtributiones, neq; eas recuperat. Pro-
batur hæc concluſio per tex. in cap. pa-
ſtoralis §. verum, de appell. vbi Rom.
Pontifex ait, excommunicato prouen-
tus Eccleſiaſticos meritò ſubtrahi, cui
Eccleſiæ communio denegatur; nomi-
ne enim prouentuum Eccleſiaſtico-
rum cōtineri quotidianas diſtributio-
nes decidit Bonif. 8. Extrauag. vnic.
verſic. & quia non occurrit, de decim.
inter communes. ibi, & quia nō occur-
rit nobis, quin diſtributiones quotidia-
næ prouentus Eccleſiaſticis ſint & c. dū
autem vtitur verbo ſubtrahuntur, fa-
ctum indicant, atque adeo non requiri
ſententiam tradidit poſt alios Abb. d.
§. verùm, num. 17. & Vgol. d. tract. de
cenſur. Eccleſ. tab. 2. cap. 12. in princip.
nu. 1. de communiq; teſtatur Rip. c. 1.
num. 2. de iudic. Id ipſum verò in ſpe-
tie de diſtributionibus quotidianis do
cent Dec. d. §. verum nu. 7. Vgol. d. c. 12.
num. 2. Fel. in capit. Apoſtolicæ num.
12. de except. Franciſc. Marc. deciſ.
Delph. 881. num. 2. Rebuf. in cap. po-
ſtulaſtis nu. 84. de cler. excom. miniſtr.
& ſatis ſequitur Couar. d. lib. 3. var. re-
ſol. cap. 13. nu. 3. verſi. duodecimò hinc
etiam deducitur. Id verò locum ha-
19 bebit ſiue † excōmunicatio ſit maior,
ſiue minor per ea, quæ tradit Vgol. d.
cap. 12. num. 1. poſt Innoc. in cap. 1. de
20 iud. Item, † licèt excommunicatus ſe
iniuria excōmunicatum aſſerat, ideoq;
appellet; vt per tex. in d. §. verùm iun-
cto d. cap. is, cui, de ſent. excom. in 6. tra
21 dit Vgol. d. num. 1. Tertiò idem, † licèt
ſpetiatim fructibus, ſeu prouentibus
priuatus non fuerit, ſed ſimpliciter ex-
communicatus, vt ſatis colligitur ex
eod. §. verùm, & tradit Vgol. d. num. 1.
Quartò reditibus beneficij caret excō-
22 municatus † etiamſi nec notorius, nec
denuntiatus ſit, vt ex communi doctri-
na Innoc. in cap. cùm dilectus num. 5.
de conſuet. tradit Vgol. d. num. 1. verſi.
quintò beneficij fructibus; qui tamen
cenſet non eſſe illi auferēdos fructus,
antequam excommunicatus declare-
tur per tex. qui optimus eſt, in cap. cum
ſecūdùm leges §. fin. de hæret. in 6. cum
ſimil. Quintò carebit etiam his rediti-
23 bus, ac prouentibus, † quàmuis tem-
pore collationis de more abſolutus
fuerit;



fuerit; illa enim abſolutio ſolùm ad ef-
fectū collationis prodeſt; ita latè Vgol.
d. num. 1. verſic. ſextò carebit. Sextò
abſolutus, modò iuſtè fuerit excommu
24 nicacus † fructus beneficij non recu-
perat, vt optimè probat Vgol. d. num. 1.
verſic. ſeptimò nec abſolutus. Septi-
25 mò amplia † etiamſi iſte excommuni-
catus in Eccleſiam conueniret, &
cum alijs recitaret diuina officia, quic-
quid in contrarium voluerit Petr. Na-
uar. lib. 2. de reſtit. cap. 2. num. 237.
tom. 1. & Henriq. tom. 1. Theol. Moral.
lib. 13. cap. 3. §. 3. in fin. nam licèt fa-
ciat quod Eccleſia ordinauit ad lucran
dum diſtributiones; tamen cùm Eccle-
ſia ipſa huic prohibeat diuina, eſt etiā
incapax diſtributionum: neque ſufficit,
quòd id faciat, quod Eccleſia præcipit,
nimirum recitet officia, nam ſic etiam
clericus alterius Eccleſiæ in hac Eccle-
ſia recitando diſtributiones lucriface-
ret, quod eſt abſurdum; & ſic ſoluitur
fundamentum Petri à Nauar. quod ibi
pro ſua ſentētia adduxit; diuerſa quo-
que ratio eſt de notorio peccatore per
ea, quæ infr. quæſt. 17. præmiſſ. 3. &
concl. 4. latiùs afferemus. Ampliatur, 8.
29 vt ex illis fructibus † de rigore non ſit
ſubueniendum excommunicato, vt ex
communi docent Couar. d. verſic. duo-
decimò hinc etiam, Vgol. d. nu. 1. verſ.
quartò vel clericus, & Clar. in pract.
Crimin. quæſt. 73. num. 7. ex eo, quia
ſibi poteſt prouidere petendo abſolu-
tionem; quare ſi per eum non ſtet, quin
27 abſoluatur, † ex his reditibus alimen-
ta habebit, vt poſt Card. & Io. de Lig.
tradit Dec. d. §. verùm num. 7. & Vgol.
d. cap. 12. nu. 4. immo licèt ſit in mora
28 petendi abſolutionem, † ex æquitate
ſuccurendum illi erit, ne fame pereat
vbi aliunde non habeat, ex quo com-
modè ſuſtentari poſſit; ita Vgol. ibid.
poſt Dec. d. §. verùm. num. 7. latè Franc.
Marc. deciſ. Delphin. 881. num. 2. & 3.
Atque hæc eſſe poterit prior limitatio
ad hanc à nobis primo loco propoſitam
concluſionem. Limitatur autem ſecun-
29 dò † vt non procedat in fructibus ante
excommunicationem perceptis, vt ex
not. per Innoc. in cap. ſi verò, de ſent.
excom. & d. cap. 1. de iudic. tradit Vgol.
d. cap. 12. in princip. num. 4. verſic.
quintò ea regula. Tertiò non habet
30 locum, † vbi ante excōmunicationem,
fructus percipiendi creditori ipſius cle
rici aſſignati eſſent, vt voluit Vgol. d.
num. 4. verſic. ſeptimò vbi ante; quod
31 ego ſanè † in alijs fructibus præter di-
ſtributiones admitterem, cum in ijs
nullum ius ſit alijs quæſitum per ius ac-
creſcendi, vt in quotidianis diſtributio
nibus; ex quibus etiam ſoluenda non
erit pēſio, ſed de alijs fructibus, ſi quos
habet, de quo fortaſſe latiùs infra. 3.
part. quæſt. 8. vbi de penſione agetur.

Secunda Concluſſio. Iniuſtè excō-
32 municatus † recuperat quotidianas di
ſtributiones cōſtito de illius iniuſtitia.
ita in ſpetie docet Henriq. d. lib. 13. cap.
13. §. 4. Couar. d. verſic. duodecimò
hinc etiam deducitur, Foller. in prax.
crimin. Canon. 3. par. cap. 33. num. 111.
Fel. in cap. Apoſtolicæ nu. 12. de except.
Mart. Nauar. in conſ. 11. num. 6. de cler.
non reſid. vol. 1. Petr. Nauar. lib. 2. de
reſtit. cap. 2. num. 238. in tom. 1. & ſe-
quitur Vgol. d. cap. 12. in princip. num.
33 4. licèt velit, † quòd, vbi acquiſitæ iam
ſunt alijs clericis, ab illis eas non repè-
tat, ſed ab eo, qui iniuſtè excommuni-
cauit arg. c. ſacro §. caueant, ſed voluit
allegare §. cumq; ad verſus, de ſenten.
excommun. & ea, quæ tradit Gloſ. in
cap. 2. verb. occaſionem, de off. ord. in 6.
de quo nunc diſputare non intendo,
aliquid dicam infra. cōcl. 4. nūc ſolùm
dico, reſponderi poſſe, diſtributiones
illas acquiſitas fuiſſe intereſſentibus re
uocabiliter. Probatur autem hæc aſ-
ſertio ex Gloſ. fin. d. §. verum, quam
ibi Innoc. Abb. Bal. Dec. & cæteri ſequ-
untur, dum per tex. in cap. ſuper cauſa
2. quæſt. 5. & alia tradit excommuni-
catum iniuſtè recuperare poſt abſolu-
tionem omnia, quæ propter excōmuni-
cationem amiſit, & ratio eſt, quia pri-
uatio hæc eſt pœna, qua qui non delin-
quit affici non debet l. penult. ff. de re
milit.

milit. c. vlt. de tranſact. c. Ioannes, &
cap. ſicut dignum de homicid. cum ſuis
ſimil. Ampliatur verò hæc concluſio
34 † vt procedat etiam in excommunica-
to nulliter, qui dixit de nullitate, modò
ea nulla declarata fuerit, vt in ſpetie,
tradit Foller. d. nu. 111, & eadem plenè
ratio militat, quæ in iniuſta excommu-
35 nicatione Limitatur autem primò † in
eo, qui licèt iniuſtè excõmunicatus ſit,
tamen nõ curat, vt cauſa cognoſcatur,
ipſeq; abſoluatur; nã diſtributiones eo
tempore debitas non recuperabit per
id, quod de fructibus tradit Vgol. d. nu.
36 4. circa princip. Limitatur ſecundò † vt
tunc demum hic iniuſtè excõmunica-
tus recuperet diſtributiones, ſi intereſſe
cõſueuerat ante excommunicationem.
ita Fel. d. cap. Apoſtolicæ num. 12. Fol-
ler. d. num. 111. Couar. d. verſic. duo-
decimò hinc etiam, & Surd. tract. de
aliment. tit. 1, quæſt. 82. num. 15. pro-
baturque ex ijs, quæ latiùs adduximus
ſupr. hac eadem 2. par. quæſt. 5. concl. 2.

Tertia Concluſio. Iuſtè ſuſpenſus
37 ab officio † ipſo iure priuatus eſt quo-
tidianis diſtributionibus. ita Fel. d. cap.
Apoſtolicæ num. 12. de except. Nauar.
d. conſ. 11. num. 6. & Vgol. d. tract. de
cenſur. Eccleſ. tab. 4. cap. 6. §. 3. in fi.
verſic. poſtremò excipiuntur, ob eã ra-
tionem, quia diſtributiones non dantur
ijs, qui diuinis officijs non interſunt
tamquam Eccleſiæ miniſtri, vt patet ex
cap. vnico de cler. non reſid. in 6. cum
ſuis concord. alibi adductis; ſuſpenſus
autem ab officio non poteſt diuinis of-
ficijs intereſſe vt miniſter Eccleſiæ, ſed
tantùm tamquam priuatus, aut laicus;
vt ſatis probat Vgol. d. tab. 4. cap. 6. §.
1. num. 3. & latiùs cap. 5. §. 3. num. 1.
& 2. id ipſum etiã voluerunt quotquot
tradiderunt, ſuſpenſum non percipere
fructus beneficij, vt Gloſ. & ibi cæteri
ferè omnes in Clem. 2. de vit. & honeſt.
38 cler. Idem verò dicendum eſt † de ſu-
ſpenſo à beneficio; nam is quoq; amit-
tit quotidianas diſtributiones; ita Vgol.
d. tab. 4. cap. 8. §. 7. num. 4. & ratio eſt,
quia percipere quotidianas diſtributio
nes competit ratione beneficij, & Ca-
nonicatus, cap. dilectus il 1. & cap. pro
illorum de præben. cum ſimil. alibi per
39 nos allegatis. Id verò amplia † etiamſi
iſte ſuſpenſus in chorum conueniret,
& recitaret diuinia officia per ea, quæ
paulò ante concl. 1. ampl. 7. contra Petr.
à Nauar. contrarium in hoc quoque
ſentientem adduximus. De depoſito
verò, ac degradato; ſimiliter de eo, qui
priuatus fuit beneficio dicemus infr.
quæſt. 17. Limitatur autem hæc Con-
40 cluſio, † vt ſuſpenſo etiam à beneficio,
vbi aliunde nõ habeat, vnde ſe ſuſten-
tet, ſubueniendum ſit de fructibus ip-
ſius beneficij. Gloſ. fin. in cap. ſtudeat
diſt. 50. & capit. cum Vintonienſis, vbi
Bal. num. 2. de elect. Abb. in cap. paſto-
ralis §. verùm num. 16. Dec. num. 7. de
appell. & poſt alios tradunt Couar. d.
num. 8. verſ. duodecimò hinc etiam de-
ducitur, & Vgol. d. §. 7. num. 2. Hoc ta-
men procedit vbi ſuſpenſio pro pœna
41 lata eſt, ſecus verò, † ſi pro contuma-
tia; nam cum tũc parendo ab ea ſe exi-
mere, ac liberare poſſit, non eſt ei ſub-
ueniendum de dictis reditibus, ac fru-
ctibus, niſi ſumma neceſſitas adſit, vt
ex ijſdem Doct. ibid. concludit Vgol.
& conſtat ex ijs, quæ ſupr. concl. 1. de
excõmunicato dicta ſunt, maximè ve-
rò ex Franc. Marc. deciſ. Delphin. 881.
num. 2. & 3.

Quarta concluſio. Iniuſtè ſuſpen-
ſus ſiue ab officio, ſiue à beneficio, ſiue
42 ſimpliciter † recuperat diſtributiones
quotidianas. ita quicquid in contra-
rium voluerit Gemin. in cap. cõtuma-
ces 50. diſt. tenendum cum Fel. d. cap.
Apoſtolicæ num. 12. de except. Nauar.
d. conſi. 11. num. 6. de cler. non reſid.
vol. 1. Vgol. d. §. 7. num. 4. Idem etiam
ſentiunt Gloſ. in cap. ſuper cauſa 2. q. 5.
& ibi Gemin. Specul. tit. de fruct. & in-
tereſſe §. fin. Abb. poſt Innoc. d. c. paſto-
ralis col. 5. quos refert, & ſequitur Fel.
d. num. 12. idem Abb. in cap. cum bonæ
num. 6. verſi. eo autem abſoluto, de æt.
& qual. Eædem verò rationes, amplia-
tiones, ac limitationes 2. concluſ. huic
quo-



quoque adaptantur. Illud ſolùm ad-
43 notandum, quòd † donec pendet quæ-
ſtio ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia cenſu-
ræ debent fructus, & reditus conſerua-
ri, quia conſtito de iniuſtitia debent
reſtitui abſoluto, quod difficilius fie-
ret fructibus iam conſumptis. ita Fel.
d. num. 12. Vgol. tamen d. num. 4. in fin.
44 dicit † verius ſibi videri, diſtributio-
nes factas eſſe eorũ, qui diuinis inſer-
uierunt, & ſuſpenſum recuperare illas
ab eo debere, qui iniuria illum ſuſpen-
dendum curauit, arg. cap. ſacro verſic.
verùm ſi contra, ſed debuit allegare §.
cumque aduerſus, de ſent. excom. pro
quo etiam faciunt not. per Gloſ. d. c. 2.
de off. ord. in 6. in verb. occaſionem,
quæ idem Vgol. d. tab. 2. cap. 12. num. 4.
ad id allegauit, cùm de iniuſtè excom-
municato ageret, prout etiam eum re-
tulimus ſupr. concl. 2. Verùm adhuc
puto cum communiori ſententia recu-
perare poſſe hunc abſolutum à ſuſpen-
ſione, ſeu excommunicatione iniuſta
tam fructus, quã diſtributiones ab ijs,
qui illos illaſue perceperunt, & con-
ſumpſerunt, quod apertè ſentiunt Fel.
d. cap. Apoſtolicæ num. 12. & alij, quos
d. concl. 2. in princip. & hac eadem cõ-
cluſ. retulimus; neque obeſt, quòd vi-
deatur quodammodo ius acquiſitum
ijs, qui huiuſmodi reditus perceperũt,
nam vt d. concluſ. 2. admonuimus vbi
aliquod ius quæſitum dici poſſit, illud
quæſitum eſt reuocabiliter, & reſolu-
biliter in euentum, quo de iniuſtitia,
nullitateq; cenſuræ appareat. Minùs
obeſt d. capit. ſacro §. cumq; aduerſus
45 excommunicatorem; vbi † iniuſtè ex-
communicato datur actio contra ex-
communicatorem ad intereſſe; nã vel
illud intereſſe intelligitur de expenſis
litis, & alijs ſimilibus damnis, vt tene-
re videtur ibi Gloſ. & cæteri Doct. vel
dabitur duplex actio huic iniuſtè ex-
communicato, altera cõtra excommu-
nicantem, & ſuſpendentem iniuſtè, al-
tera verò cõtra eos, qui reditus huiuſ-
modi perceperunt; neq; enim nouum
eſt plures actiones pro eadem re con-
tra plures perſonas alicui competere
poſſe, vt conſtat ex l. etiam, & l. fin. C.
ſi tut. & curat. l. 3. ff. de eo per quẽ fact.
erit cum ſimil. paſſimq; Doct. adnota-
runt. Denique non obſtat id, quod
not. Gloſ. d. capit. 2. Verb. occaſionem,
eum, qui præbet occaſionem interdicti
alicuius loci teneri ad damna, quę paſ-
ſa ſunt loca pia propter interdictum,
puta in elemoſinis, & oblationibus; id
etenim longè diuerſum eſt; nam nul-
lus eſt, qui eas oblationes, aut elemoſi-
nas perceperit; ideò nil mirum, quòd
detur actio contra eum, qui fuit cauſa
interdicti, cum maximè is, qui cauſam
damni dat, teneatur ad ipſum damnũ,
cap. vlt. de iniur. cum vulgar. & vbi ali-
quis eas recepiſſet, tunc nemo dubitat
quin daretur etiam contra eum actio
realis ſi extarent, aliàs perſonalis.

Quinta Concluſio. Iuſtè interdictus
ab ingreſſu Eccleſiæ amittit ipſo iure
quotidianas diſtributiones, neque eas
recuperat, iniuſtè verò interdictus, vel
nulliter eas recuperare debebit cõſtito
de iniuſtitia, vel nullitate. Poſterior
46 pars † huius Concluſionis patet ex ijs,
quæ ſupr. hac eadem quæſt. concl. 2. &
4. de iniuſtè excommunicatis, & ſu-
ſpenſis diximus; eadem enim planè ra-
tio in his quoque interdictis locum ha-
bet; ideoque eodem planè modo id am-
pliari, ac limitari poteſt hæc pars, ſicut
prædictæ concluſiones. Prior autem
47 pars † concluſionis huius probatur ea
manifeſta ratione; nam diſtributiones
quotidianæ non dantur niſi ijs, qui in
Eccleſijs interſunt diuinis officis tam-
quam Eccleſiæ miniſtri, vt conſtat ex d.
cap. vnico & ſupr. concl. 3. oſtendimus:
at verò is, cui eſt interdictus Eccleſiæ
48 ingreſſus, † vel abſolutè nullo modo
Eccleſiam ingredi poteſt, vt voluit Cal
der. 1 tract. de interdict. Eccleſ. 2. mem.
verſ. ſed quæritur, & Abb. in cap. cum
Eccleſia num. 5. de immunit. Eccleſiar.
quos ſecuti ſunt Paul. Fuſc. in tract. de
viſit. & regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 32.
num. 7. & Vgol. d. tract. de cenſur. Ec-
cleſ. tab. 5, c. 16. §. 1. vſque ad medium;
vel

vel ſi ingredi poteſt Eccleſiam, & in ea
extra tempus diuinorum officiorum
orare, aut etiam tempore diuinorum
per eam tranſire, vt voluit Innoc. in
cap. ſacro nu. 2. de ſenten. excommun.
cuius ſententiam amplexi ſunt Gemin.
d. cap. is, cui num. 3. & ibi Anchar. de
ſent. excom. in 6. Couar. in cap. alma
mater. 2. par. §. 1. num. 3. verſ. poterit
tamen, Nauar. d. cap. 27. num. 170. &
alij, quos refert, ac ſequitur Viual. in
Candel. aur. d. 2. par. tit. de interdict.
num. 152. 153. & 154. non poterit tamē
audire in eadē Eccleſia diuina officia,
vt ijdem Doct. omnes teſtātur; & idem
Vgol. d. cap. 16. §. 3. num. 1. & Henriq.
d. lib. 13. cap. 32. §. 2. circa medium,
& conſtat ex d. cap. is, cui, ibi, irregu-
laris efficitur, ſi contra interdictum
huiuſmodi diuinis in ea ſe ingerat, &c.
hæc autem diuina officia, quæ huic in-
terdicto in Eccleſia obire prohibentur,
49 † ſunt Miſſa, & horę Canonicæ, vt col-
ligitur ex cap. 1 iuncto cap. dolētes, de
celebr. Miſſar. & in ſpetie tradiderunt
Nauar. d. cap. 27. num. 172. & Viual. d.
nu. 154. Ampliatur autē hæc ipſa prior
pars concluſionis primò; vt procedat
50 † ſiue interdictum latum ſit à iure, ſiue
ab homine per ea, quæ poſt Gloſ. 2. d.
cap. is, cui, & ibi Anchar. tradit Vgol.
d. §. 1. poſt medium verſ. & hoc locum
habet, quod tamen ita intelligendum
51 eſt, vt † in interdicto iuris requiratur
ſententia ſuper facto, ſeu declaratoria,
quod hic incurrerit interdictum per
ea, quæ poſt eundem Vgolin. d. tract.
de cenſur. Eccleſ. tab. 2. cap. 12. in prin-
cip. nume. 1. docuimus ſupr. concl. 1.
ampl. 4. in fin. Secundò amplia, vt pro-
52 cedat, † licèt iſte clericus, fuiſſet in
alia ciuitate interdictus ab ingreſſu Ec
cleſiæ, nam in eam, cui eſt adſcriptus
non poteſt ingredi, & per conſequens
neq; habere quotidianas diſtributio-
nes, vt optimè probat Vgol. d. tab. 5. c.
16. §. 1. verſic. item locum ſibi vendicat,
tum quòd illud cap. is, cui, ſimpliciter
loquitur, tum quòd hoc interdictum
inhæret perſonæ, Eccleſiaq; vna eſt.
53 Tertiò amplia, vt procedat † etiam
quoad Eccleſiam non conſecratam, mo
dò auctoritate Epiſcopi erecta, & con-
ſtructa ſit; vt poſt Calder. d. mem. 1.
verſi. ſed quid ſi is, &c. Anchar. d. cap.
is, cui num. 1. & alios in ſpetie docet
Vgol. d. §. 1. verſic. tertiò locum habet.
54 Poſtremò ampliatur, † vt ſic interdi-
ctus ab ingreſſu Eccleſiæ neque etiam
poſſit ingredi, vt diuina audiat, Eccle-
ſiam interdictam. ita Vgol. d. §. 1. verſi.
Poſtremò hic ſic interdictus; nam &
Eccleſia interdicta non amittit immu-
nitatem, Abb. in cap. pen. nu. 8. & ibid.
Add. de immun. Eccleſ. latè idē Vgol.
d. tract. de cenſur. Eccleſ. Tab. 1. cap. 15.
§. 15. Limitatur autem hæc ipſa con-
55 cluſio, † vt excipiantur feſti illi dies,
qui habentur in cap. fin. §. in feſtiuita-
tibus, de ſent. excom. in 6. & de quibus
latè inter cæteros Vgol. d. tab. 5. cap. 9.
§. 1. nā in ijs, ſicut cæteri interdicti, ita
etiam interdicti, ſeu ſuſpēſi ab ingreſ-
ſu Eccleſiæ Eccleſiā ipſam ingredi po-
terunt; & diuinis intereſſe, priuatimq;
dumtaxat preces fundere, vt ait idem
Vgol. d. cap. 16. §. 1. ad fin. & §. 3. nu. 1.
quare cum non poſſint, vt Eccleſiæ mi-
niſtri diuinis intereſſe, publicéq; ora-
re, neque etiam habebunt illis diebus
diſtributiones, iuxta per nos dicta ſup.
concl. 3.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Ceſſatio à diuinis, & interdictum valde differunt inter ſe, & num. ſeqq.*

2 *Ceſſatio à diuinis, & interdictum quid ſint.*

3 *Interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica, ceſſatio autem à diuinis non.*

4 *Interdictum eſt quid iuris, ceſſatio à diuinis quid facti.*

5 *Ceſſatio à diuinis poſt appellationem decreta an ſit nulla.*

6 *Ceſſatio à diuinis an impediat adminiſtrationem ſacramētorum, ſicut interdictum, & num. ſeq.*

7 *Diuinorum nomine continetur etiam adminiſtratio ſacramentorum.*

8 *Celebrans tempore interdicti in loco interdicto incurrit irregularitatem, ſecus tempore ceſſationis à diuinis.*

9 Ceſſa-



9 *Ceſſationis tempore an celebrari debeāt ſingulis diebus in Eccleſijs diuina officia ſubmiſſa voce.*

10 *Interdictum Eccleſiaſticum duplex, aliud locale, aliud perſonale. Alij addunt mixtū; cuiuſmodi eſt ambulatorium. num. 11.*

12 *Interdictum locale duplex, aliud generale, aliud particulare. Item perſonale eodem modo duplex. num. 13. Idemq; de mixto dici poteſt. num. 14.*

15 *Officia diuina prohibentur tēpore interdicti.*

16 *Ceſſatio à diuinis duplex eſt, alia generalis, alia particularis.*

17 *Interdictū fertur vel à iure, vel ab homine.*

18 *Interdictum à iure quibus caſibus incurratur, remiſſiuè.*

19 *Eccleſia polluta, ſeu violata interdicta dicitur quoad hoc, ne in ea diuina celebrari poſsint.*

20 *Eccleſia quibus caſibus pollui, ſeu violari dicatur.*

21 *Diuina omittenda ſunt eo ipſo in Eccleſia polluta.*

22 *Ceſſatio à diuinis in nullo caſu eo ipſo inducitur.*

23 *Ceſſationis à diuinis quæ cauſa ſit in iure expreſſa, & qualis, quomodoq; tractanda. num. 24.*

25 *Ceſſatio à diuinis à quo decerni debeat.*

26 *Interdicti generalis tempore ſingulis diebus celebrari debent diuina officia, & qualiter.*

27 *Interdicti generalis tempore diuinis non intereſſentes amittunt diſtributiones quotidianas.*

28 *Officia diuina recitari non debent in Eccleſia polluta, vel violata. Clerici tamen percipiunt diſtributiones. num. 29.*

30 *Capitulum interdictum à iure, vel ab homine nullo modo poteſt diuina officia recitare; neque percipit diſtributiones. nu. 31. ſed eæ conuertentur in Eccleſiæ vtilitatem. num. 32. Idem dicendum de ſingulis Canonicis, vel Manſionarijs. num. 33. eorum tamen portio cæteris accreſcet. nu. 34.*

35 *Officia diuina celebrari non debent vllo modo in Eccleſia ſpetialiter interdicta.*

36 *Ceſſationis à diuinis ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ tempore clerici non percipiunt diſtributiones quotidianas, ſed eas repetunt ab eo, qui cauſa fuit ceſſationis. fructus autem præbendæ percipient. num. 37.*

38 *Interdicti tempore officia diuina publicè celebrari poſſunt in certis feſtiuitatibus; quibus tenentur clerici pſallere, & cætera munera obire. num. 39. admittenturq; clerici interdicti. num. 40. modò cauſam non dederint interdicto. num. 41.*

42 *Horæ Canonicæ quænam recitari poſſint tēpore interdicti in feſtiuitatibus exceptis. Et quid de vigilijs earum feſtiuitatum. num. 43.*

44 *Feſto die Corporis Chriſti Domini publicè recitari poſſunt diuina officia tempore interdicti; immo & per totam octauam. num. 45.*

46 *Ceſſationis à diuinis tempore ſolemniter celebrari poſſunt diuina officia in feſtiuitatibus exceptis.*

47 *Officia diuina ſolemniter celebrari non poſſunt in Eccleſia interdicta etiam in ſolemnitatibus exceptis. Idem de Eccleſia polluta. num. 48.*

49 *Mortuos ſepelire, eorumue officium celebrare intra Eccleſiam non licèt tempore interdicti etiam in feſtiuitatibus exceptis.*

50 *Interdictum nouum poni poteſt in feſtiuitatibus exceptis tempore interdicti.*

## *An, & quando tempore interdicti, vel ceſſationis à diuinis poſsint clerici quotidianas diſtributiones percipere. Quæſtio XVI.*

PRÆMITTO hic primò
differre admodum inter ſe
1 † interdictum, & ceſſatio-
nem à diuinis; nam inter-
2 dictum definitur † cenſura Eccleſiaſti-
ca, qua homo ſeparatur ab omnibus
diuinis officijs, certis ſacramentis, &
Eccleſiaſtica ſepultura, vt ex Nauar. &
alijs tradidimus quæſt. præcedenti in 1.
præmiſſ. ad fin. Ceſſatio verò à diuinis
definitur deſiſtentia quædam à diuinis
officijs, & ſacramentorum adminiſtra-
tione, vt ex Innoc. & communi in cap.
dilectus, de appell. & cap. irrefragabili
§. cæterum de offic. ord. colligit Nauar.
in Manual. Confeſſ. d. cap. 27. num. 188.
vel ſuſpenſio organorum diuinę laudis
in aliquem locum decreta, vt definiunt
Couar. in relect. cap. alma mater 2. par.
§. 2. num. 1. de ſent. excom. in 6. Henriq.
tom. 1. Thelog. moral. lib. 13. cap. 52.
§. 1. & Viual. in Candelabr. aur. 2. par.

V in

in fin. tit. de ceſſat. à diuin. num. 1. Ex quibus patet hæc duo differre primò,
3 quòd interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica, ceſſatio autem nõ, quod etiam in ſpetie adnotauit Nauar. d. cap. 27. num.164.& 188.Henriq.poſt alios non nullos d. lib. 13. cap. 2. §. 1. & cap. 12.
4 §.1.differunt etiam,quia † interdictum eſt quid iuris,ceſſatio autem quid facti quia pro omnibus imponitur,nec reſpicit in hoc magis delinquentes, quàm ipſos innocentes, ſed eſt immediatè ipſorum diuinorum ſuſpenſio, neque reddit locum ipſum interdictum. ita poſt Abb. in cap. dilectis num. 18. de appell. & alios tradunt Couar. d. num. 1. Henriq. d.cap.52.§. 1. cuius rei optimum exemplum habemus in dominio, & poſſeſſione, quæ in eo præcipuè differunt,quòd poſſeſſio habet plurimum facti, dominium verò plurimum iuris l. 1. §. adipiſcimur, & §. ſi vir ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. ſi Scæuola ff.ſi is, qui teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. l. 3. in princ. ff. de bon. poſſ. l. denique ff. ex quib. cauſ. mai. & l. pupillum ff. de acquir. poſſeſſ. iuncta l. 1. & l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. domin. cum traditis per Doct. tum ibi,tum alibi ſæpe.præterea
5 ceſſatio † poſt appellationem decreta non eſt nulla, Abb. & alij d.c. dilectis, & Gonzal. à Villadreg. tract. de irregular. cap.de interd. ad fin.cum tamen ſecus ſit de interdicto, quod licèt per appellationem ſubſequentem non ſuſpendatur,cap.adhæc il 5. de appell. & c.is,cui in fi.de ſent.excom.in 6. nihilominus interdictũ poſt appellationem latum eſt nullum,d.cap.dilectis de appellat. & notauit Abb.ibid.num. 20.in fin. quàmuis Couar.& Henriq. loc.cit. hoc diſcrimen non admittant ob eam rationem,quia,licèt ceſſatio tamquam quid facti non tollatur per præcedentem appellationem, cum ſupponatur miſſa executioni, tamen quoad iuris effectus non videtur,quomodo ea quoque inanis non ſit,ſicut excommunicatio, & interdictum; quæ & ipſa quoad factum, ſi ea contigat executioni mitti, æquè ſuſpendi nõ poſſunt, cum infecta eſſe non poſſint. Sed meliùs dicas cum Dec. d. c. dilectis num. 23. quòd pronunciatio ſuper ceſſatione eſt iuris; vel dic, quòd, cum ceſſatio aliquo modo interdictum ſit, vt conſtat ex d. cap. dilectis iunctis ibi not. per Inn. & alios, eadem erit vtriuſq; ratio quoad hoc, vt nullius ſit roboris ſi poſt legitimam appellationem decernatur; idque cauetur in eod. cap. dilectis iuxta Innoc. Bellam.Dec. & aliorum interpretationem, qui illum text. de ceſſatione à diuinis,non autem de interdicto propriè ſumpto intellexerunt. Inſuper ex definitione, & mente Henriq. & Couar. videntur diſtingui interdictum,& ceſſatio,
6 quòd † illud ſuſpendit adminiſtrationem ſacramẽtorum, & celebrationem diuinorum officiorum;at verò ceſſatio ſolùm inducit ſuſpenſionẽ diuinorum officiorum; idque etiam colligi videtur ex nomine ipſo ceſſationis à diuinis, & ex cap. irrefragabili §. cæterum, de off. ordin. cap. ſi Canonici, quod eſt 2. & c. quàmuis eod. tit. in 6. & clem. 1. de ſent. excomm. ex quibus iuribus ſolùm colligitur,quòd per ceſſationem inducatur ſuſpenſio loci à diuinis. Tamen verè tam interdicto quam ceſſationi à diuinis cõmune eſt, vt etiam ſuſpendatur adminiſtratio ſacramentorum, vt expreſsè voluit Nauar.d. nume. 188. & ex eo patet, quòd
7 † nomine diuinorum cõtinetur etiam adminiſtratio ſacramentorum, vt ſatis probat Vgol.d.tab.5.cap.5.§.2. num.2. Differunt etiam ex cõmuniori opinio-
8 ne,quòd † celebrans tempore interdicti in loco interdicto regulariter incurrit irregularitatem, vt conſtat ex cap. is, qui §. fin. de ſent. excom. in 6. celebrans verò tempore ceſſationis à diuinis ſiue generalis, ſiue particulatis non incurrit irregularitatẽ. ita Butr. Abb. Imol. Præpoſ. Bellamer. & Franc. d. c. dilectis, de appell. Bonif. de Vital. d. clem. 1. col. pen. de ſent. excom. Innoc. d.cap. irrefragabili col. pen. de off. ordin. Nauar. d. cap. 27. nu. 188. cum ſeq.

Silueſt.



Silueſt. Verb. interdictum il 1. §. 1. & Verb. ceſſatio §.vlt.& Henriq. d. c. 52. §. 1. & c. 54. §. 3. quàmuis alij, quos referunt Nauar. loc. cit. & Couar. d. 2. par. §. 2. num. 3. ad finem diſtinguant de ceſſatione generali, & particulari, & velint irregularitatem incurri à violante ceſſationem generalem indictã ab eo,qui poteſt interdicere. Denique differunt interdictum, & ceſſatio à di-
9 uinis, quòd † tempore interdicti recitari poſſunt, & debent diuina officia ſingulis diebus in Eccleſijs, & Monaſterijs, ſicut priùs ſubmiſſa tamen voce, ianuis clauſis, excommunicatis, ac interdictis excluſis, & campanis etiã non pulſatis, vt habetur d.cap.fin.§. adijcimus præterea,de ſent.excom.in 6.quod tamen non licet tempore ceſſationis diuinorum, vt ſatis conſtat ex tex.iuncta Gloſ.in cap.non eſt vobis,de ſponſal.& matr. probantq; Couar. d. 2. par. §. 4. num.7.verſic.contraria ſententia, & Henriq. d.lib. 13. cap.53. §. 1. & 2. vbi tamen.& optimè id limitat dupliciter; primò, vt liceat ſingulis hebdomadis vnam miſſam celebrare in ſingulis Eccleſijs Parochialibus, & Monaſterijs ad renouandam ſanctiſſimam Euchariſtiam, deinde, vt duo,vel tres clerici poſſint ſimul priuatim ſine cantu recitare horas canonicas. cuius tamen cõtrarium poſt alios ſentit Viuald. ſupr. num.14.

Præmitto 2. interdictum duplex eſ-
10 ſe † aliud locale, aliud perſonale, vt quæſt.præced. admonuimus,& conſtat ex cap. ſi ſententia, cap. ſi ciuitas, & c. præſenti, de ſent. excom. in 6. adnotaruntq; paſſim Doct. inter cæteros Hẽriq. d.lib.13. cap.41.§.3. Burgaſ. d. tit. de ſent.interdict.num. 2. & 3. & Vgol. d.tab.5. capit.5. in princip. alij addunt
11 † mixtum continens vtrunque, locum nimirum, & perſonas, cuiuſmodi eſt ambulatorium afficiens locum, quem talis,vel tales adierint; ita Nauar. d.c. 27.num. 166. & ſeq. Interdictum loci
12 duplex, † generale afficiens prouinciam,ciuitatem, vel caſtrum; ac particulare, ſeu ſingulare afficiens vnam Eccleſiam, Nauar. & Henriq. loc. cit. Vgol.d.tab.5.cap.6.in initio,& Couar. d.2.par.§.1.nu.9.ſimiliter interdictum
13 perſonale † aliud generale latum cõtra vnum populum, vel regionẽ, aliud particulare contra vnam perſonam.latè Henriq. & Nauar. loc.cit. Burgaſ. d. num.3. & Vgol. d. tab.5.c. 12. in initio
14 Idem quoque † de mixto dici poteſt, vt aliud generale ſit, aliud particulare Henriq. d.§.3.in fin.Nauar. d. nu. 166. De effectibus autem harum ſpecierum interdicti videndi ſunt Doct. mox citati, & in iuribus paulò ante allegatis, pro nũc quod ad rem noſtram attinet,
15 ſcire ſufficiat † interdicti generatim ſumpti præcipuum effectum eſſe diuinorum officiorum prohibitionem, vt ex d. c. ſi ciuitas, cap. ſi ſententia, cap. fin.de ſent.excom. in 6. & alijs iuribus probat inter alios Vgol. d. tab. 5. §. 2. num. 1.nomine autem diuinorum præcipuè Miſſa,diuinaq; officia continentur, vt ex dictis iuribus conſtat, fuſeq; oſtendit Vgol. d. §. 2. num.2. Ceſſatio
16 quoque à diuinis † duplex eſt,alia generalis, alia particularis, vt patet ex ijs,quos referunt, & ſequuntur Nauar. d.cap.27.num.188. Couar. d.§.2. nu.3. & Henriq. d.lib.13 cap.52.§.1 .ad quos vbi opus fuerit pro hac materia ceſſationis à diuinis recurrendnm eſt.

17 Præmitto tertiò † interdictum ferri vel ab homine, vel à iure, vt latè oſtendit Vgol. d. tab. 5. cap. 2. & 3. Interdi-
18 ctum à iure † incurritur in multis caſibus, vt conſtat ex tex. in cap. vt periculum, de elect. in 6.c. quamquam,de cenſib. cap. clericis,de immunit. Eccleſiarum, cap. 1. de vſur. cap. vlt. de pœn. eod. lib. cum alijs iuribus, quæ adducunt dum plures huiuſmodi caſus recenſent Vgol.d. cap. 3. Henriq.d.lib. 13. cap. 43. §. 5. Clar. in Prax. crimin. quæſt. 76. Burgaſ. d. tit. de ſent.interd. num. 31. & 43. & Viual. in Candelabr. aur. 2. par. tit. de interd. num. 6.vſque ad 50.Eccleſia quoque polluta,ſeu vio-
19 lata † interdicta dicitur quoad hoc,

ne ī ea poſſint celebrari diuina officia,
ita latè Viual. d.tit. de interd. num. 53.
vſque ad 84. & Henriq. d. lib. 13. cap.
51. §. 5. & lib. 9. cap. 27. §. 5. Sex autem
20 † ſunt caſus, in quibus Eccleſia violata
dicitur, & ſic interdicta, vt in ea non
poſſint celebrare diuina, quos referunt
& comprobant Nauar. d. cap. 27. num.
256. & ſeqq. Viual. & Henriq. loc. cita-
tis. Primus per effuſionem iniurioſam,
& publicam ſanguinis in Eccleſia, cap.
propoſuiſti de conſecrat. Eccl. vel alt.
Secundus per illicitā ſeminis humani
effuſionem c. ſignificaſti, de adult. Ter-
tius ſi quis denūciatus excōmunicatus
in Eccleſia ſepelitur, cap. conſuluiſti,
de conſecr. Eccl. vel alt. Quartus ſi infi-
delis ibid. ſepeliatur cap. Eccleſiam il
1. & il 2. de conſecr. diſt. 1. Quintus
quando Eccleſia fuit cōſecrata per Epi
ſcopum publicè excommunicatum;
facit d. cap. cōſuluiſti, vbi Abb. & Hoſt.
Sextus quando parietes Eccleſiæ; aut
eorum maior pars ſimul deijcitur, Glo.
in cap. ligneis, de conſecr. Eccleſ. Ta-
bien. Verb. conſecratio 2. §. 1. præci-
puos verò ex ijs caſibus latiùs explicāt
Viual. d. num. 53. vſque ad 72. Henriq.
d. cap. 27. §. 5. in Gloſ. & Burgaſ. d. tit.
de ſent. interd. num. 43. In omnibus
autem caſibus, in quibus polluitur Ec-
21 cleſia, † ceſſandum eſt à diuinis officijs
eo ipſo non expectata vlla iudicis ſen-
tentia, vt probat Viual. d. num. 84. Iam
verò ceſſatio à diuinis, cum ſit quid
22 facti, vt ſupra dictum eſt, † nullum
caſum in iure habet, quo propoſita ſit
eo ipſo, vt optimè monet Henriq. d. lib.
13. cap. 52. §. 1. in tex. & in Gloſ. litt.
m. nec non cap. 54. §. 1. iure tamen ex-
23 preſſa eſt † cauſa, ob quam indici poſ-
ſit; nam in Clem. 1. de ſent. excom. §.
in ceſſationibus habetur, quòd ceſſa-
tio generalis a diuinis eſt vnicū lumen
Eccleſijs Collegiatis, ſeu Conuentibus
tam ſecularium, quàm regularium Ec-
cleſiarum ad repellendas iniurias eis
factas, quo lumine profitetur ibi Cle-
mens V. in Concilio Vienneſi nolle,
nec debere huiuſmodi Capitula Col-
legia, & Conuentus à ſe priuari; Gloſ.
verò communiter approbata d. cap. ſi
Canonici, quod eſt ſecundum, in Verb.
cauſa, de off. ord. in 6. exempla affert
harum iniuriarū, ob quas ceſſari poteſt
à diuinis; puta, inquiens, cùm fiunt ſta-
tuta contra libertatem Eccleſiæ, cùm
imponuntur taleę, vel collectę clericis,
cùm detinetur clericus, vel Canonicus
per ſecularem baliuum, vel his ſimilia.
Debet autem cauſa hæc, propter quam
24 ceſſatur, † primò eſſe rationabilis, &
notoria, ſeu manifeſta. tex. d. cap. irre-
fragabili §. cæterum de off. ordin. & c.
quàmuis §. ſi autem ad fin. eod. tit. in 6.
Item de hac cauſa diligenter tractari
debet per Collegiū vocatis omnibus,
ſicut vocantur in electionibus facien-
dis, tex. d. cap. quàmuis in princip. Ter-
tiò ſi Canonici ceſſare deliberant, re-
quirent priùs eum, contra quem ceſſa-
re intendunt, vt irrogatam offenſam
emendet. quod ſi fecerit, non ceſſabūt
à diuinis d. c. quàmuis in princip. quòd
ſi offenſam is emendare noluerit, ceſ-
ſare poterunt, tex. ibid. ſed tūc cauſam
ſuæ ceſſationis exprimerit in inſtrumē
to publico, vel patentibus litteris ſuo,
vel alio authentico ſigillo munitis, &
illud, vel illas ei, contra quem ceſſare
intendunt, debent aſſignare per tex. d.
cap. ſi Canonici in princip. Quartò ſta-
tim ac ceſſatum fuerit ſeruata prędicta
forma, intra menſem vtraque pars &
ceſſans, & contra quam ceſſatur, iter
arripiat ad Papam vel per ſe, vel per
procuratores ſufficienter inſtructos,
niſi interim vtraque concordauerit, &
continuatis diebus quam citò poterit
ſe coram Papa præſentabit, vt vtraque
parte præſente, vel altera contumaci-
ter abſente Pontifex definiat negotiū,
& culpabiles puniat; tex. d. cap. quàm-
uis §. ſi autem. Quòd ſi pars ceſſans
prædicta non ſeruauerit tam in ceſſan-
do, quàm in veniendo, ſeu mittendo ad
Sedem Apoſtolicam, ceſſatio ipſa ſer-
uari non debet, vt habetur d. §. ſi autem
25 in fin. Denique requiritur, vt † impo-
natur ab habente auctoritatem à iure,
vel



vel à conſuetudine, vt cōſtat ex d. cap.
ſi Canonici in princip. & d. Clem. 1. §.
in ceſſationibus cū ibi not. per Doct. de
ſent. excom. Illud autem conſtat eum
iure communi poſſe ceſſare à diuinis,
qui poteſt interdicere, vt Pōtifex, Epi-
ſcopus, & qui Epiſcopalem auctorita-
tem habet, vel cui ille commiſerit, vt
optimè docent Henriq. d. lib. 13. cap.
54. §. 1. Couar. d. relect. cap. alma ma-
ter 2. par. §. 2. num. 6. quare Capitulum
viuente Epiſcopo ſine eius conſenſu,
vel niſi id habeat ex priuilegio, vel cō-
ſuetudine, nō poteſt ceſſationem à di-
uinis imponere, vt apertè conſtat ex d.
capit. irrefragabili §. cæterum, de off.
ord. d. cap. quàmuis eodem tit. in 6. &
d. Clem. 1. §. in ceſſationibus, de ſent.
excom. iūctis maximè ibi not. per Gloſ.
& Doct. quod & in ſpetie probat Co-
uar. d. num. 6. ſubdens quòd idem Ca-
pitulum Sede vacante tanquam ſucce-
dens in iuriſdictione Epiſcopali id iu-
re poterit. His præmiſſis ad conclu-
ſiones deſcendamus.

Prima concluſio. Tempore inter-
dicti generalis Canonici, & alij cleri-
ci Collegiatarum Eccleſiarū, ſi ad of-
26 ficia diuina non venerint (quæ † in
ijſdem Eccleſijs ſingulis diebus cele-
brari debent ſicut priùs, ſubmiſſa ta-
tamen voce, ianuis clauſis excommuni-
catis, ac interdictis excluſis, & cam-
27 panis etiam nō pulſatis, † diſtributio-
nes amittere debent, ſicut interdicto
perderent non extante, ſi diuinis of-
ficijs adeſſēt. tex. eſt in eadem fere ver-
ba d. cap. alma mater, quod eſt fin. §.
adijcimus præterea, de ſent. excom. in
6. vbi Gloſ. cæterique Doct. id adnota-
runt, fuſiùſque explicant. Hoc verò
dupliciter mihi declarandum videtur.
28 Primò † vt, ſi Eccleſia ipſa ſit interdi-
cta propter pollutionem, ſeu violatio-
nem, tunc Canonici quidem non de-
bent recitare diuina officia etiam cum
illis moderationibus, cum in contrariū
habeamus regulā ex paulò ante dictis
præmiſſ. 3. circa medium; id autem non
fuit exceptum in d. cap. alma mater, nec
alibi; quare ſtandum eſt regulæ iuxta
tex. in cap. 2. in fin. de coniug. leproſ.
cum alijs traditis per Couar. lib. 2. var.
reſol. cap. 12. num. 4. Puto tamen, quòd
29 tunc † etiam dum ſunt abſentes, debe-
būt habere quotidianas diſtributiones
Canonici illi, & Clerici, qui ſolent di-
uinis intereſſe, cum per ipſos non ſtet,
quin interſint arg. tex. d. cap. vnico iun-
ctis ibi not. per. Doct. de cler. non reſid.
in 6. & per ea, quæ nos docuimus ſupr.
hac ead. 2. part. quæſt. 5. in fin. cum
maxime illi clerici non habeant, contra
quem agere poſſint ad huiuſmodi inte-
reſſe, ad quod non tenentur qui dede-
runt cauſam ceſſationi diuinorum, niſi
poſt quam moniti noluerunt emendare
offenſam, vt d. cap. ſi Canonici §. ſi
autem de off. ord. in 6. neq; enim ceſſat
pollutio, ſeu violatio Eccleſiæ ex eo,
quòd ille, qui cauſam dedit pollutioni,
emendare velit offenſam, vt accidit in
vera, & propria ceſſatione à diuinis d.
§. ſi aūt ſed eo ipſo inducitur violatio, ꝙ
aliquis ex ſupra dictis in præmiſſ. 3. ca-
ſibus euenerit, & ſic tollitur, quod ex
d. §. ſi autem contra priorem hanc de-
clarationem obijci poterat. Secūdò de-
30 claratur, † quòd ſi Capitulum ipſum
ſit interdictum vel à iure ob cauſam
ibi expreſſam, vel ab homine, vt quia
penſionem aliquam, aut quindennium
non ſoluerit, tunc diuina in illa Eccle-
ſia celebrari non poterunt etiam cum
illis moderationibus, ianuis clauſis, cā-
panis nō pulſatis, & ſubmiſſa voce; ra-
tio clara eſt, quia inter cæteras mode-
rationes poſitas in d. §. adijcimus illa
quoque eſt, quòd interdicti excludan-
tur, quales omnes Canonici ſupponun-
31 tur. conſequenter autem † Canonici
illi non percipient diſtributiones quo-
tidianas, cum ea dentur ijs, qui verè,
vel fictè diuinis interſunt, vt ſupr. 1.
par. quæſt. 4. latiùs oſtendimus; hi verò
Canonici non dicentur etiam fictè in-
tereſſe, cum per ipſos ſtet, quin inter-
ſint. Hoc autem caſu puto vel officia
diuina cum illis moderationibus reci-
tanda eſſe à beneficiatis, ſeu Manſio-
narijs

narijs illius Eccleſiæ, ne diuinus cultus
quoad fieri poſſit patiatur; vel certè
hos clericos à Canonicis diſtinctos ēt
ſi diuina non recitentur ſuas diſtribu-
tiones percipere debere; diſtributio-
32 nes verò Canonicorum † conuertēdæ
erūt in Eccleſiæ vtilitatem per ea, quæ
dicemus infr. 3. par. quæſt. 6. cùm illud
diſputabimus, an ſemper diſtributio-
nes nō intereſſentium intereſſentibus
accreſcant, maximè verò concl. 3. Idem
33 autem † (nimirum quòd nō ſit admit-
tendus ad diuina officia etiam cum il-
lis quatuor moderationibus, de quibus
ſupr. & d. §. adijcimus, & cōſequenter,
neque etiam ad diſtributiones), dicen-
dum eſt de priuato aliquo Canonico,
vel Manſionario, qui à iure ſecuta ta-
men facti declaratione, vel ab homine
fuerit interdictus, idque ſatis cōſtat ex
eod. §. adijcimus, vbi mandatur exclu-
di interdictos ab illa diuinorum offi-
ciorum celebratione; quòd ſi diuinis
non intereſt ſua culpa proculdubio ca-
rere debet diſtributionibus, vt iam ſæ-
pe diximus, ac de ſe patet, & in ſpetie
adnotauit Couar. d. 2. par. §. 4. num. 3.
Portio tamē diſtributionum, quæ huic
clerico interdicto contingeret, ſi inter-
34 eſſet, † cæteris clericis Capituli ſui,
ſeu Collegij accreſcet per ea, quæ d. 3.
par. quæſt. 6. concl. 2. adducemus. Ter-
35 tiò declaratur, † vt permiſſio, de qua
in d. §. adijcimus, non ſit in vniuerſum
accipienda, vt nimirum cum illis mo-
derationibus celebrare liceat, ſed ita
quidem, vt in Eccleſia particulari af-
fecta interdicto minimè locū habeat,
quaſi hæc conſtitutio in Eccleſijs obti-
neat, quæ ſint intra locum interdictū,
non in Eccleſia ſpetialiter interdicta.
ita poſt Gloſ. d. §. adijcimus Verb. Ec-
cleſijs, quam ſequuntur ibi Anchar.
Gemin. Franc. & cæteri communiter,
alioſq; quam plurimos in ſpetie tradit
Couar. d. §. 4. num. 5. in princip. idq; ſa-
tis ex ipſo tex. elicitur in verbis præce-
dentibus. Cæteras declarationes ad il-
lum §. adijcimus, quas, quia ad rem no-
ſtram non faciunt, cōſultò omittimus,
præter ſcribētes ibi videre poterit ſtu-
dioſus lector apud Couar. d. §. 4. & Hē-
riq. d. lib. 13. cap. 46.

Secunda concluſio. Tempore ceſ-
ſationis à diuinis ſiue iuſtæ, ſiue iniu-
36 ſtæ † Canonici non percipiunt quoti-
dianas diſtributiones. porbatur primò,
quia ita in ſpetie docent Couar. d. §. 4.
nu. 7. verſic. tertiò eandem opinionem
probat, & Henriq. d. lib. 13. cap. 52. §. 3.
& cap. 13. §. 2. circa medium. Secundò
idem etiam ſatis probatur ex tex. d. c. ſi
Canonici §. ſcituri, vbi Gregor. 10. de-
cernit, quòd ſi Canonici cauſa non ex-
preſſa in patentibus litteris, vel inſtru-
mento publico, aut aſſignatione illius,
illarumue non facta ei, contra quē ceſ-
ſatur; ſimiliter, ſi cauſa, quam expreſ-
ſerit, non fuerit inuenta canonica, om-
nia, quæ de quibuſcunq; prouentibus
illius Eccleſiæ, in qua ceſſatum fuerit,
ceſſationis tempore perceperint, reſti-
tuant; illa verò, quæ pro eodem tem-
pore eiſdem debētur, nullo modo per-
cipiant, ſed Eccleſiæ ipſi cedere, ac ni-
hilominus ei, contra quem ceſſauerāt,
de dānis, & iniurijs ſatisfacere teneā-
tur. Si autem cauſa ceſſationis cano-
nica fuerit iudicata (nimirum per Se-
dem Apoſtolicam, vt notant ibi Gloſ.
& Doct. per tex. d. cap. quàmuis de off.
ord. in 6. qui addit non nulla ad d. cap.
ſi canonici) is, qui occaſionē ceſſationi
dederat, ad omne intereſſe dictis Cano
nicis, & Eccleſiæ, cui debitum officium
eius eſt culpa ſubtractum, ad certam
quantitatem taxandam, & in diuini
cultus augmentum conuertendam ſu-
perioris arbitrio condēnetur. Ex qui-
bus verbis tex. ſatis probatur noſtra
concluſio; nam quòd nomine prouen-
tuum Eccleſiæ, de quibus in priori par-
te, contineantur etiam diſtributiones
quotidianæ, conſtat ex verſic. & quia
nobis non occurrit in Extrauag. vnic.
de decim. inter commun. Illud verò in-
tereſſe Canonicorum, de quo poſterio-
ri parte eiuſdem §. ſcituri mox allega-
ti, aliud eſſe non poteſt, quàm quoti-
dianæ diſtributiones, quas amiſerunt
Cano-



Canonici, quia diuina officia recitata
non fuerunt tempore ceſſationis; neq;
enim eo tempore recitantur diuina of-
ficia etiam ſubmiſſa voce, & alijs mo-
derationibus adhibitis, de quibus d. c.
alma mater §. adijcimus, vt conſtat ex
cap. non eſt vobis iuncta Gloſ. & Doct.
de ſponſal. & matr. & nos ſupr. hac ea-
dem quæſt. præmiſſ. 1. in fine oſtendi-
mus; fructus autem beneficij, & præ-
37 bendæ † percipere debent ſi abſentes
fuerint iuſta de cauſa, cap. relatum, c.
de cætero, cap. cum dilectus, & cap. ad
audientiam cum ſimilibus, de cler. nō
reſid. immo & ſine cauſa per tres men-
ſes in anno, vt conſtat ex Concil. Trid.
ſeſſ. 24. cap. 12. §. præterea obtinētibus
de reformat. quare illud intereſſe Ca-
nonicorum intelligi non poteſt quoad
fructus beneficij, & præbendæ; atque
ita hoc intereſſe de quotidianis diſtri-
butionibus intellexerunt Henriq. &
Couar. loc. cit. & explicaſſe videtur
Anchar. d. cap. ſi Canonici num. 7. poſt
Archid. ibid. qui tamen hoc mihi dice-
re non videtur.

Tertia concluſio. Tempore inter-
38 dicti ī feſtiuitatibus Natalis Domini,
Paſchæ, ac Pentecoſtes, & Aſſumptio-
nis Beatiſſimæ Virginis campanæ pul-
ſari debent, & ianuis apertis alta voce
diuina officia celebrari debent excom
municatis omnibus excluſis, ſed inter-
dictis admiſſis, quibus ob reuerentiam
dictarum ſolemnitatum, & vt ipſi ad
humilitatis gratiam, & reconciliatio-
nis affectum faciliùs inclinentur, præ-
fatis diebus participatio permittitur
diuinorum; ſic tamen, quòd illi, pro-
pter quorum exceſſum interdictum hu
iuſmodi eſt prolatū, altari nullatenus
appropinquent. ita in hæc ipſa verba
decernitur d. cap. alma mater §. in fe-
ſtiuitatibus verò, de ſent. excom. in 6.
39 Ex quibus infertur primò † Canoni-
cos, & clericos, qui ijs feſtiuitatibus di
uinis non interfuerint, ſuaq; munera
pſallentes, & decantantes non obie-
rint, priuari debere quotidianis diſtri-
butionibus, ſicut cęteris diebus, quibus
extra tempus interdicti illis pſallendū
eſt, propriaq; munera obeunda per ea,
quæ latè tradidimus ſupr. hac eadem
2. par. quæſt. 2. concl. 2. 3. 6. & 7. Infer-
40 tur ſecūdò, quòd † ſi quidem fieri po-
teſt, vt aliqui ex illis clericis interdicti
ſint, non tamen dederint cauſam inter-
dicto, ij admittendi ſunt ad diuina ce-
lebranda, & per conſequens etiam ad
quotidianas diſtributiones, quæ ratio-
ne celebrationis diuinorū tribuuntur,
41 vt ſæpiùs diximus; ſi verò † cauſam
dederunt interdicto, tunc, cum altari
appropinquare non debeant, vt dicitur
in d. §. in feſtiuitatibus, hoc eſt remo-
tiùs ſtare non orando ad altare, neque
offerendo, & ſimilia faciendo, vt expo-
nit ibi Io. An. num. 4. & Gemin. num. 7.
poſt Calder. in tract. de interd. Eccleſ.
membr. 6. verſ. ſed cum ſupra dixerim,
quos ſequi videtur Franc. d. §. in feſti-
uitatibus num. 3. & Henriq. d. lib. 13.
c. 47. §. 2. ideo etiam diſtributionibus,
quæ propter diuinorum officiorum ce
lebrationem dantur, carere debent.
Ampliatur autem hæc concluſio pri-
mò, vt vigore huius diſpoſitionis, de
qua in d. §. in feſtiuitatibus, poſſint ce-
lebrari, ſeu ſolemniter recitari nō mo-
dò veſperæ primæ vſque ad veſperas
ſecundas ipſius feſtiuitatis, vt Gloſ. &
Doct. omnes tradunt in d. §. in feſtiui-
tatibus, ſed etiam Cōpletorium ipſius
feſtiuitatis, vt poſt Archid. Gemin. &
Franc. d. §. in feſtiuitatibus, alioſq; non
nullos tradunt Couar. d. relect. c. alma
mater 2. par. §. 5. num. 5. & Henriq. d. c.
47. §. 3. Secundò vt etiā liceat in his fe-
ſtis celebrare miſſas votiuas, latè Co-
uar. d. num. 5. in fin. & Henriq. d. c. 47.
43 §. 4. Tertiò ampliatur, vt † etiā liceat
cantare Miſſam in Vigilia Natiuitatis,
Reſurrectionis, & Pētecoſtes; ita poſt
alios Henriq. d. cap. 47. §. 3. quod tamē
ſatis dubiū mihi videtur propter tex-
tum, qui dies ipſos deſignat; propter
quam rationem idem Henriq. d. capit.
47. §. 2. in fin. ex communi iure optimo
tradit contra Sot. hoc priuilegium nō
extendi ad duos dies proximè ſequen-
tes

teſpoſt feſtum Paſchatis, & Penteco-
ſtes. Quartò ampliatur hæc conclu-
44 ſio, vt † idem quoque permiſſum ſit
in die, quo feſtiuitas Corporis Chriſti
ſolet ſolemniter celebrari, quod in ho-
norem tanti Sacramenti Martinus V.
45 conceſſit, & Eugenius IIII. † ad octa
uam vſque diem extendit teſte Ang. in
Verb. Interdictum 6. quæſt. 16. & alijs,
quos adhoc referũt, & ſequuntur Co-
uar. d. §. 5. num. 1. & Henriq. d. cap. 47.
§. 2. in princip. & in Hiſpania idem cõ-
ceſſum eſt quoad feſtum Conceptionis
Beatiſſimæ Virginis Mariæ, vt refert
Couar. d. §. 5. num. 2. Ampliatur quin-
46 tò, & poſtremò, vt † etiam tempore
ceſſationis à diuinis liceat in his feſti-
uitatibus officia ſolemniter celebrare,
vt optimè probant Couar. d. §. 5. nu. 3.
Henriq. d. lib. 13. cap. 53. & Viual. d. tit.
de ceſſat. à diuin. num. 9.

Limitatur tamen primò hæc ipſa cõ-
47 cluſio, vt † non procedat in Eccleſia
ſpecialiter interdicta; nam etiam in il-
lis feſtiuitatibus neque publicè, neque
ſecretè poterunt diuina officia celebra
ri, vt optimè docent Couar. d. §. 5. nu. 2.
in fin. & Henriq. d. c. 47. §. 2. circa me-
dium in text. & Gloſ. litt. y. Secundò
48 limitatur, vt † neque etiam in Eccle-
ſia interdicta ob violationem, ſeu pol-
lutionem liceat vllo modo in illis quo-
que feſtiuitatibus diuina officia cele-
brare. ita in ſpetie tradit Henriq. d. lib.
13. c. 51. §. 5. in fin. poſt Villadieg. tract.
de irregular. cap. 5. num. 10. & Gloſ. in
cap. ex tuarum, de priuileg. ſed voluit
allegare in cap. tuarum illo tit. Tertiò
49 limitatur, vt † in his feſtiuitatibus nõ
liceat mortuos tẽpore interdicti intra
Eccleſiam ſepelire, eorumq; officium
recitare, vt ſatis probat tex. in cap. cum
plantare §. quod ſi templarij, de priuil.
& tenet Gloſ. in clem. 1. in princip. de
ſepult. quam alij ſequuntur, quos re-
fert Couar. d. §. 5. num. 6. contra quos
tamen ipſe ſentit. Quartò limitatur,
vt in his feſtiuitatibus interdicti tem-
pore ea tantùm, quæ ad officia perti-
nent, permitti, non autem, quæ ad ſa-
cramenta, niſi quatenus alioqui tem-
pore interdicti cõceduntur, vt optimè
tradunt multa inde colligentes Couar.
d. §. 5. num. 7. & Henriq. d. cap. 47. §. 4.
Quintò, & poſtremò limitatur hæc cõ-
50 cluſio, vt, † quàmuis in his feſtiuitati-
bus ſuſpẽdatur interdictũ, quod priùs
fuerat, non tamen vetatur, quin vr-
genti de cauſa poſſit interdictũ in præ-
dictis feſtis imponi; ita poſt alios do-
cet Henriq. d. cap. 47. §. 2. Atque hæc
de interdicto, & ceſſatione à diuinis
quatenus ad rem noſtram pertinebat,
atque adeo de tota hac quæſtione di-
cta ſint ſatis.

## SVMMÆ RERVM.

*1 Depoſitio, ſeu verbalis degradatio quid ſit.*
*2 Depoſitio quotuplex ſit.*
*3 Degradatio, ſeu realis depoſitio quid ſit.*
*4 Depoſitio, & degradatio in quibus differant.*
*5 Depoſitio quibus caſibus infligi poſſit.*
*6 Degradatio tribus tantùm caſibus de iure infligitur.*
*7 Priuatio beneficij quid ſit. & quibus caſibus ipſo iure incurratur, vel infligenda ſit. num. 8.*
*9. Priuandus beneficio nõ cenſetur eo priuatus per ſententiam latã ſuper crimine; ſecus vbi pœna ipſo iure infligitur. num. 10.*
*11 Priuandus beneficio vbi priuatus eſt, amittit fructus à die commiſſi criminis. quòd ſi ſeruiuit Eccleſiæ amittit à die accuſationis dumtaxat. num. 12. niſi crimen miniſterium impediret. num. 13. aut ipſo iure priuationem induceret. num. 14.*
*15 Irregularitas quid ſit. & quotuplex nu. 16.*
*17 Irregularitas non incurritur niſi in caſibus à iure expreſſis, & qui illi ſint.*
*18 Peccatum mortale differt ab excommunicatione; neque vt ſic Eccleſiæ ingreſſu prohibet. num. 19. neque debet peccator in diuinis officijs euitari. num. 20. Idque etiamſi crimen ſit notorium. num. 21.*
*22 Notorium crimen quodnam ſit.*
*23 Depoſitus ab ordine, officio, vel beneficio amittit diſtributiones quotidianas; depoſito tamen danda ſunt alimenta ex reditibus. num. 24. Iniuſtè verò depoſitus recuperabit. num. 25. Item reſtitutus. num. 26.*
*27 Degradatus eo ipſo amittit diſtributiones quotidianas. & priuatus eſt beneficijs. num. 28. reſtitutus verò non amittit. num. 29.*
*30 Reſtitutio degradati fit conuerſa forma à degradatione.*
*31 Degradati reſtitutio fit à ſolo Papa, vel eius delegato.*
*32 Degradatus debet habere alimenta ex reditibus Eccleſiaſticis.*
*33 Priuatus beneficio, & Canonicatu non percipit diſtributiones. Niſi intra legitimũ tempus appellauerit. num. 34. & ſeq.*
*35 Appellatio legitima ſuſpendit iudicatum quoad futurũ, et quoad præſens extinguit; non tamen in correctione morum.*
*36 Irregularis non amittit fructus, & diſtributiones, niſi quatenus tribuuntur ijs, qui aliquem ordinem exercent, & non aliter; aut vbi irregularitas redderet inhabilem ad obtinendum beneficium. num. 37. & qui ſint hi caſus. num. 38. aut priuaret beneficio. num. 39.*
*40 Peccator etiam notorius nõ amittit ratione peccati fructus, & diſtributiones quotidianas. Secus in notorio fornicatore. num. 41.*



## *An, & quando depoſitus, degradatus, priuatus beneficio, irregularis, vel notorius peccator amittat diſtri butiones. Quæſtio XVII.*

PROSEQVENDO mate-
riam eorum, quibus ſiue
præſentibus, & intereſſen-
tibus, ſiue abſentibus con-
uenire poteſt, vt vel percipiant, vel
amittant quotidianas diſtributiones,
videndum nunc eſt de eo, qui eſt de-
poſitus, degradatus, priuatus beneficio
irregularis, vel notorius peccator, an
nimirum, & quando poſſint hi diſtri-
butiones quotidianas percipere. Qua
in re.
1 Præmittendum eſt primò, † Depoſi-
tionem, ſeu verbalem degradationem
eſſe ſententiam, per quam clericus ab
ordine, officio, vel ab his omnibus ſi-
mul deijcitur, ac deturbatur, vt conſtat
ex cap. qualiter, & quando, de accuſat.
& cap. degradatio, quod eſt 2. de pœn.
in 6. & vtrobique Gloſ. & Doct. Petr.
Gregor. Syntagm. iur. vniuerſ. lib. 31.
cap. 30. nu. 1. 2. & 8. eodem Gregor. in
partit. iur. Can. lib. 4. tit. 15. qui eſt
de pœn. nume. 8. litt. x. Burgaſ. tract.
de irregular. par. 6. tit. de ſent. depoſit.
Clar. in Prax. Crimin. quæſt. 36. num.
35. & quæſt. 74. num. 1. & Henriq. in
tom. 1. Thelog. Moral. lib. 13. cap. 55.
2 §. 3. nam depoſitio † alia eſt ab officio,
ſeu beneficio ſimul, vel ſeparatim, & à
dignitate; alia ab ordine, quæ propriè
degradatio, vel exauctoratio, ſeu; vt
alijs loquuntur exauctorizatio, & con-
tra clericum maximè in ſacris conſti-
tutum adhibetur, vt inter cæteros
oſtendit Petr. Gregor. d. cap. 30. num. 2.
Degradatio autem, ſeu depoſitio realis
3 † eſt quædam executio depoſitionis,
ſeu verbalis degradationis, & definiri
poteſt, pœna Eccleſiaſtica, qua uir Ec-
cleſiaſticus actualiter, ac ſolemniter
priuatur omnino executione ordinis,
& beneficij adminiſtratione, & omni
priuilegio clericali abſque ſpe reſtitu-
tionis. quæ definitio affertur, & com-
probatur ab Henriq. d. cap. 55. §. 1. &
3. ſatiſque colligitur ex tex. d. cap. 2.
de pœn. in 6. & ibi Gloſ. & Doct. Bur-
gaſ. d. tit. de ſent. depoſit. num. 1. vſq;
ad 9. & Gregor. d. cap. 4. num. 8. litt.
y. & d. cap. 30. num. 1. 6. & 8. Ex qui-
4 bus patet † duobus præcipuè differre
depoſitionem, & degradationẽ; quòd
nimirũ illa verbalis eſt per ſentẽtiam;
hæc realis, & actualis cum executione;
præterea per illam clericus non amit-
tit priuilegium Canonis, & fori, ſicut
per hanc, quod in ſpetie fusè oſtendit
Henriq. d. §. 3. & Gregor. d. cap. 4. nu.
8. litt. y. ad fin. Alias differentias inter
vtramque, & ſimul de ſolemnitatibus,
quæ adhibendæ ſunt in ſolemni, &
actuali degradatione, & cætera, ſi quæ
ſunt huiuſmodi, quæ de depoſitione,
ac degradatione dici poſſunt, petere
poterit ſtudioſus lector ex Doctoribus
præcitatis, & iuribus ab ipſis allegatis
nec non ex Trident. Concil. ſeſſ. 13. c.
4. de reform. vbi non nihil innouauit
circa ſolemnitates depoſitionis, ac de-

gradationis & ex D. Menoch: quem
poſt hęc ſcripta vidi, in tract. de Arbi-
trar.iud.caſ.415. Illud verò dumtaxat
5 ſubijcimus, quòd, † cum depoſitio ſit
grauiſſima pœna, ea infligi non debet
niſi pro caſibus à iure decretis, vt docet
Gemin. in §. de his, 50. diſt. & Dec. in
cap. at ſi clerici de iudic. hi autē caſus
erūt adulteriũ clerici ſacris initiati;
ſtuprum Virginis, aut Cōcubinatus, in
quo clericus notoriè diu perſeuerauit
poſt monitiones, & alij caſus, quos af-
ferunt Henriq.d. c.55. §. 5. & Bertach.
in tract. de Epiſcop. 8. par. lib. 4.tit.de
cauſ.mater.degradat. Hoſtienſ.in ſum.
tit.de accuſat.§. quis ſit effectus verſic.
tradunt, & Burgaſ. d.tit. de ſenten.de-
poſit. num. 14. 15.24. 25. & 26. ſed &
poteſt depoſitionis pœna infligi pro
delicto grauiori, quàm ſit illud, pro-
pter quod de iure quis deponēdus eſt,
vt docet Gregor.d.capit.30. num. 4 &
Henriq. d. §. 5. hoc porrò grauius cri-
men, & delictum illud eſſe poteſt, pro
quo de iure ciuili imponitur pena mor
tis; nam in eius locum ſuccedit de iure
Canonico depoſitio; ita poſt alios tra-
dunt Gregor.d.num.4. Fel.d. cap. qua-
liter il ſecundo num. 25. de accuſar. &
Henriq.d.§.5. in princip. De gradatio-
6 nem autem † tribus tantùm caſibus iu-
re habere locum docent Luc.de Pen.in
l.1.C.de priuil. Scholar. lib.12.Clar.d.
quæſt.36.num.36.& Gregor.d. cap.30.
num.10. & hæc eſt communis Theori-
ca Doctorum, vt ait Gulielm. Benedic.
in quæſt.de homicid. num.3. quem re-
fert Foller. in prax. Crim. Canon. fol.
272.num.25.quàmuis Ludou.Carer.in
Pract. Crimin. §. homicidium 7. ſub
num. 59.alios referat caſus, à communi
tamen non recedas, quæ tres tantùm
conſtituit, quorum primus eſt in cleri-
co hæretico, c.ad abolendam, §. 1.&
cap.excommunicamus, de hæret. alter
eſt de falſatore litterarum Apoſtolica-
rum, cap.ad falſariorum, de crim. falſ.
tertius in eo, qui inſidiatus eſt ſuo Epi-
ſcopo, illumue calumniatus eſt cap. ſi
quis ſacerdotum 11. quæſt. 1.

7 Præmitto ſecundò, clarum eſſe, † pri
uationem beneficij eſſe ſententiam iu-
ris, vel hominis, per quam beneficia-
tus illud amittit; Multi autem ſunt ca-
8 ſus, in quibus † clericus iure priuatus
eſt, vel priuandus beneficio, quos recē-
ſet Calic.ĩ Margar.fiſc.fol.110.& ſeqq.
Diaz.in prax. Crim. Canon. capit.131.
aliàs 123. nume. 5. in fi. Clar. in Pract.
Crimin.quæſt.73. num.5. cum duobus
ſeqq.Gregor.Tholoſ.in tract.de benef.
cap.26. & 33. & Rebuf. in Prax. benef.
3.part.tit.1.qui eſt de modis amittendi
beneficia. Qua tamen in re adnotan-
9 dum eſt, quòd, † vbi quis iure non eſt
priuatus, ſed priuandus beneficio non
cenſetur per ſententiam iudicis latam
ſuper crimine priuatus beneficio. ita
Petr.Gregor.d.lib.4.tit.15.cap.4. nu.7.
litt.u. Rebuf loc.cit.num.4.per d.cap.
qualiter il 2.de accuſ. & Diaz. in Prax.
crimin.Canon.d.cap.131.iuxta nouam
impreſſionem aliàs 123. num. 3. ſecus
10 verò erit † vbi pœna priuationis ipſo
iure infligitur, vt ibid. Rebuf. & Diaz.
oſtendunt, qui etiam num.4. docet poſ-
ſe iudicem delicti priuare beneficio,
quod delinquens in alieno territorio
habet. Denique communior eſt opi-
nio Doctorum prout refert, & ſequitur
Tiraq.repet.l. ſi vnquam Verb. reuer-
tatur nu.272. C. de reuoc.donat. Clar.
d. quæſt. 73. num. 9. Diaz. d. cap.131.
num.5.& Couar. Epit.de ſpōſ. & matr.
11 2. par.cap.6.§.8.num.7.quòd, † ſi cle-
ricus cōmittit delictum, propter quod
priuari debeat beneficio, licèt habeat
ius in re quouſque ſit priuatus, poſt
quam tamen eſt priuatus, tenetur re-
ſtituere fructus, quos percepit à die cō
miſſi delicti; quod tamen limitant
12 Diaz. & Couar. loc. cit. † niſi clericus
ille poſt commiſſum delictum ſemper
perſeuerauerit in Eccleſia ſeruiendo;
nam tunc iuxta opinionem Fel. in cap.
de quarta col.10. de præſcript. & alio-
rum putant, quòd tunc ſolùm talis dā-
naretur ad reſtitutionem fructuum à
die propoſitæ contra eū accuſationis,
vel formatæ inquiſitionis, quod ipſum
decla-



13 declarat Couar.d.num.7.niſi † delictū
etiam occultum delinquentem ipſo iu-
re miniſtrare impediret, vt ſi eſſet cri-
men, quod irregularitatem induceret;
tunc enim ſeruiendo, & miniſtrando
in officio, quod exercere non poterat;
non ſunt ei fructus iuſta ratione con-
14 cedendi; idem quoq; dicendum, † vbi
delictum commiſſum induceret priua-
tionem ipſo iure, nam tunc clericus
condemnandus eſſet ad reſtitutionem
fructuum à die commiſſi delicti. ita la-
tè tradunt Diaz.d.num.5. in fin. & Co-
uar.d.§.8.num.8.

Præmitto tertiò, Irregularitatem
15 † ex mente Canonum, & Innoc. com-
muniter recepti in cap. niſi cū pridem,
de renunc. definiri impedimentum in-
ductum à iure Canonico directè impe-
diens receptionem ordinum Eccleſia-
ſticorum, aut aliquem vſum eorum;
quatenus ſunt ordines etiam poſt pœni
tentiam; quam definitionem his verbis
affert, & explicat Nauar. in Man.cap.
27. num. 191. quibus etiam ferè verbis
eam definiunt poſt alios Couar. in re-
lect. Clemen.ſi furioſus 1.par.in princ.
num. 1. de homicid.Burgaſ. in tract.de
irregular. quæſt. 1. per totam, Maiol.in
ſimil. tract. quæſt. 1. num. 1. Henriq.
d. tom. 1. Theol. Moral. lib. 14. cap. 1.
§. 2. & Viual. in Candel. aur. 2. par.tit.
16 de irregular. num. 5. & quàmuis † in-
numerabiles ferè ſint irregularitates,
vt præter citatos Doct. tradit Aluar.
Pelag. de planct. Eccleſ. lib. 1. art. 24.
& 48. eaſq; ad ſpeties reducendo varij
variè illas diſtinguant, vt per Maiol.
Henriq. Burgaſ. & alios ſupr. alleg.
tamen, melior atque aptior diuiſio vi-
detur illa, quam facit Nauar.d.cap.27.
num. 192. & Viual. d. tit. de irregular.
in princip. num. 43. vt quinque ſint ir-
regularitatis ſpeties, quæ manant ex
quinque defectuum generibus, nimirū
ſacramenti, quæ eſt Bigamia, defectu
corporis, animæ, perfectæ lenitatis, &
delicti; de quibus ſingulis optimè inter
cæteros Maiol. Viual. Nauar. Henriq.
& Burgaſ. loc. cit. Quoniam verò ir-
17 regularitas † non incuritur niſi in ca-
ſibus à iure expreſſis capit. is, qui, de
ſent. excom. in 6. caſus hoſce cumula-
tos habes apud Nicol.Plou.tract. de ir-
regular. 1. par. quæſt. 1. & duab. ſeqq.
Summiſtas ferè omnes in Verb.irregu-
laritas, & colliguntur etiam ex alijs
Doct. ſupra cit.

Præmitto quartò, & vltimò peccatū
quodlibet etiam mortale non ſolùm
18 † longè differre ab excōmunicatione,
vt latè, & optimè comprobat Couar.in
repet.cap. alma mater 1. par. in initio
19 num. 2. 5. 6. & 8. verùm etiam † Ec-
cleſiæ ingreſſu non interdicere, vt fusè
oſtendit Burgaſ. d. tract. de irregular.
& imped. par. 6. tit. de ſent. interdicti
num.35.& duob. ſeqq. quod tamen in-
tellige quatenus peccatū mortale eſt;
ſecus enim dicēdum erit, ſi habeat an-
nexam cenſuram excommunicationis,
ſuſpenſionis, vel interdicti, ob illudue
ceſſetur à diuinis per ea, quæ duabus
ſtatim præcedētib.quæſtion.latiùs tra-
didimus. Et licèt quemlibet pro mor-
tali peccato quoad ſe ipſum conſtet eſ-
ſe ſuſpenſum, non debet tamen in offi-
cijs euitari, vt ait Gregor. 9. Summus
Pontifex in cap.quæſitum, quod eſt fin.
de cohabit. cler. & mulier. Ex quibus
verbis colligit ibi Gloſ. in Verb.euita-
ri, & cęteri Doctores, regulariter cleri-
20 cum quantumuis crimnoſum † non
debete vt ſic ĩ officijs euitari; ad quod
etiam facit tex.in cap.veſtra, eod.tit.&
c. fin. 15. quæſt. vlt. id verò procedit,
21 etiam ſi † crimen illud & peccatum ſit
notorium, vt tradit Gloſ. Vincent. d.c.
fin.Verb. propoſito; a quo tamen exci-
pitur notoria fornicatio d.capit. fin.&
c. veſtra; ſimiliter excipiuntur caſus,
in quibus quis ipſo iure ſuſpenſionem
incurrit, Gloſ. d. Verbo propoſito, &
alij. Notorium aūt etiam quod ad hāc
22 rem attinet dicitur † crimen notū per
ſententiam definitiuam, ſeu per con-
feſſionem factam in iure, aut euiden-
tiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua
celari non poteſt. tex.d. cap. veſtra, &
cap.fin. de cohabit. cleric. & mulier.c.

 cum

cum dilectus de ord. cognit. & capit. denique, de except. cum ſuis concord.

Prima concluſio. Depoſitus, ſeu verbaliter degradatus ab ordine, offi-
23 cio, vel beneficio † amittit quotidianas diſtributiones. Satis id voluerunt Clar. & Couar. infra citandi in limit. 1. dum volunt depoſitum debere habere alimenta ex reditibus Eccleſiaſticis, ſi aliunde non habeant vnde viuant. Sed id etiam quoad depoſitum à beneficio ex eo patet, quòd diſtributiones dãtur ratione beneficij, & Canonicatus, vt ex cap. dilectus il 1. de præben. & alijs iuribus alibi oſtendimus, cum maximè ſuſpenſio à beneficio, quæ maior eſt, quàm depoſitio, id ipſum efficiat, vt latiùs tradidimus ſupr. quæſt. 15. concl. 3. quoad depoſitum verò ab officio idem dicendum eſt per ea, quæ docuimus d. concl. 3. de ſuſpenſo ab officio. Idem denique ſtatuendum eſt de eo, qui depoſitus fuit ab ordine ſaltem quoad eas diſtributiones, quæ dantur ratione Canonicatus, cui aliquis ordo annexus eſt, cum nõ poſſit ordinem illum exercere, per ea, quæ poſt Fel. in cap. inquiſitionis col. 1. de accuſat. tradit Couar. d. cap. 6. §. 8. nu. 7. in fin. cum ſublato antecedenti, ac principali tollatur etiam cõſequens, & acceſſorium iur. vulgar. Limitatur autem primò
24 hæc cõcluſio, † vt depoſito danda ſint alimenta ex ipſis reditibus Eccleſiaſticis, ſi aliunde non habeat vnde viuat, ne cum dedecore ſtatus Eccleſiaſtici cogatur mendicare. ita Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 8. verſic. duodecimò hic etiã deducitur, Clar. in Pract. Crimin. quæſt. 73. nu. 7. & Vgol. tract. de cenſur. Eccleſ. tab. 2. cap. 12. in princip. num. 1. circa medium. Limitatur
25 ſecundò, vt † iniuſtè depoſitus diſtributiones recuperet per ea, quæ de ſuſpenſo, & excommunicato fuſè tradidimus d. quæſt. 15. concl. 2. & 4. Limitatur tertiò, & vltimò, niſi vel reſtitutus fuerit ab eo, qui verbaliter depoſuit, vel à depoſitione intra legitimum tempus appellatum fuerit, vt ſatis voluiſſe, videtur Henriq. d. cap. 55. §. 4. & latiùs cuique patebit per ea, quæ infr. hac eadem quæſt. concl. 3. afferemus.

Secunda concluſio Degradatus, ſeu
27 actualiter depoſitus † eo ipſo amittit quotidianas diſtributione. Ratio clara eſt, quia, vt ſupra diximus, diſtributiones dãtur ratione Canonicatus; de-
28 gradatus autem † eo ipſo priuatus eſt quolibet beneficio, vt patet ex forma degradationis, quæ habetur d. c. degradatio, quod eſt 2. de pœn. in 6. in ijs finalibus verbis tex. quæ pronuntiare debet degradans erga degradatum; nimirũ, Auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac noſtra tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, ſpoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio, & priuilegio clericali, idq; ibi adnotarunt Gloſ. ac Doct. omnes, & Henriq. d. cap. 55. §. 1. Limitatur
29 autem hæc concluſio, niſi † iſte degradatus fuerit in priſtinum ſtatum reſtitutus, & abſolutus, nam tunc puto eum recuperaturum omnia, atq; adeo etiam beneficium, & Canonicatum; fit enim
30 hæc reſtitutio † conuerſa planè forma ab ea, qua degradatio facta eſt, vt tradunt Doct. d. cap. degradatio, Henriq. d. cap. 55. §. 4. & Petr. Gregor. d. lib. 31. ſyntagm. iur. cap. 30. quare ſicut in degradatione clericus ſpoliatur beneficio, ita in reſtitutione illud recuperabit, atque adeo etiam diſtributiones, quæ beneficium, vt dictum eſt, con-
31 ſequuntur. fit autem † reſtitutio actualiter degradati à ſolo Papa, vel eius delegato, vt poſt alios tradit Henriq. d. §. 4. Limittatur ſecundò, vt iuſtè degra-
32 datus † debeat habere alimenta ex ipſis reditibus Eccleſiaſticis, atq; adeo etiam ex diſtributionibus, vbi neque ex fructibus præbendæ, alteriuſue beneficij, nec aliunde habeat vnde viuat per ea, quæ in præcedent. concluſione de eo, qui depoſitus fuerit, diximus; eadem enim planè militat hic ratio, ne cum dedecore ſtatus, & ordinis Eccleſiaſtici cogatur mendicare, turpemue quæ-



quæſtum exercere, a quo ſe eximere nõ poteſt, cum reſtitutio hæc ferè nunquã à Summo Pontifice concedatur, quod non accidit in excommunicato, qui cũ facilè obtinere poſſit abſolutionem ſuperiori, qui ſententiam excommunicationis tulit, obtemperãdo, ex iiſdem reditibus ſaltem de rigore ali non debet, niſi fortè ad breue tempus, ne fame pereat, vt latiùs ſupr. quæſt. 15. concl. 1. demonſtrauimus.

Tertia concluſio. Canonicus, & beneficiatus in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, qui priuatus fuit Canoni-
33 catu, vel beneficio, † nõ percipiet quotidianas diſtributiones. Ratio apertiſſima eſt, nam, vt ſæpiùs iam dictum eſt, quotidianæ diſtributiones dantur clericis Colligiatarum Eccleſiarũ ratione Canonicatus, cap. dilectus il 1. & c. pro illorum iunctis ſuis Gloſ. de præben. cũ ſuis ſimilibus, vnde acceſſorię ſunt ad ipſos Canonicatus, vt in ſpetie adnotauit Philip. Prob. in Addit. ad Io. Mon. d. cap. vnico in princip. de cler. nõ reſid. in 6. poſt Card. conſi. 53. in fin. ſi ergo huiuſmodi Canonicus, vel beneficiatus priuatus eſt principali, hoc eſt Canonicatu, & beneficio in Eccleſia Collegiata, conſequẽter priuatus quoque eſt, & carere debet quotidianis diſtributionibus, quæ ſunt acceſſoriæ, & conſequentes, vt dictum eſt. Limita-
34 tur autem hæc concluſio, niſi † clericus hic, qui priuatus fuit beneficio, & Canonicatu intra legitimum tempus appellauerit, quod facere poterit; neq; enim reperitur prohibita in hoc caſu appellatio, atq; adeo cenſetur permiſſa iuxta tex. in l. & in maioribus C. de appell. cap. ſuper eo extra eodem tit. cũ ſimil. & Gloſ. ſingularem ab omnibus receptam in l. qui reſtituere ff. de rei vendic. cum maximè ſententia priuationis beneficij proculdubio ſit definitiua, a qua certiſſimi iuris eſt bis appellari poſſe per tex. in l. 1. ff. de appell. d. l. & in maioribus, & l. quoniam iudices C. eod. iuncta l. 1. & tot. tit. C. ne tert. prouoc. liceat. Ratio autem huius limitationis eſt, quia legitima appella-
35 tio † ſuſpendit iudicatum quoad futurũ, & quoad præſens extinguit. tex. in l. fin. ff. ad Turpill. cap. venientes, de iureiur. cap. ſæpè de appellat. & cap. ſi à iudice eod. tit. in 6. Bal. in l. tale pactũ §. qui prouocauit ff. de pact. Afflict. deciſ. 188. num. 5. cum alijs, quos ad hoc allegat, & de communi teſtatur Brunor. à Sol. quæſt. legal. 24. num. 3. Interim ergo donec cognoſcatur de iuſtitia appellationis, & contra ſe tres ſententias conformes reportet, eodẽ cauſam appellationis ſuæ proſequẽte, percipiet clericus iſte priuatus quotidianas diſtributiones pro tempore, quo diuinis intererit, Eccleſiæque inſeruiet per ſupradicta; & ſi quidem ſententia priuationis bis fuerit confirmata, carebit diſtributionibus, & fructibus beneficij à die commiſſi criminis, vel à die accuſationis, aut formatæ contra eum inquiſitionis iuxta diſtinctionem ſupr. hac eadem quæſt. in præmiſſ. 2. à nobis traditam; ſi autem ſententia priuationis reuocata fuerit, & huiuſmodi reuocatio bis fuerit per iudices appellationis cõfirmata, vel aliàs in iudicatum tranſierit, tunc diſtributiones quotidianas, quas pro toto eo tempore amiſit, vt litem ſuam proſequeretur, modò aliàs diuinis aſſiduè intereſſe ſoleret, recuperabit per ea, quæ de iniuſtè excommunicato, & ſuſpenſo ſupr. hac eadem 2. par. quæſt. 15. concl. 2. & 4. ac de iuſtè impedito quæſt. 5. ferè per totam latiùs tradidimus. Quod verò diximus de appellatione, quòd ſuſpẽdat effectum priuationis beneficij quoad amiſſionẽ diſtributionum, & fructuũ, quæ ad eam conſequitur, id intelligendum eſt in ſuis proprijs terminis nimirum priuationis beneficij, nam ſi quis ad correctionem morũ priuetur principaliter ipſis fructibus, & diſtributionibus, puto appellationem deuoluere quidem non tamen ſuſpendere, cum in his, quæ ad correctionẽ morum pertinent, appellatio executionem non ſuſpendat, vt conſtat ex Trident. Concil. ſeſſ.

ſeſſ.13. cap. 1. ſeſſ.22. cap. 1. & ſeſſ.24.
cap. 10. item ex c. licèt, de off. iud. ord.
cum concord. allegatis ibi per Gloſ. in
Verb. interclusum.

Quarta concluſio. Regulariter lo-
quendo irregularis clericus, ſeu Cano-
36 nicus † nõ amittit fructus, & diſtribu-
tiones beneficiorum, niſi quatenus tri-
buuntur ijs, qui aliquem ordinẽ exer-
cent, & non aliter. Ratio manifeſta
eſt. nam, vt patet ex definitione com-
muni ſupr. præmiſſ.3. allata, irregulari-
tas per ſe dumtaxat priuat receptione,
vel executione ordinum; recitare autẽ
officium diuinum etiã in Eccleſia per
ſe nõ eſt actus, aut exercitium, vel etiã
receptio alicuius ordinis. Limitatur
37 autem primò hæc concluſio † in caſi-
bus, quibus irregularitas redderet ali-
quem inhabilem ad obtinendum, ac re
38 tinendum beneficium, de quibus † per
Henriq. d. lib.14. capit.2. §.4. nam tunc
ſi aliquis clericus Canonicatũ, vel be-
neficium in Cathedrali, vel Collegiata
obtineret ſine diſpenſatione, cum titu-
lum legitimum non haberet, neq; etiã
fructus ſuos faceret. Limitatur 2. in
39 caſibus, † quibus propter irregulari-
tatem aliquis ipſo iure priuatus eſſet
beneficio, quod obtinet, per ea, quæ in
præcedenti cõcluſ. diximus. aut etiam
vbi priuandus eſſet beneficio; nam tũc
priuandus quoq; erit fructibus, ac di-
ſtributionibus, cũ ea tamen diſtinctio-
ne, de qua in d. concl. præced. & ſupr.
in 2. præmiſſ. idem verò dicendum erit
de caſibus, in quibus ſimul cũ irregu-
laritate ſuſpenſio, excommunicatio,
interdictum, vel depoſitio incurritur,
de quibus ſupr. hac ipſa quæſt. & duab.
præcedentib. Limitatur tertiò, & po-
ſtremò, vbi Canonicatus, & beneficiũ,
quod quis in Eccleſia Collegiata vult
obtinere, ordinẽ aliquem habet anne-
xum, de quo infr. quæſt.19. nam illa ir-
regularitas, quæ impedit promotionẽ
ad illum, vel ad omnes ordines, conſe-
quenter etiam impedit admiſſionem
ad quotidianas diſtributiones in illis
ſaltem Eccleſijs, in quibus eſt conſue-
tudo, vt clericus nõ admittatur ad di-
ſtributiones antequam ordinem requi
ſitum ſuſceperit, de quo latiùs d. q. 19.
immo etiam impediet ipſam beneficij,
& Canonicatus retentionem, vbi per
ipſum ſtet, quin ordinem annexum in-
tra debitum tempus recipiat, vt ſatis
conſtat ex Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 4.
de reform. & Clem.2. cum ibi not. de
æt. & qual.

Quinta, & poſtrema concluſio. Pec-
40 cator etiam notorius † non amittit ra-
tione peccati diſtributiones quotidia-
nas. Id generatim de fructibus bene-
ficiorum in ſpecie tradunt Silueſt. poſt
Roſell. in Verb. clericus 4. quæſt. 24.
Mart. Nauar. in tract. de orat. & hor.
Canon. cap. 21. num. 65. & in Manual.
Confeſſ. cap. 25. num. 123. & Petr. Na-
uar. tom. 1. de reſtit. lib. 2. cap.2. num.
206. & ſeq. licèt contrarium ſenſerint
Adr. in 4. ſent. quæſt. 14. col.9. & Ang.
in Verb. clericus 8. §. 5. ob eam ratio-
nem, quoniam qui eſt in peccato mor-
tali notorio maxime fornicationis eſt
ſuſpenſus à Canone (qui eſt cap. quæ-
ſitum, ſeu fin. de cohabit. cler. & mu-
lier.) atque adeo idem eſt, ac ſi non
reſideret, & diuinis intereſſet; ſi qui-
dem inutile, & nullum idem ſint cap.
inter corporalia, de tranſlat. Epiſcop. ſi-
cut non fieri rectè & nõ fieri paria ſunt
cap. veniens, de presbyt. non baptiz.
Verùm facilè reſpondetur admittendo
41 † ſpetiale id eſſe in fornicatore, vt
clericus notorius fornicator debeat in
officijs euitari, vt patet ex d. cap. quæ-
ſitum, ex quo ſupr. in tertio præmiſſ. ex-
preſſè collegimus regulam, vt quilibet
etiam notorius peccator nõ ſit ratione
peccati ſolius euitãdus in officijs, quia
nimirum, licèt ſuſpenſus ſit quoad ſe,
non tamen quoad alios, vt ait Pontifex
in eo Canone, qui ideo noſtram ſen-
tentiam mirè confirmat, quam etiam
vterque Nauar. locis cit. comprobat ex
Concil. Lateran. ſub Leon. X. ſeſſ. 6. §.
ſtatuimus, iuncta Conſtitutione Pij V.
quæ incipit, ex proximo Lateranenſi
Concilio, & eſt 138. inter eius conſti-
tutio-



tutiones, ex quibus ſanctionibus habe-
tur, eum, qui non recitat diuinum of-
ficium infra ſex menſus à die adepti
beneficij, peccare quidem grauiter, ſed
nõ teneri ad reſtitutionem fructuum;
ſed quoniam hæc ratio, licèt in ſe vera
ſit, & optima quoad fructus beneficio-
rũ, tamen nõ adaptatur quotidianis di-
ſtributionibus, quas non acquiret cle-
ricus etiam pro primis ſex menſibus, ſi
diuinis officijs non interfuerit, eaq; in
Eccleſia iuſto ceſſante impedimẽto nõ
recitauerit, vt latiùs oſtendimus ſupr.
hac ead. 2. par. quæſt. 2. ferè per totam,
ideo ad illam rationem cõfugiendum
eſt, quam affert Petr. Nauar. d. num.
206. quia (inquiens) licèt notorius pec-
cator non rectè obeat diuina officia,
prout Deus ordinauit, tamen rectè de-
ſeruit Eccleſiæ, quantum ad id, quod
Eccleſia ordinauit, ob quod illi aſſi-
gnatur ſtipendium, hoc eſt celebrando
officium, & orando, vt Eccleſia ſtatuit;
hæc tamen ratio non obeſt ijs, quæ ſu-
pr. quæſt.15. concl.1. ampl.7. & concl.
3. cõtra eundem Petr. Nauar. diximus,
nimirum excommunicatum, & ſuſpẽ-
ſum etiam ſi Eccleſiæ inſeruiant, diui-
niſq; officijs de facto interſint, non
acquirere diſtributiones; diuerſa enim
ratio eſt in notorio peccatore, cui, ex-
cepto fornicatore, diuina prohibita nõ
ſunt, d.c. quæſitum, cum tamen diuina
prohibita ſint ſuſpenſo, & excommu-
nicato, vt d. quæſt. 15. præmiſſ. 1. fu-
ſiùs demonſtrauimus. Limitatur igi-
tur hæc concluſio, vt notorius fornica-
cator diſtributiones amittat; ratio eſt,
quia is debet in officijs euitari, vt aper-
tè ſtatuit Pontifex d. c. quæſitum, & c.
veſtra, de cohabit. cler. & mulier. Et de
hac quæſt. ſatis.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Simoniacus vt plurimum deponendus eſt; aliquando priuatur beneficio. num. 2. aliquando eſt ipſo iure ſuſpenſus. nu. 3. aliquando in excõmunicationẽ incidit. nu. 4.*

5 *Simonia quid ſit.*

6. *Simonia committitur in emptione, & venditione rei etiam ſolùm annexæ ſpirituali.*

7. *Spirituale, prout eſt materia ſimoniæ, quid ſit; & quotuplex. num. 8.*

9 *Annexa ſpiritualibus quotuplicia ſint; & quæ. num. 10.*

11 *Annexa ſpiritualibus quædam antecedenter quædam conſequenter.*

12 *Simonia triplex eſt, alia mentalis, alia conuentionalis, alia realis.*

13 *Simonia mentalis quid ſit, & quotuplex. quid conuentionalis. num. 14. & quid realis. num. 15.*

16 *Simonia mentalis nulla obligat ad reſtitutionem accepti ſiue ſpiritualis, ſiue temporalis.*

17 *Simoniacus conuentionalis nullã pœnam à iure ſimoniacis inflictam incurrit, ſed pœna arbitraria puniri debet. limita vt nu. ſeq.*

18 *Simoniacus confidentialis excommunicationem eo ipſo incurrit, collatio ei facta eſt nulla, & tenetur ad fructuum reſtitutionem.*

19 *Simoniaca conuentio omnis nulla eſt, nullamq; obligationem inducit.*

20 *Simonia conuentionalis ex vna parte completa an obliget ad reſtitutionem.*

21 *Simoniacus cõuentionalis non incidit in excommunicationem, niſi vbi conuentio ſit ab vtraq; parte completa.*

22 *Simoniacus realis omnes pœnas à iure ſimoniacis inflictas incurrit. Excommunicationem tamen, & priuationem beneficij eo ipſo non incurrit niſi ſimoniacus in ordine, vel beneficio. nu. 23.*

24 *Fructus beneficij reſtitui debent vbi propter ſimoniam reſtituendum eſt beneficium. Idq; procedit etiã quoad fructus, qui percipi potuerunt. num. 25.*

26 *Fructus beneficij per ſimoniam reſignati percepti à reſignatario cui ſint reſtituendi.*

27 *Fructus omnes beneficij extantes reſtituendi ſunt à ſimoniaco. ſi verò ignoranter quis per ſimoniam beneficium accepit tenetur ſolùm ad fructus, quos poſtea percepit, quã ſciuit. num. 28.*

29 *Clericus cõueniens in Eccleſiam minùs principaliter propter diſtributiones quotidianas nec peccat, nec tenetur ad reſtitutionem. Ex quo nonnulla inferuntur. nu. 30.*

31 *Clericus quando dicatur magis, vel minus principaliter in Eccleſiam conuenire propter lucrum.*

32 Cle-

*32 Clericus magis principaliter conueniens in Eccleſiam propter diſtributiones peccat, ſednon tenetur ad reſtitutionem.*

*33 Clericus ſi beneficium in Eccleſia Collegiata ſimoniacè obtineat nullo ſoluto pretio nõ tenetur ante ſententiam ad reſtitutionẽ beneficij, neque diſtributionum; poteſt tamen eo priuari. num. 34. Secus quoque in ſimoniaco confidentiali. num. 35.*

*36 Fructus à ſimoniaco cõfidentiali percepti cui reſtituendi.*

*37 Beneficij receptio per ſimoniam realem nulla eſt; & recipiẽs ad dimiſſionẽ tenetur. Idq; etiamſi ſimonia commiſſa ſit ignorante eo, qui recepit beneficium. nu. 38.*

*39 Simoniacus realis tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum à die receptionis beneficij; etiam conſumptorum. nu. 40. etiam qui percipi potuerunt. nu 41. immo etiam induſtrialium deducta mercede induſtriæ. num. 42.*

*43 Simoniacus realis, cùm eo ignorante commiſſa fuit ſimonia, tenetur ad reſtitutionem fructuum tantùm vbi ſciuit commiſſam eſſe ſimoniam.*

*44 Paupertas excuſat ſimoniacum à reſtitutione fructuum, ſicut etiam vſurarium.*

*45 Simoniacus realis non tenetur reſtituere fructus conſumptos pro colligendis, & cõſeruandis ipſis fructibus; neque eam partem, qua conuerſa eſt in vtilitatem Eccleſiæ. num. 46.*

*47 Simoniacus realis tenetur etiam reſtituere diſtributiones perceptas, reſtituet autem cæteris collegis ſuis. num. 48.*

*49 Fructus beneficiorum, & præbendarum erogabit ſimoniacus in pauperes, vel reſeruabit ſucceſſori; vel ſuper eis componet cum Camera Apoſtolica. num. ſeq.*

*50 Reſtitutio non eſt facienda pauperibus, quãdo datur dominus.*

*51 Admiſſus ad diſtributiones intercedente pretio ſimoniam commiſit, & num. ſeqq.*

*52 Penſionem redimens ſine auctoritate Papæ ſimoniam committit.*

*53 Decimandi ius pretio transferens ſimoniam committit.*

*54 Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 14. de reformat. quas conſtitutiones, & conſuetudines improbet circa admiſſionem ad diſtributiones.*

*55 Conſuetudines, & ſtatuta exigentia aliquid in ingreſſu quænam ſint licita.*

*56 Diſtributionum fructus locari, & vendi poſſunt ſine ſimonia.*

## *An, & quando ſimonia committatur circa quotidianas diſtributiones. Quæſtio XVIII.*

DIXIMVS de excõmunicato, ſuſpenſo, depoſito, priuato, & alijs, quibus tũ abſentibus, tũ intereſſentibus cõuenire poteſt, vt acquirant,
vel amittant qnotidianas diſtributiones; dicendum nunc aliquid eſt de ſi-
1 moniaco, qui vt † plurimum deponendus venit, cap. ſicut, de ſimon. aliquãdo
2 † priuatur beneficio, cap. inſinuatum,
3 eod. tit. alquãdo † eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio, vt ex communi tradit Abb. in cap. cum non liceat nu. 4. de
4 prẹſcript. aliquando etiam † in excommunicationem incidit, vt in Extrauag. cum deteſtabile, de ſimon. inter commun. ſimulque videbimus, quibus caſibus accidere poteſt, vt clericus, vel alius circa eaſdem diſtributiones ſimoniam committat; quam totam rem, vt diſtinctè procedatur, præmiſſis nõ nullis, ſingulis concluſionibus abſoluemus.

Præmitto ergo primò, Simoniam
5 † definiri ſtudioſam voluntatẽ emẽdi, aut vedendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum; quam definitionem tradunt inter Theologos S. Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 1. vbi Caiet. & cæteri Thomiſtæ. Sot. lib. 9. de iuſt. & iur. q. 5. art. 1. S. Anton. 2. par. ſum. tit. 1. cap. 5. §. 1. Scholaſtici ferè omnes in 4. ſent. diſt. 52. Silueſt. & cæteri Summiſtæ in verb. ſimonia in princip. Mart. Nauar. in Manual. Confeſſ. cap. 23. nu. 100. & Petr. Nauar. tom. 1. de reſtit. lib. 2. cap. 2. num. 384. Inter Canoniſtas Gloſ. in ſum. 1. quæſt. 1. Abb. Soc. ſen. Io. de Anan. in rubr. de ſimon. Redo. in tract. de ſimon. ment. 1. par. cap. 2. num. 3. & Io. Caraf. de ſimou. num. 5. inter Iuriſtas Clar. lib. 5. ſentent. §. ſimonia in princip. quàmuis aliter alij definiãt, maximè vero Vgol. in moder. tract. de ſimon. tab. 1. quæ eſt de ſimon genere cap. 60. §. vnico; à cõmuni tamẽ definitione non eſt recedendum, quam ſatis defendunt Caiet. Sot. & vterque Nauar. loc. cit. omnes verò Doct. nemine penitus diſcrepante in eo conue-
6 niunt, cõmitti † ſimoniam nõ modò in emptione, aut venditione rei ſpiritualis, ſed etiam annexæ ſpirituali; quod etiam apertè conſtat ex cap. quæſitum, de rer. permut. cap. de iurepatronatus, de iurepatr. cap. 2. cap. non ſatis, & tot. ferè tit. de ſimon.

Prẹmitto ſecundò ſpirituale, † prout eſſe poteſt materia, circa quam verſatur ſimonia, eſſe donum quoddam ſupernaturale à Deo datũ, vel quid aliud ab eodem ad animarum ſalutem, vel ab Eccleſię poteſtate ſupernaturali ſibi data inſtitutum ad illud cõficiendum, & gratis dandnm, prout definit, comprobat, & declarat Nauar. d. capit. 23. nu. 99. quàm etiam definitionem paucis mutatis tradit Vgolin. d. tab. 1. cap. 33. in princip. Ex quo patet, duplex
8 † eſſe ſpirituale materiam ſimoniæ, aliud à Deo datum, vel inſtitutũ, qualia ſunt gratia, virtutes, ſeptem dona Spiritus ſancti, nec non ſeptem ſacramenta, & Eccleſiaſtica iuriſdictio, vt poſt Nauar. d. nu. 99. verſic. ex qua deſinitione, docet Vgol. d. tab. 1. capit. 3. §. 2. num. 1. & cap. 33. §. 2. Alia inſtitu-
9 ta ab Eccleſia, quæ etiam † vt plurimũ propriè loquendo non ſunt merè ſpiritualia, ſed ſpiritualibus annexa, vt patet ex Nauar. d. num. 99. & 100. & Vgol. d. tab. 1. cap. 3. §. 3. & cap. 34. per totum. Ex his autem quadam ſunt inſtituta ab Eccleſia poteſtate iuriſdictionis; qualia ſunt Eccleſiaſtica beneficia, formæ illa acquirendi, officia Eccleſiaſtica, Religiones, & huiuſmodi, vt latiùs deducit Vgol. d. cap. 3. §. 4. quædam inſtituta poteſtate ordinis; & hẹc vel inſtitutione ipſa, ſeu inuentione; cuius generis ſunt preces horariæ, exorciſmi, Cathechiſmi, & cætera eiuſmodi, vel mutatione qualitatis ipſius rei reddẽdo ſpirituale, quod tẽporale erat; quæ mutatio dupliciter accidit, cõſecratione nimirũ, qua ratione ſpiritualia fiunt Eccleſiæ, altaria, calices, patenæ, & Aqua baptiſmalis; & benedictione, per quam ſpiritualia fiunt ſacrę veſtes, Cãpanæ, oliuę, ſacri cineres, aqua, & Candelæ benedictæ; & in primis Chriſma, & cleum, quod feria v. in Cæna Domini ab Epiſcopo ſolẽniter benedicitur, prout fusè tradit Vgol. d. capit. 3. §. 3.
10 Rurſus annexa ſpiritualibus † ſunt ea omnia, quæ ab Eccleſia inſtituta ſunt, quò ſpiritualia vel conſeruentur, vel ſanctiùs, fructuoſiùsq; conficiantur, vel adminiſtrentur, vt conſtat ex Sot. d. lib. 9. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 1. verſic. quartò denique loco, Nauar. d. num. 99. & Vgol. d. tab. 1. cap. 34. nu. 3. & 4. Horum verò annexorum ſpiritua-
11 libus † duæ ſunt præcipuæ ſpeties; alia enim eſt annexorũ antecedenter, ſiue quia in recipiente non requirant aliud ſpirituale, quàm Chriſtianiſmũ, prout voluit Nauar. d. num. 99. ex mente S. Thom. d. qnæſt. 100. art. 4. ſiue potiùs, quia ad ſpiritualia ordinantur, & præparantur, vt verè voluit ibi S. Thom. quem ſequitur Vgol. d. cap. 34. num. 5. alios ad id adducẽs; & huiuſmodi ſunt ſacræ ædes, veſtes, & uaſa, necnon iuſpatronatus, & ſimilia. Alia ſpeties eſt annexorum dependentur, ſeu conſequenter eò, quòd à ſpiritualibus depẽdeant, eaque conſequantur, prout ſunt beneficia, ius percipiẽdi decimas, oblationes, diſtributiones quotidianas, & alia huius generis, quæ neceſſariò ſupponunt quid ſpirituale, puta ordinem, vel officium clericale, vt poſt S. Thom. loc. cit. & alios tradit Vgol. d. tract. de ſimon. tab. 4. cap. 7. §. 2. & d. tab. 1. c. 34. nu. 5. vbi etiam optimè reijcit tertiam illam ſpetiem, quam aliqui ponunt annexorum concomitanter, prout eſt labor cõiunctus ſpiritualibus officijs ex eo, quia huiuſmodi operatio potiùs ſit quædam pars ipſius rei ſpiritualis, quã aliquid ei annexũ, aut extrinſecus accedens, & adhærens.

Præmitto tertiò omiſſis alijs diui-
12 ſionibus ſimoniæ, † triplicem eſſe ſimoniam;

moniam; alia enim eſt mentalis, alia conuentionalis, tertia realis. ita Doct. omnes ſupr.cit.in 1.præmiſſ.& maximè Mart. Nauar. d.cap. 23. num. 103. & Petr. Nauar.d. cap. 2. nu. 188. ſimonia
13 mentalis † eſt ſimonia mente tantùm concepta citra omnem conuentionem expreſſam, vel tacitã, ſiue res tradatur, ſiue non. ita Mart. Nauar. d. num. 103. Vgol. d. tract. de ſimon. tab. 2. cap. 1. per totam & cap. 3. §. 1. tex. & Doct. in cap. fin. de ſimon. Dixi autem, ſiue res tradatur, ſiue non, quoniam duplex eſt ſimonia mentalis; altera, quæ neque peruenit ad conuentionem, neque ad dationem; altera, quæ omiſſa conuentione peruenit ad dationẽ, vt docet Nauar. d. num. 103. & tradunt Doct.
14 d.cap.fin. Simonia cõuentionalis † eſt ſimonia conuenta expreſſè, vel tacitè nõdum tamen ab vtraq; parte executa, quando nimirum à praua mente ad pactum, & cõuentionem exteriorem verbis, aut alijs ſignis explicatam deuenitur, vel etiam implicitè pactum intercedit. ita Mart. Nauar. d. cap. 23. num. 104. Petr. Nauar. d. num. 388. Vgol. d. tract. de ſimon. tab. 3. cap. 1. in princip. num. 3. & hæc quoque duplex eſt alia ex neutra parte executa, alia ex vna parte tantùm; hæc enim non realis, ſed conuentionalis eſt, vt optimè docet Mart. Nauar. d. num. 104. & Vgol. d. cap. 1. §. 1. & cap. 5. per totum. Simonia
15 denique realis † eſt ſimonia conuenta expreſsè, vel tacitè ex vtraque parte completa ſaltem quoad aliquã partem promiſſorum vtriuſque partis. ita Nauar. d. cap. 23. num. 105. & Vgol. d. tract. de Simon. tab. 4. cap. 1.

Præmitto quartò, neutram ſimoniarum mentalium mox commemoratarũ
16 † inducere obligationem reſtitutionis etiam in foro conſcientiæ eius, quod acceptum eſt, ſiue ſit temporale, ſiue ſpirituale, vt latè, & optimè comprobant de communi atteſtantes Mart. Nauar. num. 103. & in Comment. ad cap. fin. de ſimon. not. 3. Petr. Nauar. d. cap. 2. num. 392. vſque ad 410. & Vgol. d. tab. 2. cap. 2. per totum, vbi ettiam probat nullam aliam pœnam præter peccatum tã in foro conſcientiæ, quàm in foro exteriori huiuſmodi ab ſimoniaco incurri, quod & ſatis conſtat ex d. cap. fin. vbi Doct. de Simon. Simo-
17 niacus quoque conuentionalis † nullam pœnam à iure ſimoniacis inflictã incurrit, ſed pœna arbitraria puniri poteſt, ac debet. ita Mart. Nauar. d. nu. 104. & Vgol. d. tab. 3. cap. 2. §. 3. ex-
18 cipitur tamen † ſimoniacus confidentialis, nam hic ex ſola ſimonia conuentionali excõmunicationem ipſo facto incurrit, & collatio ei facta eſt nulla, & tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum, quos percepit à die acceptionis, vt patet ex conſtit Pij IIII. 108. quæ incipit, Romanum Pontificem, & ex Conſtit. à Pio V. ea de re edita, quæ incipit intolerabilis colligit Nauar. d. cap. 23. num. 109. verſic. ſecundò nota. quod etiam aduertendum eſt pro ijs, quæ mox dicemus. Ad hæc cõuentio
19 omnis, & pactum ſimoniacum † nullũ eſt, nullamque obligationem inducit, cap. fin. de pact. & c. præterea, de tranſact. cum ſimil. Vbi verò conuentio ſimoniaca ex parte ſpiritualis rei ſit cõ-
20 pleta, † tunc eam accipiens nõ tenetur reſtituere, vt probat idẽ Mart. Nauar. d. num. 104. & 106. & poſt alios Vgol. d. tab. 3. cap. 2. in princip. licèt contrarium probare contendat Petr. Nauar. d. cap. 2. nu. 420. vſq; ad 427. vbi etiam idem ſatis velle videtur, ſi ſola res temporalis tradita ſit, quod in foro conſcientiæ tradit Vgol. d. cap. 2. §. 2. in foro autem exteriori vult verã eſſe opinionem Mart. Nauar. & aliorum, quòd temporale non ſit reſtituẽdum ſaltem ei, qui dedit. Quoad excommunicationem quoque, ac priuationem bene-
21 ficij idem dicendum, vt † non incurratur, niſi ſimonia conuentionalis ex vtraque parte ſit impleta, vt docet poſt alios nonnullos Henriq. tom. 1. Theol. Moral. lib. 13. cap. 37. §. 3. idem Mart. Nauar. d. cap. 23. num. 104. poſt Caſſad. deciſ. 5. de conſtit. & Gomeſ. in reg. Cãcell. de trien. poſſeſſ. quæſt. 12. necnon Armill. Verb. ſimonia §. 4. Sot. 9. de iuſt. & iur. quæſt. 8. art. 1. verſi. his denique prælibatis, & Couar. in relect. reg. peccatum 2. par. §. 8. nu. 7. de reg. iur. in 6. quos adhoc refert, & in foro exteriori attenta conſuetudine ſequitur Petr. Nauar. d. cap. 2. num. 428. & ſeq. Realis denique ſimoniacus, cùm nimirum ſimonia ex vtraque parte ſaltem quoad
22 partẽ eſt impleta, proculdubio † omnes pœnas à iure ſimoniacis inflictas incurrit; nam hic ſimoniacus omnium peſſimus eſt, vt inter cæteros monet Mart. Nauar. d. cap. 23. num. 106. Illud autem adnotãdum hunc realem ſimo-
23 niacum † excõmunicationem, & priuationem beneficij ipſo iure, & facto non incurrere, niſi ſimonia in ordine, vel beneficio commiſſa fuerit. ita intelligendam eſſe d. Extrauag. cum deteſtabile, quæ eſt 2. de ſimon. in commun. docent Silueſt. Verb. ſimonia quæſt. 19. Nauar. d. cap. 23. num. 111. & conſi. 87. de ſimon. Henriq. d. §. 3. Salſed. in Addit. ad Diaz. in Prax. Crim. Canon. Verb. ſimoniaci verſ. tertiò ꝙ nullus. & verſic. ſeptimò quòd licèt, latè Vgol. d. tract. de ſimon. tab. 1. cap. 49. §. 2. nu. 8. & tab. 4. cap. 5. nu. 5. vbi hãc eſſe cõmunẽ opinionem Doct. aſſerit.

24 Præmitto quintò, † vbi propter ſimoniacã prauitatem facienda eſt reſtitutio beneficij debet etiam fieri reſtitutio fructuum ex beneficio perceptorum. ita ſanè decernitur in d. Extrau. 2. de ſimon. in hæc verba; per electiones verò, poſtulationes, prouiſiones, cõfirmationes, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quæ uiribus omnino careãt, in Eccleſijs, Monaſterijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs Eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficijs, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorum omnium, quæ percepit, reſtitutionem ſub animæ periculo ſit adſtrictus. idque ante eam conſtitutionẽ adnotauit S. Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 6. ad 3. & 4. quem cæteri receperunt, quos refert, & ſequitur Couar. d. nu. 7. & Petr. Nauar. d. cap. 2. nu. 418. & ſeqq.
25 vbi etiam docet † non ſolùm fructus perceptos eſſe reſtituendos, ſed etiam eos, qui percipi potuiſſent à diligenti poſſeſſore. quod tamen reſtringit ibid. Nauar. ad eos fructus, quos eo tempore verus dominus ſiue diligens, ſiue negligens de facto percipiſſet, verùm ob id ego à S. Thom. non recedo; neq; enim in caſu hoc eſt aſſignare certum aliquem dominum, qui obtineret illud beneficium, niſi in caſu reſignationis
26 ſimoniacæ, ſed tunc putarem † fructus non eſſe reſtituendos reſignanti; ſed Eccleſiæ ad iudicandos per ea, quæ tradit Vgol. d. tab. 2. cap. 2. §. 2. ad fin. & tab. 4. cap. 7. §. 2. num. 5. de qua tamẽ quæſtione latiùs tradit Flamin. Pariſ. omnino videndus in tract. de confid. benef. quæſt. 60. num. 43. & ſeqq. vbi etiam agit, quid de fructibus acquiſitis per ſimoniam confidentialẽ. de vtroq; verò aliquid dicemus infr. cõcl. 3. & 4. Illud porrò apud omnes eſt in confeſſo
27 † fructus extantes omnes, ſeu non cõſumptos reſtituendos eſſe, vt communiter tradunt Doct. quos recenſent, & ſequuntur Vgol. tab. 4. cap. 6. §. 2. & c. 7. §. 2. Petr. Nauar. d. cap. 2. num. 419. & Couar. d. §. 8. num. 7. & 8. & id quidem planum eſt vbi beneficij collatio ſimoniaca facta eſt ſciente, vel ratum habẽte eo, qui beneficium accepit; vbi verò
28 ignoranter, † tenetur ſtatim, ac id ſciuerit, beneficium dimittere, ſed cum valuerit collatio, præteritos fructus etiam extantes reſtituere non tenetur, ſed eos dũtaxat, quos deinceps ex beneficio percipiet, quod iniuſtè retinet. ita in ſpetie Couar. d. nu. 8. & ſatis colligitur ex ijs, quos recenſet, & ſequi videtur Petr. Nauar. d. cap. 2. num. 429. & Vgol. d. cap. 7. §. 2.

His præmiſſis facile erit ad initio propoſitam quæſtionem reſpondere; quod quidem, vt dilucidiùs procedamus, ſingulis concluſionibus breuiter abſoluemus.

29 Prima concluſio. Canonicus, † vel
alius clericus benificatus Eccleſię Col-
legiatæ,qui in Eccleſiā conuenit ad di-
uina officia recitanda principaliter
propter Deum,vel vt muneri ſuo ſatiſ-
faciat, minùs verò principaliter ꝑpter
lucrum quotidianarum diſtributionū,
neque peccat, neque ſimoniam ullam
cōmittit. ita in ſpetie docent, id plu-
ribus adſtruentes, Vgol. d. tract. de ſi-
mon.tab.1.cap.9.§.6.nu.4.&5. Mart.
Nauar.d.cap.23.num.101.& tract.de
orat.& hor. Canon. cap.18. num.12.
30 & ſeqq. vbi idem probat † de eo, qui
cum non teneatur ad diuina officia cō-
uenire ob iuſtā occupationem ſtudēdi,
aut legendi, tamen omittit hoc opus
magis cum virtute coniunctum,& ma-
gis neceſſarium, atque vtile aliorum
ſaluti, & ad Eccleſiam accedit, ne pri-
uetur diſtributionibus.itē de eo, quem
cupiditas lucrifaciendi magnam ali-
quam diſtributionē alicuius horę, vel
ſupplicationis ita exagitat, vt uix vi-
deatur poſſe eam minoris facere,quàm
cultum diuinum, ſuique muneris ad
impletionem, vt nimirum non peccet,
ſi viriliter agat quod in ſe eſt, diſplice-
atq; rationi hoc,quod ſenſus ſuggerit.
31 Quando autem dicatur † clericus ma-
gis, vel minùs principaliter ad Eccle-
ſiam accedere propter lucrum, tradit
Vgol.ſup.num.6.& Nauar. d.num.101.
& de hor.canon. cap.6. num.13.
32 Secunda concluſio. Ille, † qui prin-
cipaliùs propter lucrum quotidianarū
diſtributionum in Eccleſiam conuenit
peccat quidem,& ſimoniam mentalem
committit; non tamen ad aliquam ea-
rumdem diſtributionum reſtitutionem
tenetur. Prior pars huius concluſionis
aſſeritur à Gloſ. d. cap. vnico verb. re-
ceperit in fin. de cler. non reſid. in 6.&
latiùs comprobatur à Nauar.d.cap.23.
Manual. Confeſſ. num. 101. & d. tract.
de orat. & hor. Canon. cap. 6. num.12.
& 16. cap.18.nu. 10. 12. & 15.& Vgol.
d.num. 5. quod etiam docet Hier. Gig.
conſi.144.num. 29. poſt Bellam.in cap.
Sacerdos num.3.1. quæſt.1. Hoſt. in c.
cum olim,de ſent.& re iud. quos ſequi-
tur quoque Angel. in Summa Verb. ſi-
monia circa beneficia verſic. vtrum Ca
nonicus vadens, & alij Summiſtæ. Po-
ſterior autem pars eiuſdem concluſio-
nis probatur tum ex Gloſ. communiter
recepta in d.verbo receperit, quam ēt
ſequitur Vgol. d. nu.5. tum ex ijs, qui-
bus ſupra hac ipſa quæſt. præmiſſ. 4. in
princip.oſtendimus ſimoniacum men-
talem etiamſi ad traditionem prodie-
rit,modò nulla interceſſerit conuentio
expreſſa, vel etiam tacita, nullam pœ-
nam Canonicam,aut obligationem re-
ſtiturionis incurrere, ſed ſolùm pecca-
tum,quod per ſolam pœnitētiam abo-
lebitur, idq; apertè ſtatuit Gregor. 9.
in cap.mandato,quod eſt fin. de ſimon.
in hæc verba, ad reſignationes ſpiritua
lium, & temporaliū, quæ nullo pacto,
ſed affectu animi præcedente vtrinque
taliter acquiruntur (in quo caſu de-
linquentibus ſufficit per ſolam pœ-
nitentiam ſuo ſatisfacere Creatori)
eos pro ſimonia huiuſmodi dicimus
non teneri. quem tex. ita intellexe-
runt ibidem Gloſ. & Doct. omnes, &
item Gloſ. & alij in d.cap. vnico Verb.
receperit; atque à Sot. & aliorum non-
nullorum reſponſionibus optimè vindi
cat, ac tuetur Petr. Nauar. d.tom.1.de
reſtit. lib. 2. cap. 2. num. 392. vſque ad
399.
33 Tertia Cōcluſio. Canonicus aliuſ-
ue beneficiatus in Eccleſia Collegiata
ſi Canonicatum,& beneficium in ea Ec
cleſia per ſimoniā acceperit promiſſo,
ſed non ſoluto pretio, vel illius parte,
probabilius mihi,eſt,quòd nō teneatur
ſaltem ante ſententiā ad reſtitutionem
beneficij, & conſequentur neque fru-
ctuum,ac diſtributionum illius; quàm-
34 uis † puniri debeat per ſuum ſuperiorē
pœna arbitraria, quæ etiam extendi po
teſt ad priuationem ipſius beneficij.
Probatur hæc tota concluſio ex ijs,
quę de ſimonia conuentionali ex parte
rei ſpiritualis cōpleta tradidimus ſupr.
d. præmiſſ.4.& de fructuū reſtitutione
pręmiſſ.5. Limitatur verò hæc ipſa cō-
cluſio,



35 cluſio, vt non procedat † in ſimoniaco
confidentiali, nam ſi quis beneficium,
& Canonicatum per ſimoniam confi-
dentialem obtinuerit, excommunica-
tionem ipſo facto incurrit, nulla eſt
collatio ei facta, teneturque ad dimiſ-
ſionem beneficij, ac reſtitutionem om-
nium fructuum, vt ſupr. admonuimus
ex cōſtit. Pij IIII. quæ incipit Romanū
Pontificem, & eſt 108. intereius cōſtit.
& conſtit. 87. Pij V. quæ incipit, Into-
lerabilis, adnotauit Nauar. d. cap.23.
nu.109.verſic.ſecundò nota,& Flamin.
Pariſ. in tract. de Confid. beneficior.
quæſt. 11. num. 31. & latiùs quæſt. 57.
& tribus ſeqq.Fructus autem ab huiuſ-
modi ſimoniaco confidentiali perce-
36 pti à die receptionis beneficij † eo ip-
ſo applicati ſunt Cameræ Apoſtolicæ,
& in vtroque foro reſtituendi ſunt, vt
ex d. cōſtitutione Pij IIII. §. & eoſdē,
liquidò conſtat, & pluribus compro-
bat Pariſ.d.tract. de confid. quæſt. 58.
num.14.& quæſt.60. num.1.& 35.cum
ſeqq. ab alijs verò ſimoniacis percepti
cui reſtituendi ſint, dicemus in ſequen
ti concluſ.
37 Quarta concluſio. Receptio † be-
neficij, & Canonicatus per ſimoniam
realem ex vtraque parte completam
nulla eſt, & talis recipiens tenetur ad
dimiſſionem beneficij, & reſtitutionē
omnium fructuum à die receptionis
beneficij. Prior pars huius concluſio-
nis quoad ſimoniam cōfidentialē con-
ſtat ex allegatis conſtit. Pij IIII. &
Pij V. in quibus decernitur, beneficia
ſic recepta eo ipſo vacare, immo etiam
eſſe Sedi Apoſtolicæ eo ipſo reſeruata;
quoad ſimoniam verò extra caſum cō-
fidentiæ probatur ex cap. fin. de pact.
& cap. præterea il 1. de tranſact. necnō
ex conſtit.Paul.2.quæ incipit, cum de-
teſtabile ſub tit. de ſimon. inter com-
mun. & ex conſtit. 5. Pij V. quæ incipit
cum primum §. & vt ſimoniacæ praui-
tatis, in his verbis qui beneficium, aut
officium Eccleſiaſticū ſimoniacè ade-
ptus fuerit, illis ſimiliter ſit ipſo iure
priuatus, & ad fructuum omniū, quos
perceperit, reſtitutionem teneatur, la-
tèq; inter cæteros ex communi reſol-
uit Flamin. Pariſ. d. tract. de confid.
quæſt.57.num.3.& quæſt.58.num.12.
22.& 25. Ampliatur verò hæc prior
38 pars concluſionis, vt procedat † etiāſi
ignorante eo, qui recepit beneficium,
cōmiſſa fuerit ſimonia; nam licèt tunc
valeat collatio beneficij, tamen bene-
ficiarius,cùm primnm ſciuerit commiſ-
ſam eſſe ſimoniam, tenetur beneficiū,
& Canonicatum dimittere. ita Couar.
d.relect.reg.peccatum,2.par.§.8.nu.8.
de reg.iur.in 6.latè Vgol.d.tract. de ſi-
mon.tab.4.cap.7.§.1. num.1. & conſtat
ex cap.pen. de elect. & cap. ex inſinua-
tione, vbi Glo. in Verb. reſignaſti, &
39 alij, de ſimon. Poſterior pars † huius
concluſionis probatur apertè ex d. Ex-
trauag.cū deteſtabile,de ſimon.& d.Ex
trauag.cum primum §.& vt ſimoniacę
prauitatis, eſtq; communis opinio, vt
patet ex ijs, quos referunt, & ſequun-
tur Couar. d. §. 8. num. 7. & 8. Vgol.d.
tab.4.cap.6.§.2.nu.1. & Pariſ. d. quæſt.
60.nu. 1. Id verò ampliatur, vt proce-
40 dat † etiam in fructibus conſumptis;
nam eorum æſtimatio reſtituenda eſt,
vt ex S.Thom.2.2. quæſt.100. art. 6. &
alijs tradunt Vgol.d.cap.6.§.2. num.2.
& Pariſ.d.quæſt.60.nu.12.& trib.ſeqq.
41 Secundò ampliatur, vt † non modò
fructus percepti, ſed etiam qui percipi
potuerunt à diligenti poſſeſſore reſti-
tuendi ſint; latè Vgol.d. §. 2. num. 3. &
Pariſ.d.quæſt.60.num.17. quod tamen
declara, vt diximus ſupr. in præmiſſ. 5.
42 ad fin. Tertiò ampliatur, vt † etiam
fructus,qui propria induſtria percepti
ſunt,veniant reſtituendi deducta mer-
cede induſtriæ, latè Pariſ. d. quæſt. 60.
num.16. Ampliatur quartò, vt id mul-
to magis locum habeat in ſimoniaco
confidentario per ea, quæ nos præcedē
ti concluſ. docuimus,& fuſè tradit Pa-
riſ d.quæſt.60.fere per totam,vbi num.
18. id extendit etiā ad perſonas in qua-
cunque dignitate conſtitutas; num.19.
20.22.& 23. ad omnes, integroſq; fru-
ctus à die ꝑceptionis beneficij; nu. 21.
vt

vt obligatio hæc vim habeat in vtroq;
foro; num.29. vt ad id opportunis iuris
remedijs huiuſmodi ſimoniacus com-
pelli poſſit; & num.24. vna cũ quatuor
ſeqq. vt etiam hæredes illorum, qui cõ-
miſerunt confidentiam, teneantur re-
ſtituere fructus perceptos per cõfiden-
tiarios. Ampliatur quintò, & vltimò
hæc poſterior pars huius quartæ con-
43 cluſionis, vt procedat † etiamſi benefi-
cium collatum ſit alicui per ſimoniam
illo ignorante, & ratum non habente,
nam tunc reſtituere debet fructus per-
ceptos à die, quo ſciuerit ſimoniam eſ-
ſe commiſſam. ita Couar. d. §. 8. num. 8.
in fin. & poſt alios Vgol. d. cap. 7. §. 2.
num. 1. verſic. pro regula igitur. Limi-
tatur autem primò hæc ipſa poſterior
huius concluſionis pars, vt non proce-
44 dat † vbi iſte, qui percepit fructus, ſum
ma inopia laboraret; ita in ſpetie Pa-
riſ. d. quæſt. 60. num. 34. nam & hæc
ſumma inopia, ac neceſſitas à reſtituẽ-
dis vſuris excuſat, vt per Gloſ. & Doct.
in c. quamquam, & c. cum tu, de vſur.
in 6. & generaliter à reſtitutione im-
munem facit, qui reſtituere tenetur do
nec ad pinguiorem fortunam deuene-
rit, vt latè inter alios tradunt Couar. d.
reg. peccatum in princip. num. 2. & Na-
uar. in Manual. cap. 17. num. 75. & ſeqq.
45 Secundò limitatur † in fructibus, qui
conſumpti ſunt pro expenſis colligen-
dorum, & ſeruandorum fructuum. ita in
ſpetie Vgol. d. cap. 6. §. 2. nu. 4. & d. c. 7.
§. 2. num. 1. verſic. excipiuntur tamen
fructus poſt S. Tho. d. quæſt. 100. art. 6.
ad tertium; & ratio manifeſta eſt; nam
fructus non dicuntur niſi deductis ex-
penſis l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. l. ſi
à patre §. fructus ff. de petit. hæred. cum
46 ſimil. Limitatur tertiò † quoad partem
illam fructuum, quæ in Eccleſiæ vtili-
tatem conuerſa eſt; nam ea reſtitui nõ
debet. ita Vgol. num. 4. & d. nu. 1. verſi.
ſecundò excipiuntur poſt S. Thom. d.
art. 6. Sot. lib. 9. de iuſt. & iur. quæſt. 8.
art. 1. in reſponſ. ad tertium. Caſſad.
deciſ. 6. de pra ben. & Nauar. conſi. 90.
ſub tit. de ſimon. vol. 2. Limitatur quar-
tò ex Vgol. d. cap. 7. §. 2. nu. 3. in diſtri-
butionibus quotidianis, quas vult etiã
malæ fidei poſſeſſorem non teneri re-
ſtituere, quoniam, inquit, dãtur cleri-
cis, qui diuinis officijs interſunt, & ſic
reſpectu habito ad perſonam, non au-
47 tem ad Eccleſia. Verùm † hæc ratio, &
diſtinctio pace illius uiri nedum leuis,
ſed frigida, & planè inſulſa, ac falſa eſt;
nemo enim dubitare aliqua ratione po
teſt, quin quotidianæ diſtributiones
magis dentur clericis habito reſpectu
ad Eccleſiam, quàm cæteri fructus be-
neficiorum, & præbendarum; nam il-
læ tribuuntur quatenus diuinis officijs
in Eccleſia interſunt, eique inſeruient,
vt docet inter cæteros Couar. d. lib. 3.
var. reſol. cap. 13. in princip. & num.
3. & quatenus Canonicatum, & bene-
ficium obtinent in Eccleſia, cum ad
Canonicatum conſequantur, cap. dile-
ctus il 1. in fin. & cap. pro illorum, de
præben. cum ſuis Gloſ. prębendæ verò,
& Canonicatus non ſupponunt bene-
ficium in aliqua Eccleſia, neq; dantur
propter vllum ſeruitium in ea præſtitũ.
præbendarum porrò ipſarum, & Ca-
nonicatuũ fructus ex eo ſolùm dantur,
quòd quis Canonicum, & legitimum
titulum habeat, vt cuique notum eſt,
& monet inter alios Couar. d. cap. 13.
in princip. cum igitur diſtributiones
dentur ratione Canonicatus, ſi vitioſus
eſt ingreſſus Canonicatus, tenetur quo
que eas reſtituere Canonicus, neque il-
las lucrari poteſt ſuperueniente mala
fide; vt latè tradit Caſſad. deciſ. 6, num.
1. 2. & 3. ſecus verò ſi bona fide eas per-
cepit, vt idem pluribus oſtendit num.
9. & in ſpetie in caſu ſimonię reſpondit
Nauar. d. conſ. 90. In caſu autem, quo
48 reſtituendę eſſent diſtributiones, † cę-
teris Canonicis, & beneficiatis, quibus
accreſcunt, reſtituendæ ſunt, vt docet
Nauar. in Manual. cap. 25. num. 123.
alias Eccleſię iuxta latè tradita per eũ-
dem Caſſad. deciſ. vn. de cler. nõ reſid.
& quę nos docebimus inf. 3. par. quęſt.
6. in qua quæremus, an, & quando di-
ſtributiones nõ intereſſentium cæteris
intereſ-



intereſſentibus accreſcant. Quoad re-
liquos verò fructus probabile mihi eſt,
49 † eos diſtribuendos eſſe pauperibus,
vt voluit Nauar. conſ. 18. num. 4. de ſi-
mon. & conſ. 47. num. 3. eod. tit. & in
Manual. cap. 17. num. 30. cum alijs,
quos refert Pariſ. d. quæſt. 60. num. 45.
probabilius verò eſt eſſe reſeruandos
ſucceſſori in beneficio, & cõuertendos
in Eccleſiæ vtilitatem, ex qua percepti
ſunt, iuxta tex. in cap. præſenti §. por-
rò, de off. ord. in 6. ex quo enim extat,
50 vel futurus eſt dominus, † non poteſt
fieri reſtitutio pauperibus iuxta do-
ctrinam Silueſtr in Verb. reſtitutio 4.
quæſt. 1. eiuſdem Nauar. d. cap. 17. nu.
18. & cap. 25. num. 123. aliorumque
communiter, & tex. vbi Doct. in c. cum
tu, de vſur. atq; ita in hac ſpetie reſpon-
dit idem Nauar. conſ. 72. de ſimon. lib.
5. docetque Vgol. d. cap. 6. §. 2. num.
5. & d. cap. 7. §. 2. num. 5. & Sot. d. quęſt.
8. art. 1. in reſponſ. ad 4. argum. vbi
etiam dicunt poſſe fieri cõpoſitionem
ſuper his fructibus cum Camera Apo-
ſtolica, quod etiam deciſum fuit apud
Caſſad. deciſ. 7. de præben. faciuntque
tradita per Pariſ. d. quæſt. 60. num. 46.
vſque ad 50.

Quinta, & poſtrema concluſio. Si
Canonicus, quem propter imperitiã
cantus, aliamue ſimilem ob cauſam,
Capitulum ad quotidianas diſtributio
nes admittere recuſat, pretio tandem,
cum precibus non potuerit, ab eodem
Capitulo impetrauit, vt ad diſtributio-
51 nes admitteretur, is † mea quidem
ſententia ſimoniam cõmiſit. Probatur
id primò, quoniam ſimonia cõmittitur
non ſolùm in ſpiritualibus, verùm etiã
in ijs, quæ ſunt annexa ſpiritualibus ſi-
ue antecedenter, ſiue conſequenter, vt
ſupr. præmiſſ. 2. & 3. oſtendimus, &
non modò in annexis immediatè, ſed
52 etiam mediatè; ex quo fit, vt † penſio-
nem redimens ſine auctoritate ſummi
Pontificis ſimoniam committat, prout
tradit Nauar. d. cap. 23. num. 111. &
conſ. 2. de pact. conſ. 52. de præben. &
conſ. 63. de ſimon. Aragon. in expoſit.
S. Thom. d. quæſt. 100. art. 4. verſic.
tertia concluſio Paul. Rom. tract. de
penſion. Eccleſ. cap. 6. num. 3. latè Man-
doſ. in tract. de ſignat. grat. ſub. tit. ex-
tinctiones verſic. extinctio, Vgol. d.
tract. de ſimon. tab. 1. cap. 28. §. 3. num.
7. & Flamin. Pariſ. tract. de reſign. be-
nef. lib. 6. quæſt. 2. num. 123. & 128.
53 ſimiliter qui † transfert ius decimandi
intercedente pecunia committit ſimo-
niam, vt ſatis patet ex tex. in cap. fin. de
rer. permut. & alijs iuribus, quibus id
fusè comprobat Vgol. d. tab. 1. cap. 49.
num. 2. & ſeqq. vbi idem docet de iure
percipiẽdi oblationes; ius enim huiuſ-
modi percipiendi decimas, & oblatio-
nes ſpirituale eſt, ſeu ſpirituali anne-
xum, quia competit miniſtro ſpiritua-
lium, & habenti beneficium Eccleſia-
ſticum, vt oſtendit Vgol. d. §. 3. in prin-
cip. nnm. 1. & 3. & nos latiùs demõſtra-
uimus tract. de decimis cap. 5. quæſt. 5.
in princip. penſio quoque Eccleſiaſtica
detrahitur, ac pendet à beneficio, vt de
ſe patet, & in ſpetie docet Gig. tract. de
penſion. Eccleſ. q. 6. & 7. & conſi. 123.
num. 4. atque adeo tam penſio, quàm
ius percipiendi decimas, & oblationes
eſt annexum ſpirituali mediatè. pari
autem ratione diſtributio quotidiana,
ſeu ius eam percipiendi eſt quid anne-
xum ſpiritnali, cum immediatè compe
tat ratione beneficij, & Canonicatus, d.
cap. dilectus il 1 de præben. cum alijs
tum paulò ante, tum alibi ſæpe addu-
ctis; neque minus annexum eſt Cano-
nicatui, ſeu Canoniæ ius percipiendi
quotidianas diſtributiones, quàm præ-
benda ipſa, vt conſtat ex d. c. dilectus
il 1. in fin. præbenda verò eſt ius quod-
dam ſpirituale, vt conſtat ex cap. dile-
cto, de præben. ibi augmentare valeãt
munerum præbendarum quoddam ius
ſpirituale de nouo creando cum alijs,
quæ attulimus in tract. de Option. c. 7.
quæſt. 1. præmiſſ. 2. Probatur 2. hæc cõ-
cluſio ex Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 14.
54 de reform. vbi † improbantur conſti-
tutiones, & conſuetudines, quibus in
admiſſione ad diſtributiones quotidia
nas

nas certę conditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationeſue illicitæ, vt etiam, quæ in aliquibus Eccleſijs dicũtur Turnorum lucra, interponuntur, & paulò poſt, eos, qui aduerſus hoc decretum commiſerint, pœnis contra ſimoniacos editis eadẽ ſancta Synodus teneri decernit. quod idem etiam ſtatutum eſt in conſtit. 106. Pij V. quæ incipit, durum nimis, vbi alia quoque nonnulla ſalutaria hac de re ſtatuuntur. Ex quarum conſtitutionum, ac decretorum verbis habetur, quòd conſuetudo rationabilis, & ſimiliter ſtatutum laudabile admittendum erit, per quod aliquid exigitur ab obtinentibus beneſicium, & quotidianas diſtributiones, quod non in ipſorum recipientium, & exigentium vtilitatem, ſed Eccleſiæ, aliosq́; pios vſus conuertatur; modò
55 † non pro ingreſſu ipſo, & admiſſione, ſed ad alium bonum finem accipiatur, vt pluribus docent Abb. & Felin. in c. cum M. Ferrarienſis nu. 20. de conſtit. Nauar. d. cap. 23. nu. 100. & in Miſcell. 6. de orat. nu. 2. 3. & 4. & Vgol. d. tab. 1. cap. 9. §. 10. & 11. per totum, & in ſpetie in ſtatuto Capituli aliquid exigente in admiſſione ad diſtributiones Rip. reſponſ. 1. num. 11. tit. de arbitr. idem quoque dicendum, ſi id ſpontè detur, Innoc. d. c. cum M. & ibi Fel. num. 21. Nauar. loc. cit. & hæc erit prior limitatio ad hanc poſtremam concluſionem.
56 Limitatur ſecundò, ſi † non ius ipſum percipiendi diſtributiones, ſed ipſę diſtributiones transferantur, ac locentur ad modicum tempus; nam & ipſæ decimæ hac ratione locari, & vẽdi poſſunt ſine labe ſimoniæ, vt patet ex cap. fin. ne præl. vic. ſuas, & cap. 2. de locat. vbi Glo. & Doct. latè Vgol. d. tab. 1. cap. 10. §. 2. num. 1. & 2. & cap. 49. §. 3. num. 6. nosq́; oſtendimus in tract. de decim. cap. 5. quæſt. 3. concl. 1. ſimiliter ipſæ quoque oblationes hac ratione in alios transferri poſſunt, vt poſt Redoan. in tract. de ſimon. 3. par. cap. 2. num. 29. & alios latè tradit Vgol. d. cap. 10. §. 2. & ſeqq. vbi ex Abb. & Hoſt. d. c. fin. docet tũc oblationes nõ eſſe colligendas ab illo, qui eas cõduxit, ſed à clerico eius nomine. ratio verò huius poſterioris limitationis ea eſſe poteſt, quia tunc nõ ipſum ius ſpirituale, ſed fructus venduntur, qui tanquam quid temporale vendi poſſunt per d. cap. fin. ne prælat. vic. ſuas, & capit. 2. de locat. vbi Doct. Vgol. d. cap. 10. §. 2. in princip. & §. 1. num. 4. & alij paſſim. Atq; hæc de hac quæſtione dicta ſufficiant.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Ordo præſertim ſacer an iure antiquo aliquis, annexus eſſet beneficio in Eccleſia Collegiata, Et quid de iure nouo. num. 2. Et quid in hoc poſſit conſuetudo, priuata inſtitutio, vel ſpetialis conſtitutio. num. 3.*

4 *Epiſcopus an poſſit cogere, vt omnes Canonici Cathedralis Eccleſiæ efficiantur ſacerdotes.*

5 *Ordo requiſitus intra annum ſuſcipi debet iuſto ceſſante impedimẽto ſub pœna amiſſionis dimidiæ partis diſtributionum. Non ideo tamen amittit non promotus beneficium. num. 6. poterit autem fortè illo priuari, & quando num. 7.*

8 *Impedimentum iuſtum, ob quod clericus poteſt non promoueri intra annum ad ordinem requiſitum, quodnam ſit.*

9 *Aetas eorum, qui promouendi ſunt ad beneficium in Eccleſia Collegiata. Et an ſi ea deſit, prouiſio ſit nulla, num. 10.*

11 *Aetas requiſita ad primam tonſuram, & tres primos minores ordines eſt ſeptem annorũ ad Accolytatum duodecim completorum.*

12 *Aetas ſubdiaconatus, & reliquorum ſacrorũ ordinũ quæ olim fuerit, & quæ nũc ſit.*

13 *Aetas promouendorum ad præbendam Sacerdotalem, Diaconalem, vel Subdiaconalẽ. Et quæ reliquorum beneficiorum Eccleſiæ Collegiatæ. num. 14.*

15 *Aetas 14. annorum requiritur ad quodlibet ſimplex beneficium, & ſufficit. nu. ſeq.*

16 *Perſonatus à dignitate, & officio diſtinguitur.*

17 *Canonicus in herbis quis dicatur.*

18 *Canonicus, poſt 14. annum ſtatim iure creatus habere debet diſtributiones quotidianas.*

19 *Clerici Eccleſiarum Collegiatarum tenentur per ſe ipſos obire munera ſibi ratione ordinis incumbentia, vel vbi ea non ſint, ſaltem pſallere. quod ſi ad hæc apti non ſint; prouiſio irrita eſt. num. 20.*

21 *Ordinis annexi ſuſceptio non requiritur, vt clericus ad diſtributiones quotidianas admittatur intra annum; Immo poſt annũ habebit integras diſtributiones non promotus propter iuſtum impedimentum. num. 22.*

23 *Diſpenſatus ne promoueatur intra annum, habebit poſt annum integras diſtributiones.*

24 *Dimidia dũtaxat diſtributionũ ſubtrahitur non promotis intra annum iuſto ceſſante impedimento. quæ etiam ſubtrahenda non eſt, ſi neceſſaria ſit ad victum. num. 25. contrarium tamen verius eſt. num. 26.*

27 *Dimidia diſtributionum non ſubtrahitur clericis non promotis ad ordinem ſacrũ intra annnm, quorum beneficijs non eſt annexus ſacer ordo.*

28 *Ordinis annexi ſuſceptio requiri poteſt ex conſuetudine, vel ſpetiali conſtitutione, prout eſt Mediol. ad hoc, vt clericus admittatur ad quotidianas diſtributiones.*

29 *Canonicatum, vel aliud beneficium recipiẽs cum intentione non ſuſcipiendi ordinem requiſitum, vt diſtributiones lucrifaciat intra annum, an, & quãdo eas ob id amittat.*

30 *Dimidia diſtributionum ſubtrahitur non promoto intra annum, licèt interſit diuinis, & officium recitet.*

31 *Ordinem non annexum cogi quis poteſt ſuſcipere etiam ſub pœna amiſſionis diſtributionum ſuadẽte maxima Eccleſiæ vtilitate, vel neceſſitate.*

32 *Aetatem non habens, vt intra annum promoueatur ad ordinem requiſitum, non debet admitti ad diſtributiones. Idq; procedit etiam in ordinibus minoribus annexis. num. 33. ſecus in diſpenſato ſuper ætate. num. 34.*

35 *Cantum ſcire debet clericus Eccleſiæ Collegiatæ ad hoc, vt ad diſtributiones quotidianas admittatur.*

36 *Examen cantus admittendorum ad diſtributiones. qualiter faciendum.*

37 *Scientia litterarum quæ requiratur in obtinente beneficium in Eccleſia Collegiata.*

38 *Qualitates requiſitæ in clerico Eccleſiæ Collegiatæ, remiſſiuè.*



## *De ordine, ætate, cantus peritia, & alijs qualitatibus requiſitis. vt quis ad diſtributiones admittatur.*

## *Quæſtio XIX.*

EA, quæ hiſce quatuor poſtremis quæſtionibus tradidimus, ſpectare aliqua ratione videntur ad eas qualitates, quæ non tam ab initio tempore receptionis beneficij, & Canonicatus, quàm poſt receptionem, ad ipſas diſtributiones iure percipiendas requiruntur; nunc hanc qualitatum requiſitarũ materiã abſoluentes de ijs in hac quæſtione uidendum erit, quæ vel ab initio tempore, quo quis Canonicatum, ſeu beneficium accepturus eſt, vel certè tunc requiruntur, cùm ad quotidianas diſtributiones clericus aliquis petit admitti. Pro cuius totius quæſtionis reſolutione.

Præmittendum eſt primò, quòd, li-
1 cèt † de iure antiquo nulla præbenda, vel Canonicatus in Eccleſia Cathedrali, vel collegiata ordinem aliquem ſaltem ſacrum haberet annexum, vt inter cæteros monet Abb. in cap. 2. num. 5. de inſtit. exceptis Archipresbyteratu, Abbatia, Prępoſitura, & Decanatu, quę ſacerdotiũ, Archidiaconatu verò, qui Diaconatum habent annexum, vt conſtat ex cap. cum in cunctis §. inferiora, de elect. & cap. 1. de æt. & qual. & ord.
2 præficiend. tamen iure nouo † in omnibus Eccleſijs Cathedralibus omnes Canonicatus, ac portiones habere debent annexum ordinem Præsbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus. Epiſcopus autem cum conſilio Capituli deſignabit, ac diſtribuet, prout viderit expedire, quibus quiſque Ordo ex ſacris annexus eſſe debeat; ita tamen, vt dimidia ſaltem pars Presbyteri ſint, cęteri verò Diaconi, aut Subdiaconi, vbi
3 verò † conſuetudo laudabilior habet, vt plures, vel omnes ſint presbyteri, omnino erit obſeruanda. ita ſanè cauetur in Tridentina Synodo ſeſſ. 24.

cap.12.de reformat. verſic. in omnibus verò Eccleſijs Cathedralibus. Ex quibus verbis Concil. à cõtrario ſenſu colligitur in Eccleſijs Collegiatis ſimplicibus,hoc eſt,non Cathedralibus, Canonicatibus, & portionibus iure communi ſcripto non eſſe annexum aliquẽ ordinem ſacrum,quàmuis admittenda eſſet primæua inſtitutio, conſuetudo decennalis, vel ſpetialis cõſtitutio,qua illis annecteretur aliquis ſacer ordo ẽt in collegiatis Eccleſijs, prout apertè tenet Thom. Zerol. in Prax. Epiſc. Verb. Canonia num. 2. verſ. ſecunda concluſio,& colligitur ex Trid.Concil.d. cap. 12. verſ. neminem etiã deinceps. Et d. verſ. vbi verò conſuetudo, ſed meliùs ex ſeſſ.22.cap.4.& Clem.2. quę incipit, vt ij,qui, de æt. & qual. & ord. præfic. vbi mandatur ijs, qui in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſijs obtinent dignitates,perſonatus,officia, vel præbendas, quibus aliqui ordines ſunt annexi,vt eum ordinem requiſitum intra annum ſuſcipiant,iuncta maximè Glo. ibi in Verb. annexi ſupplente, de iure communi, primæua inſtitutione, antiqua conſuetudine,vel ſtatuto. An ve-
4 rò poſſit † Epiſcopus cogere, vt omnes Canonici Cathedralis Eccleſiæ efficiãtur ſacerdotes generaliter id ſtatuendo,pulchra dubitatio eſt, cui ſatisfecit Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium, qui præfecti ſunt interpretationi Triden. Conc. declarat 39. reſpondendo non poſſe, ſed ſufficere, ſi dimidia pars Canonicorum Præsbiteri ſint, inter quos præcipuè ſit prima dignitas (excepto tamen Archidiaconatu,qui non requirit ſacerdotium, vt ſupradiximus) cæteri verò ſint Diaconi, vel Subdiaconi, de qua declaratione, & reſponſione teſtatur Zerol. d. Prax. Epiſcopal. Verb. Capitulũ verſic. ad decimum,& d. verb. Canonia verſi. ad quartum. Per hanc tamen declarationem ſublatum non fuit, quod habetur in cap. quæris, de æt. & qual. & ord.præfic. vt in caſu aliquo particulari propter Eccleſiæ vtilitatem, vel neceſſitatem poſſit Epiſcopus eiuſdẽ Eccleſiæ clericos compellere etiam per priuationem beneficij, vt ordines ſuis beneficijs non annexos recipiant, ſed ea diſpoſitio adhuc meo iudicio in ſuo
5 robore perſeuerat. Debent autẽ † iſti obtinentes in Cathedrali, vel Collegiata dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones,ac quælibet alia beneficia, quibus certi ordines ſint annexi,vel onera,vt alij Miſſas, alij Euãgelium, alij Epiſtolas dicant, ſeu cantent, debent inquam iuſto ceſſante impedimento infra annum ordines ſuſcipere requiſitos ſub pœna amiſſionis dimidiæ diſtributionum,vt diſponitur d. Clem.2.§.illi verò de æt. & qualit.necnon in Trident. Synodo d. ſeſſ. 22.c.4. & d.ſeſſ.24. cap. 12. §. neminem etiam deinceps. Ex quibus etiam iuncto tex. in capit. ſtatutum, de elect. in 6.apertè
6 conſtat, † quòd ſi huiuſmodi clericus infra annum ad d. ordines requiſitos non promoueatur, nõ ideo beneficium ipſo iure amittit, prout de Parochiali Eccleſia ſtatutum eſt in cap. licèt canõ, de elect.in 6. ſed ſubtrahenda erit dimidia pars diſtributionum quotidianarum,vt cauetur d. Clem.2. & vbi cõſuetudo ſit,vel conſtitutio,vt non dentur diſtributiones, niſi actu ordinem
7 requiſitum habenti; poterit† is fortaſſe alijs pœnis etiam priuationis puniri per tex. ibid. in fine. dum vult etiam alias pœnas in iure ſtatutas in ſuo robore permanere. allegat autẽ ibi Glo. fin.Verb. in iure tex. in d. cap. licèt canon,de elect.in 6. cum ibi per ipſam notatis in Gloſ. antepen. vbi dicit, quòd in alijs beneficijs, quàm Parochialibus priuatio non incurritur ipſo iure, ſed facienda eſt per ſentẽtiam d. cap. cum in cunctis §.inferiora, de elect. & cap. quæris, de æt. & qualit. & ord. præfic.
8 Hoc autem † iuſtum impedimentum, de quo d. Clem. 2. & d. ſeſſ. 22. cap. 4. exemplificari poteſt in infirmitate totius illius anni, vel ſi abſens erat Epiſcopus, & commendatitiæ litteræ haberi non potuerunt, vel, cùm Epiſco-





pus ordinare noluit. ita in hoc caſu promotionis ad requiſitos ordines exẽplificauit Gloſ.in cap.commiſſa Verb. iuſto impedimento, de elect. in 6. quibus meo iudicio addi poteſt, ſi abſens fuit cauſa ſtudiorũ cum licẽtia Epiſcopi ſaltẽ quoad effectũ vitandi alias pœnas præter amiſſionẽ dimidiæ diſtributionum. nã etiã obtinenti Parochiales Eccleſias abeſſe licet cũ huiuſmodi licentia per ſeptẽnium ſtudiorum cauſa, neque currit annus, infra quẽ promoneri debet ad ſacerdotium niſi poſt ſeptenniũ, prout id omne expreſsè cauetur in cap. cum ex eo,de elect.in 6.

9 Præmitto ſecundò,obtinẽtes † huiuſmodi dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones, & beneficia in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, quibus certus aliquis ordo annexus eſt debere in ea ætate conſtitutos eſſe, vt infra annum poſſint ad huiuſmodi ordinem requiſitum promoueri. ita expreſsè habetur in d.ſeſſ.22.c.4.verſ.nec alijs in poſterum,& d.ſeſſ.24.c.2.verſi. neminem etiam deinceps, & adnotauit inter cæteros Zerol. d.Prax. Epiſcopal. Verb. Canonia verſ. ad ſecundum Im-
10 mo, & prouiſio † facta ei, qui hanc ætatem non habeat, nulla eſt, & irrita, vt apertè cauetur d. cap. 4.in fin. Aetas
11 autem † requiſita ad primam quidem tonſuram, & tres priores minores ordines eſt ſeptem annorum completorũ. Ad accolytatum duodecim pariter expletorum,vt habetur ex cap.in ſingulis 77.diſtin. quem ita intelligunt ibi Glo. & Doct. & Silueſt. Verb. ætas num. 7. & in hoc nihil reperio immutatum; In
12 ſubdiaconatu verò † licèt olim ſufficeret ætas 20. annorum, vt in cap. ſubdiaconus ead. diſt. immo & 18.annorũ cœptorũ,vt in Clem. fin. de ęt. & qual. & ord.pręfic.in diaconatu autem antiquitus requireretur ætas 25. annorum, vt d. diſt.77. cap. placuit, & c. Epiſcopus, & poſtea d. Clem. fin. ſtatutum fuerit ſufficere 20. annum, & in presbyteratu denique olim requireretur ætas 30. annorum, vt in cap. 1. diſt.78. tamen poſt Concil. Trid. ſeſſ. cap. 12. de reform. ætas ſufficiens, & requiſita ad ſubdiaconatum eſt 22. ad diaconatum 23. ad presbyteratũ 25. annorum, quos tamen ſufficit attigiſſe, vt poſt Nauar. in Manual. cap. 25. num. 116. monet Zerol. in d. Prax. Epiſc. Verb. Ordo verſic. ad primum, & communis praxis docet, quæ ita decretum illud
13 interpretata eſt. In Eccleſijs † ergo Cathedralibus,& ijs quoq; Collegiatis in quibus Canonicatibus, alijſque beneficijs annexus eſt aliquis ſacer Ordo vel ex primæua inſtitutione, vel ex ſtatuto, vel denique ex antiqua conſuetudine, debet is, qui præbendam Sacerdotalem obtinet, attigiſſe ſaltem 24. annum, qui Diaconalem 22. qui verò
14 Subdiaconalem 21. In illis † autem Eccleſijs, in quibus neque ſtatuto, neque ex inſtitutione, neque ex conſuetudine annexus eſt aliquis ſacer ordo,ſingulis dumtaxat dignitatibus execeptis, quibus iure annexus eſt, vt diximus, ſufficiet attigiſſe 14. annũ, vt eſt optimus tex. in cap. indecorum, de æt. & qual. & ord.præfic.ibi,mandamus,quatenus nemini infra annũ quartum decimum conſtituto perſonatum cuiuſlibet Eccleſiæ concedere præſumatis; & conſtat etiam ex Trident. Concil. ſeſſ. 23. cap.6.d. reformat.dum ibi ſtatuitur,ne
15 † vllus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante decimum quartum annum beneficium poſſit obtinere; nam ex illis iuribus à contrario ſenſu, quod in iure validiſſimum eſt, elicitur,regulariter ſtatim poſt 14. annum poſſe cuilibet etiã in Collegiatis Eccleſijs per-
16 ſonatum,qui † omnino à dignitate, & officio diſtinguitur, cap. de multa, de præben. cap. 1. de conſuet.in 6.cum ſimil.& quodlibet aliud beneficium(curatis dumtaxat, dignitatibus, & alijs, de quibus ſupra,exceptis) liberè cõferri; quod & adnotauit Zerol. d. Verb. Canonia verſic.ad ſextum, & verſic.ad nonum, ad id etiam allegans declar. 481. Sacr. Congr. Concil. quàmuis,

17 dum † vtrobiq; idem Zerol. dicit hũc Canonicum dici Canonicũ in herbis, & non facere fructus ſuos præter fructus præbendarum,puto eum falli; nã, licèt poſſit dici Canonicus in herbis quoad hoc, quia non habet vocem in Capitulo, cum non ſit ſubdiaconus iuxta diſpoſitionem d.Clem.2. & Trident.Concil. ſeſſ.22. cap. 4. de reform. de quo nos latiùs in quæſt. ſeq. tamen
18 non video, † cur habere non debeat quotidianas diſtributiones, quæ conſequuntur ad Canonicatum, eaſq; debet quis eo ipſo habere, quòd Canonicus eſt, vt conſtat ex cap. dilectus il 1. de præben. & fatentur Staphil. & Gomeſ. per eundem Zerol. in contrarium allegati, qui etiam non loquuntur de huiuſmodi Canonicis ſtatim poſt 14. annum creatis, ſed de ijs, qui creati ſunt vltra numerũ,& ſub expectatione præbendæ, de quibus etiam nos ſupr. hac ead.2. par.quæſt.1.concl.5.

Præmitto tertiò,& vltimò, Canoni-
19 cos,† alioſq; Collegiatarum Eccleſiarum clericos,non ſolùm teneri,vel ſaltẽ cogi poſſe pſallere in Choro Hymnos,& pſalmos,(vt ſupr.hac 2.par.q.2. ferè per totam oſtendimus, & conſtat ex Trident.Conc.ſeſſ.22.cap.4. & ſeſſ. 24. cap.12. ſub finem; vbi quoque ſtatuitur,vt hoc ipſum, & alia ſibi ſpectãtia, quæ in diuino cultu præſtãda ſunt, officia p ſe ipſos obire debeãt;) ſed ẽt aliquando Miſſas, aliquando Euangelium, aliquando Epiſtolas canere,idq; per ſe ipſos preſtare debere, vt d.cap.4. expreſsè cauetur, & hoc quidem tam quoad Canonicos, & beneficiatos Eccleſiæ Cathedralis, quorum dignitatibus,Canonicatibus, portionibus, & beneficijs ſacer aliquis ordo iure annexus eſſe debet, vt ſupra diximus,quàm quoad alios clericos Collegiatarũ Eccleſiarum, quorum beneficia ſacrum aliquem ordinem annexum habent ſiue ex primæua inſtitutione, ſiue antiqua conſuetudine, ſiue ex ſpetiali Eccleſiæ conſtitutione,vt præmonuimus. Quoad alios verò clericos, beneficiatos in Collegiatis, quorum beneficijs nulla ratione ſacer ordo annexus eſt, adhuc locum habere poteſt obligatio canendi, & modulandi in diuinis officijs iuxta formam, & rationem, quam Prouincialis Synodus pro cuiuſq; prouinciæ vtilitate,& moribus præſcribere debet ex decreto Trident. Concil.d. ſeſſ.24.capit.12. de reformat. in fin.vbi etiam eidem Prouinciali Synodo, & interim, dum ea celebretur, Epiſcopo cum duobus Canonicis generatim mãdatur, vt ea ſtatuant, quæ ad debitum in diuinis officijs regimen ſpectant, ſimulq; de omnibus Eccleſiæ miniſtris quæ neceſſaria erunt. hæc igitur omnia officia,quæ,vt præfertur,à Synodo Prouinciali, vel Epiſcopis cui ius Eccleſiæ præſcribentur, ab earum clericis
20 obeunda erunt,quòd ſi † ad ea apti nõ fuerint, & præter ætatem qualitates omnes requiſitas non habuerint, prouiſio de huiuſmodi beneficijs facta irrita erit, vt cauetur in Trident. Synodo d.ſeſſ.22.cap.4.in fine.

21 Prima concluſio. Obtinens † dignitatem, Canonicatum, vel portionem, ſeu aliud beneficium in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, modò alias idoneus ſit, admitti debet ad quotidianas diſtributiones antequam ſuſcipiat ordinem annexum. Probatur id primò ex tex.in cap.commiſſa §.cæterum, de elect. in 6.vbi is, cui collata fuit Parochialis Eccleſia, modò intra annum promoueatur ad ſacerdotium,interim percipit fructus ſuæ Eccleſiæ. Probatur ſecundò ex tex.d.Clem.2.verſi. Illi verò,de æt.& qual.& ord.præfic.vbi ſtatuitur, vt obtinentibus huiuſmodi beneficia, quibus certi ordines annexi ſint, ſi infra annum iuſto ceſſante impedimẽto ad eos ordines ſe promoueri non fecerint, ex tunc ſubtrahatur dimidia pars diſtributionum,quę dantur ijs,qui certis horis interſunt;ex quibus verbis apertè colligitur, quòd ante lapſum anni non debent obtinentes huiuſmodi beneficia priuari quotidianis diſtributionibus, modò alias diuinis officijs



officijs interſint, vt in ſpetie tradit ibi Gloſ. communiter approbata in Verb. ex tunc. Ex qua etiam Gloſ.dum ibid. ſubdit, quòd iſtos excuſat impedimentum iuncto tex. dum ait, iuſto ceſſante impedimẽto, & ibi Glo. & Doct. liqui-
22 dò colligitur, quòd † ſi iſte obtinens huiuſmodi beneficium nõ promoueatur infra annum propter iuſtum impedimentum,quod ex culpa, & voluntate ſua non prouenerit, puta, quia toto illo anno ægrotauit, quia abſens erat Epiſcopus, neque commendatitias litteras habere potuit,vel cùm Epiſcopus ordinare noluit, vel his ſimilia, prout exemplificat Gloſ.d.c. commiſſa verb. iuſto impedimento, ad quæ etiam exẽpla ſe remittit Gloſ. d.Clem. 2. Verb. impedimẽto, adhuc percipiet poſt annum integras quotidianas diſtributiones; ratio manifeſta eſt, quia per eum non ſtat, quin promoueatur propter iuſtum impedimentum, quod approbauit ibi Clem.5.ad effectum, vt euitẽtur pœnæ, de quibus ibi, inter quas eſt amiſſio dimidiæ partis diſtributionum poſt annum. Et hæc eſſe poteſt prior ampliatio ad hanc concluſionem. Cui ſimilis eſt, quæ apertè colligitur ex Gl. d. Clem. 2. Verb.annexi in fi. vbi dicit
23 † nõ eſſe locum illi decretali, vbi quis ad non recipiẽdum ordinem ſufficientem diſpenſationẽ haberet, diſertè verò tradit Burgaſ. tract. de irregular. & diſpenſat. tit. de interpret. diſpenſat. num.25. quòd nimirum diſpẽſatus per Papam, vt non teneatur ſe promoueri facere, ita debet quotidianas diſtributiones percipere, ac ſi promotus fuiſſet. Altera verò ampliatio,quæ ex eod.
24 verſic. Illi verò,deducitur,eſt,vt † etiã poſt annum huiuſmodi beneficia obtinentib. qui ad ordines requiſitos iuſto ceſſante impedimẽto ſe promoueri nõ faciunt,quod ad pœnam amiſſionis diſtributionum attinet, non niſi dimidia earum pars ſubtrahenda ſit. Amplia-
25 tur tertiò, vt † neque iſta dimidia ſubtrahatur, ſi reliqua dimidia non ſufficiat ad ſuſtentationem clerici, quam aliunde non habeat; idq; ob eam cauſam,ne fame pereat. ita Guliel.de Mõt. Laud.d. Clem. 2. & ibi Zenzel. facitq; quod de excommunicato tradidimus ſupr.quęſt.15.concl.1. poſt Vgol.tract. de cenſur. Eccleſ.tab.2.cap.12. num.2.
26 & 4.cõtrarium tamen, & † veriùs ſentit Gloſ. d. Clem.2. verb. pars dimidia, quam ibi ſequitur Paul. Eleaz. Io. de Lign. Card.num. 20. & latiùs defendit ibid. Imol. num. 33. ob eam præcipuè rationem,quam tradit Gloſ. quòd ſibi prouidere poteſt, & hanc pœnam euitare per promotionem; quod idem erit in excommunicato, vbi per eum ſtet, quin petat abſolutionem, vt etiam diximus d. concl. 3. ſecus verò eſt in depoſito, qui ſibi prouidere non poteſt, cum in pœnam depoſitus fuerit, vt diximus ſupr.quæſt.17.concl.1.ſicq; ſoluitur argumentum, quod ex depoſito ſumebat Laudun. & alij contrarium ſentientes in hoc, cui ſubtracta eſt dimidia diſtributionũ. Quartò amplia-
27 tur hæc ipſa concluſio,quòd † obtinẽtes beneficia in Collegiatis Eccleſijs, quib. neque iure communi, neque ex conſuetudine, inſtitutione, aut ſtatuto annexus eſt aliquis ordo præſertim ſacer,obtinebunt,& percipient diſtributiones, licèt nunquam huiuſmodi ordinem ſacrum ſuſcipiant,ſed ſimplices clerici remaneant. patet hoc ex ſupradictis; & quoad reliquos fructus admittit Zerol.d.Verb.Canonia verſi. ad ſextum,licèt in verſic.ad nonum negare videatur, quoad quotidianas diſtributiones,ſed malè, vt patet ex ijs, quæ diximus ſupra in 2. præmiſſ.

Limitatur autem primò hæc eadem
28 concluſio, † niſi in contrarium habeat conſuetudo,quæ,vt audio,eſt in omnibus Eccleſijs Collegiatis Mediolanenſis Ciuitatis, & ipſe teſtari poſſum de Metropolitana,& Ambroſiana,vt nullus admittatur ad quotidianas diſtributiones percipiẽdas, niſi actu habeat ordinem requiſitum, hoc eſt ſuo beneficio,& præbendæ annexum; quæ quidem conſuetudo,cum ſatis ſit rationabilis,

bilis,vt nimirum ad ſuſcipiẽdos ſacros ordines propenſiùs clerici inducantur, quæ ratio induxit Clement. 5. & Concilium Viennenſe d.Clem.2.ad ſubtrahendam dimidiam diſtributionum ijs, qui infra annum non promouentur; itemq; contra ius d. Clement. eſſe videatur,vt patet ex ſupra dictis, admittenda erit,modò ſit legitimè,ſpatio nimirum quadraginta annorum præſcripta iuxta tex. cum ibi not. per Gloſ. & Doct. in cap. fin. de conſuet. Verùm id ipſum, quod hæc conſuetudo induxit, cautum reperio in Conc. Prouinc.Mediol. 4. tit. de diſtribut. verſic. aliqua dignitate præditus, vbi ea optima, & vrgens ratio exprimitur, quia huiuſmodi clericus non promotus ad requiſitum ordinem debiti ſui muneris, cuius cauſa diſtributiones debentur,partes obire,præſtareq; non poteſt.

Limitatur ſecundò ex mẽte Sot. lib. 10. de iuſt.& iur. quæſt. 5.art.6. col.2.
29 quòd, † ſi quis non intendens promoueri intra annũ ad ordinem reqiſitum beneficium in Collegiata receperit, vt fructus, & diſtributiones ex eo per annum perciperet, ipſum elapſo anno dimiſſurus,tenebitur(niſi mutata voluntate promotus fuerit) ad reſtitutionem eorundem fructuum, cum eos perceperit fraudulenter. Id probari videtur ex tex. in cap. commiſſa §. cæterum,de elect. in 6. qui licèt loquatur de ſolo recipiẽte parochialem Eccleſiã quoad illius fructus,tamen videtur extendendus ad recipientem cũ hac intentione beneficium in Eccleſia Collegiata requirens aliquem ordinem ſacrum,tum propter identitatem rationis, tũ fauore cultus diuini, qui fauorabilis eſt, & debet augeri, cap. fin. de reſcript. in 6. Contrarium tamen eſt de mente Gloſ. d. cap. commiſſa, de elect. in 6. verbo Parochialis vbi illum textum extendi nõ vult ad Eccleſiam Collegiatam per tex.in cap.ſtatutum eod.tit.& expreſsè tradit Nauar. in Manual. ſeu tract. de orat. & hor. Canon. cap. 21. num. 44. vbi vſque ad num. 57. latè, & optimè pertractat materiam d.§.cæterum; probatque Nauar. quia neque ſimilis, aut eadem eſt ratio, neque lex pœnalis ex identitate rationis extendenda eſt. l. præſens ff. de pœn. capit. odia cum ibi not. de reg. iur. in 6. & ſuis concord. Limitatur igitur tertiò hæc concluſio,
30 vt † obtinens huiuſmodi dignitatem, vel Canonicatũ in Eccleſia Collegiata, ſi iuſto ceſſante impedimento non promoueatur ad ordinem requiſitũ, amittat dimidiam diſtributionum. ita diſponitur in d. Clem. 2. §. illi verò; quæ pœna innouatur per Trident. Concil. ſeſſ.22. cap. 4.de reformat. id verò etiã procedit, licèt iſte non promotus interſit diuinis, & officium recitet, vt apertè ſentiunt Doct.magis cõmuniter d.§. illi verò,& in ſpetie reſpondit Nauar.conſ. 8.num. 3.& 5.ſub tit. de præben. lib.3. vol.1. Limitatur denique
31 eadem cõcluſio,vt † ſuadente Eccleſiæ vtilitate, vel neceſſitate poſſit Epiſcopus cogere clericũ Eccleſię Collegiatę, qui aliàs non tenetur ad aliquem ordinem ſacrum promoueri, vt ad eum promoueatur; idq; etiam propoſita pœna amiſſionis omnium, vel partis diſtributionum,vt ſatis cõſtat ex tex. in cap. quæris in fin. de æt. & qual. & ord. præfic.

32 Secunda concluſio. Obtinens † beneficiũ in Eccleſia Cathedrali,vel Collegiata requirens ordinem ſacrum debet eſſe in ea ætate,vt intra annum poſſit ad ordinem requiſitum promoueri, aliàs non eſt admittendus ad quotidianas diſtributiones. Prior pars concluſionis probatur ex Trident. Concil. ſeſſ. 22.cap. 4.& ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat. verſic. neminem, quod latius explicauimus ſupr.hac ead.quæſt. in 2. pręmiſſ.in princip.vbi oſtendimus,quę ſit hæc ætas. Poſterior autem pars ex eo probatur, quòd prouiſio ei facta, qui non eſt in tali ętate conſtitutus, irrita eſt, vt decernitur d. cap. 4. in fin. fine legitimo autem titulo beneficij certũ eſt non poſſe quem illius fructus percipere, minùs verò diſtributiones; quæ



quæ ad ipſum titulum conſequuntur, cap. dilectus il 1. ſępiùs allegato, de prę ben. cum ſuis ſimil. idque apertè tenet Franc. Rip. reſponſ. 1. num. 6. tit. de arbitr. & arbitrator. Ampliatur verò
33 hæc concluſio † in ijs quoque, qui obtinent beneficiũ in Eccleſia Collegiata nullum ordinem ſacrum annexum habens; nam licèt ſi 14. annum compleuerint, & ſaltem prima tonſura initiati ſint iuxta ea, quę tradit latè Pariſ.conſ. 125. num. 1. vol. 4. & tex. in cap. cum adeo de reſcript. & cap. ex litteris, de tranſact. ( laicus enim capax non eſt beneficij cap. 2. de inſtit. cum ibi not. & ſuis cncord.) poſſint diſtributiones percipere, nihilominùs tamen tenebuntur & ipſi intra annum ad ordines minores promoueri, ſi quos ea beneficia requirunt,idque conſtat ex ijs,quæ d. præmiſſ. 2. ad fin. attulimus iuncto tex.d.Clem.2.& ibi Gloſ.in Verb.certi, quæ cum tex. intelligit etiam de minoribus ordinibus annexis alicui beneficio Eccleſiæ Collegiatæ,& illa ætas 14. annorum ſufficit ad omnes minores,vt
34 ſupra diximus. Limitatur verò † in eo, qui fuit pleniſſimè diſpenſatus ſuper ætate, puta ſi fuerit in diſpẽſatione dictum, quòd per omnia habeatur pro maiori, vt poſt Abb. in cap. ex ratione in fin. de æt. & qual. reſpondit Rip. d. reſponſ. 5.num.6. & 7. vbi etiam refert Gloſ. d. cap.ex ratione abſolutè tenentem, quòd diſpenſatus ſuper ætate ad obtinendum Canonicatum, & aliud beneficium in Cathedrali,vel Collegiata cenſetur etiam diſpenſatus ad fructus, & diſtributiones, quòd facilè admitto, cum reditus conſequentes neceſſariò ſint ad beneficium, & percipiantur ab obtinente beneficium, ſi munus, & officium ſuum impleat cap. pen. de cler. non reſid. & c. vnico eod. tit. in 6.cum ſuis concord.

35 Tertia concluſio. Canonicus, † & obtinens beneficium in Eccleſia Collegiata ſcire debet cantum requiſitum, aliàs admittẽdus non eſt ad quotidianas diſtributiones. Probatur primò; quia is repellendus eſt,& remouendus à beneficio, & officio, qui non tenet, atque ignorat aliquid neceſſarium ad officium ſuum, vt pluribus comprobat Albert.Ferrar.in tract. de hor. Canon. quæſt.26.& 27. Abb. in c. venerabilis, de præben.& Nauar.in tract.de orat.& hor. Canon. cap. 11. nume.41. & 42.in repet. cap. ſi quando except.7. & ſeqq. de reſcript. & conſtat ex capit. cum in cunctis §. inferiora, de elect. cap. eam te,& cap.fin.de æt. & qual.& ord. præfic.cum ſimil. Secundò probatur quia ita in ſpetie poſt alios tradunt Nauar. loc. cit. Gomeſ. tract. de grat. expect. nu.79.& Henriq. d.tom.1. Theol.mor. lib.9.cap.31. §. 8. & Gloſ. communiter recepta in Clem. vnica verb. reputamus,de conceſſ.præben. Id ipſum quoque cauetur in Conc. Prouinc.Mediol. 4.ſub tit.de diſtribut. verſic. vt diuinis officijs,cum ſeqq. vbi latiùs explicatur
36 † ratio, quæ in examine Canonicorũ, & Manſionariorũ circa cantum, & modulationem adhiberi debet. Quoad
37 peritiam † verò, & ſcientiam litterarum, licèt de iure communi antiquo fortè regulariter ſufficeret, vt obtinẽtes præbendam in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata ſcirent legere, & cõſtruere, vt patet ex Gomeſ. d. num. 79. & Gloſ.d.verb.reputantes; tamen poſt Trid.Concil. ſi quidem beneficium ordines minores requirat, debet qui illud obtinere vult, latinam ſaltem linguam intelligere, cum id ad minores ordines requiratur, vt per Trid. Concil.ſeſſ.23. cap.11.ſi verò requirat Subdiaconatũ, vel Diaconatum, debet qui illud impetrat,eſſe litteris,& ijs,quæ ad ordinẽ exercendum pertinent, inſtructus iuxta decretum eiuſdem Concil.d.ſeſſ.23. cap.13. deniq; cum ij, qui ad Sacerdotium promouentur, debeãt eſſe idonei ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, & miniſtranda ſacramenta, vt habetur d.ſeſſ.23. cap.14. debent etiam qui beneficium in Collegiata obtinere volunt, quod Sacerdotium annexum habeat,

beat, ad hæc omnia præſtanda ſaltem
intra annum idonei iudicari, & conſe-
quẽter hæc ipſa vniuerſa intra annum
callere poſſe debet, qui ad quotidianas
diſtributiones petit admitti.
38 Porrò cæteras † qualitates requiſitas
tam ad ordines annexos Dignitatibus,
Canonicatibus, & portionibus in Ec-
cleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis,
quàm ad ipſas quotidianas diſtributio-
nes ab initio alicui concedendas, col-
ligere licebit tum ex Doctor. ſupr. cit.
& Concil. Trident. d. ſeſſ. 23. ferè per
totam, tum ex Concilijs cuiuſque Pro-
uinciȩ, quibus circa regimen in diuinis
officijs, & Eccleſiæ miniſtros quæ ne-
ceſſaria videbuntur, decernere, ac ſta-
tuere conceſſit, ac mandauit idem
Trident. Concil. ſeſſ. 24. cap. 12. in fin.
quæ hic non inſero, aut refero, quo-
niam materiam de diſtributionibus
propiùs, & immediatè non attingunt.
Ad alia igitur tranſeamus.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Vocem, & locum in Cpitulo habere competit ratione Canoniæ.*
2 *Vocem in Capitulo, ſeu eius exercitium non habet niſi ſubdiaconus, etiamſi ab alijs id ſibi concedatur. num. 3. & quàmuis Epiſcopi ad id diſpenſatio accedat. num. 4.*
5 *Clericus nõ ſubdiaconus nõ eſt expectandus, licèt velit primis temporibus promoueri, ſi immineat tempus electionis.*
6 *Ordo Subdiaconatus requiritur in clerico nõ tempore vacationis, ſed tempore electionis.*
7 *Ordo ſubdiaconatus nõ requiritur in electionibus Canonicorum, quorum beneficijs nõ eſt annexus ſacer ordo. Et quomodo id procedat. num. 8.*
9 *Subdiaconus Canonicus, qui non promouetur intra annũ ad ordinem ſuperiorem requiſitum amittit vocem in Capitulo.*
10 *Excommunicatus an habeat vocem in Capitulo.*
11 *Suſpenſus an habeat vocem in Capitulo.*
12 *Vocem in Capitulo habere poteſt clericus, & tamen non admitti ad diſtributiones, vbi etiam tria eius rei afferuntur exempla.*
13 *Diſtributiones quotidianas habere poteſt clericus, & tamen non habere vocem in Capitulo, cuius rei tria exempla ponuntur.*

## *An eo ipſo, quòd quis habet vocem in Capitulo, habeat etiam Diſtributiones, vel contra. Quæſtio. XX.*

DIXIMVS in præcedenti-
bus quȩſtionibus de requi-
ſitis ad percipiendas diſtri
butiones; ſed quoniam ali-
quibus non ſine ratione vi-
deri poſſet, quòd habere vocem in Ca-
pitulo vel requiſitum eſſet, vel ſaltem
neceſſariò cõiunctum cum iure perci-
piendi quotidianas diſtributiones, pro
pterea quòd vtrumque inter iura Ca-
nonicalia cõnumeretur in cap. dilectus
il 1. de præbend. iuncto cap. pro illorũ,
& cap. dilecto, eod. tit. ideo de huius
rei veritate in hac quæſtione videndũ
erit.
1 Præmittendũ tamen eſt, quòd † ha-
bere locum, & vocem in Capitulo con-
ſequitur ad Canoniam, ſeu Canonicatũ
ita, vt ei ſoli, & omni, qui Canonicatum
obtinet regulariter id cõpetat. conſtat
hoc ex d. c. pro illorum in fin. ibi, ſȩpe
dictum magiſtrum recipiant in Cano-
nicum, & ea, quȩ ad Canonicatum per-
tinent cum ſtallo chori, & loco Capi-
tuli ei ſtudeant aſſignare; & meliùs ex
d. cap. dilecto circa medium in ijs ver-
bis, dictus quoq; Cellerarius lectionẽ,
& Euangeliũ in hebdomada ſua legiſſe
dignoſcitur, & tam Decani, quàm Epi-
ſcopi electioni, & aliorum negotiorum
tractatibus ſicut Canonicus Trecen-
ſis interfuit; idq; in ſpetie adnotauit
Innoc. in cap. 2. de inſtit. in fin. & Abb.
in cap. cum olim num. 8. de re iud. vbi
ex hoc infert etiam, obtinentem digni-
tatem in Eccleſia Collegiata, vel Ca-
thedrali, ſi ſimul etiam non ſit Cano-
nicus, non habere vocem in Capitulo;
& in ſumma, ſi quis clericus, qui Ca-
nonicus non ſit, prætendit habere vocẽ
in Capitulo, id habere debet ex cõſue-
tudine,



tudine, priuilegio, aliòue iure ſpetiali.
2 Exercitium tamen huius vocis † non
habet etiam quilibet Canonicus niſi in
Subdiaconatus ordine conſtitutus ſit;
ita diſponitur d. Clem. 2. in princip. de
æt. & qual. & ord. præfic. & decretum
quoque fuit à Trident. Synodo d. ſeſſ.
22. c. 4. de reform. in princ. vtrobique
3 verò cauetur, vt † id quoq; locum ha-
beat, licèt ab alijs fuerit liberè conceſ-
ſum, vt huiuſmodi non ſubdiaconi vo-
cem in Capitulo habeãt. immo id pro-
4 cedit etiamſi † Epiſcopi ad id diſpen-
ſatio accedat, quæ nulla erit, vt docet
Gloſ. communiter recepta d. Clem. 2.
verb. concedatur, & verb. nullo modo;
5 Item; ſi † velit iſte promoueri intra
quatuor tempora proxima, nõ erit ex-
pectãdus, ſi immineat tempus electio-
nis. Glo. quam ibi omnes ſequuntur,
d. Clem. 2. Verb. conſtitutus verſic. ſed
6 fortiùs quæro; ſufficiet tamen, † quòd
habeat ordinem Subdiaconatus tem-
pore electionis: ita Gloſ. communiter
approbata d. verb. conſtitutus in prin-
cip. verſic. ſed pone. Id verò non pro-
7 cedit † in Eccleſijs, in quibus non eſt
annexus aliquis ordo ſacer, ſed tãtùm
minor. nam eius Eccleſiæ clericus, li-
cèt non ſit ſubdiaconus, tamẽ habebit
vocem in Capitulo ſecundum Paul.
Eleaz. & Imol. d. Clem. 2. num. 16. ſecus
autem, † inquiunt, ſi nullus omnino ẽt
minor ordo ſit annexus; nam volunt,
quòd hic omnino debeat eſſe ſubdiaco
nus. Card. verò d. clem. 2. verſ. illi ve-
rò num. 6. id dumtaxat admittit, vbi ex
priuilegio, ſecus, inquiens, ſi ex con-
ſuetudine, vel ſtatuto id cõpetat, cum
in d. Clem. 2. conſuetudines, & ſtatuta
cõtraria tollantur, nõ autẽ priuilegia,
vt ibi adnotauit Glo. & Doct. cõiter. Si-
9 militer Canonicus † etiam ſubdiaco-
nus, cuius Canonicatui annexus eſſet
ordo ſuperior, niſi ad eum infra annũ
promoueatur, ſtatim poſt annum amit-
tit vocem in Capitulo, ita vt nullo mo-
do neque ex Capituli conceſſione, ne-
que ex diſpenſatione Epiſcopi eã poſt
annum habere poſſit, donec ad illum
requiſitum ordinem fuerit promotus,
vt conſtat ex tex. d. Clem. 2. §. illi verò
iuncta interpretatione Gloſ. ibid. com-
muniter receptæ in verb. ex tunc, & ver
bo nullo modo. Similiter excommu-
10 nicatus † maiori excommunicatione
non habet vocem in Capitulo. Gloſ. in
cap. vnico verbo maioris, ne ſed. vac.
in 6. Doct. in c. illa quotidiana, de elect.
& c. ſi celebrat, quod eſt fin. de cler. ex-
com. miniſtr. latè Vgol. tract. de cen-
ſur. Eccleſiaſt. tab. 2. cap. 11. §. 2. nu. 12.
ſecus verò eſt in excommunicato mi-
nori excommunicatione per tex. d. c.
illa & c. ſi celebrat. Quid autem dicen-
dum ſit de ſuſpenſo ab executione or-
dinis, ab officio, à beneficio, vel à fru-
11 ctibus † videndi ſunt Doct. d. Clem. 2.
maximè verò Imol. nu. 13. & 14. & Car.
nu. 21. cum duob. ſeqq. His poſitis ſit
12 Prima concluſio. Poteſt † clericus
Eccleſiæ Collegiatæ habere vocem in
Capitulo, & tamen nõ admitti ad quo-
tidianas diſtributiones. Probatur hȩc
concluſio infraſcriptis exemplis. quo-
rum primum eſt in clerico Eccleſiæ Ca
thedralis, vel Collegiatæ, cuius bene-
ficium annexum habeat ordinem ſa-
crum, præcipuè ſacerdotium vel iure
communi, vel ex primȩua inſtitutione,
vel ex antiqua conſuetudine, vel deni-
que ex ſpetiali Eccleſiæ illius conſtitu-
tione iuxta ſuperiùs dicta in præced. q.
præmiſſ. & concl. 1. nam is ſtatim ac
ſuſceperit ordinem ſubdiaconatus, ha-
bebit vocem in Capitulo, nihil enim
obſtat, cùm habeat ordinem requiſitũ
à Concil. Vienn. d. Clem. 2. in princip.
& Trident. d. ſeſſ. 22. cap. 4. de reform.
in primis verbis, nimirum ſubdiacona-
tum; poterit autem non admitti ad di-
ſtributiones ſiue quia non habeat peri-
tiam cantus, & alias qualitates requiſi-
tas iuxta ea, quæ diximus in præced.
quæſt. præmiſſ. & concl. 3. ſiue etiam
quia adſit in ea Eccleſia conſuetudo,
vel conſtitutio, vt aliquis clericus non
admittatur ad quotidianas diſtributio
nes, niſi actu conſtitutus ſit in ordine
requiſito, quiq; ſuo beneficio annexus
eſt iuxta ea, quæ attulimus d. quæſt.
præced. concl. 1. limit. 1. Alterum exẽ-

plum eſt in illis beneficijs Collegiatarum Eccleſiarum, quæ annexum non habent ordinem aliquem ſacrũ; nam in caſibus, quibus ante Subdiaconatum poteſt quis habere vocem in Capitulo, de quibus ſupra hac ipſa queſt. premiſſ. vnic. circa medium, in ijs eſſe poteſt, vt clericus ille ad quotidianas diſtributiones nõ admittatur ſiue ob aliquã ex cauſis mox allatis in præcedenti exemplo, ſiue quia Epiſcopus ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſſitatem per ſubtractionem fructuum, ac diſtibutionum cogat eum ſuſcipere ordinem ſacrum, qui ſuo beneficio annexus nõ eſt, iuxta tex. in cap. quæris, de æt. & qual. & ord. præfic. Tertiũ exemplum eſt in excommunicato minori excommunicatione; nam is eligere poteſt, atque adeo habet vocem in Capitulo, vt oſtendimus ſupr. hac ipſa quæſt. præmiſſ. vnic. circa finem; & tamen non poteſt percipere quotidianas diſtributiones, vt docuimus ſup. hac ead. 2. par. queſt. 15. concl. 1. ampl. 1. Neq; huic concluſioni obeſt, quòd hac ipſa quæſtion. in princip. ex cap. pro illorum, cap. dilectus il 1. & cap. dilecto, de præben. obijciebamus, tam ius ipſum habendi vocẽ in Capitulo quàm percipiẽdi quotidianas diſtributiones ſtatim cõſequi ad Canoniam, ſeu Canonicatum; nam primò nõ rectè inde arguitur, ad poſitionem vnius ex cõſequentibus alterum ẽt conſequens poni; eſſe enim poteſt, vt ad ſint omnia requiſita ad vnum ex illis, nõ autem ad aliud. præterea haud inconcinnè dici poteſt, ad Canonicatum ſtatim conſurgere ius habendi vocem in Capitulo in habitu, non autem in actu, ſeu in exercitio, qui actus, & quod exercitium ſuſpenditur propter defectũ ordinis, vel alterius ex requiſitis.

Secunda concluſio. Fieri quoque
13 † poteſt, vt clericus Cathedralis, vel collegiatarũ Eccleſiarũ admiſſus ſit ad quotidianas diſtributiones, habeatque ius eas percipiendi ſaltem pro parte, nõ tamen habeat vocem in Capitulo. Clarum id eſt, ita, vt non niſi exemplis indigeat. Primum ergo exemplum eſt in Canonico tam Cathedralis, quàm Collegiatæ Eccleſiæ, cuius Canonicatus annexum habeat ordinem ſacrum; nam is, licèt habeat quotidianas diſtributiones antequam ad ſacros ordines promoueatur, modò in legitima ætate ſit, eoſque intra annum ſuſcipiat, vt ſupra præced. quæſt. concl. 1. docuimus, tamẽ non habebit vocem in Capitulo, niſi Subdiaconus ſit iuxta diſpoſitionem Trident. Concil. d. ſeſſ. 22. cap. de reform. in primis verbis. & d. Clem. 2. in princip. de æta. & qual. & ord. præfic. atque adeo, donec is promoueatur ad ſubdiaconatum quotidianas diſtributiones participabit; non tamen vocem in Capitulo obtinebit: ita in ſpetie Bonif. de Vital. d. clem. 2. §. illi verò nu. 26. Alterum exemplum eſt in Canonicis Collegiatæ, ſeu Cathedralis, quorum Canonicatus ſimiliter ordinẽ aliquem annexum habeant; nam ſi intra annum ad ordinem requiſitum nõ promoueãtur, ex tunc, hoc eſt ſtatim poſt annum vocem in Capitulo nullo modo habere debẽt, vt cauetur d. Clem. 2. §. illi verò, & tamẽ quotidianas diſtributiones interim quoad dimidiã percipient, vt voluit ibi Gloſ. communiter recepta in Verb. ex tunc; & nos latiùs oſtendimus d. q. præced. concl. 1. Tertium denique exemplum eſt in Canonicis Collegiatę alicuius Eccleſiæ, quorũ Canonicatus nullum habent ordinem ſacrum annexum; nam in caſibus, in quibus vocem in Capitulo non habent antequã promoueãtur ad ordinem ſubdiaconatus, quos tetigimus ſupr. hac ipſa q. in præmiſſ. vnic. circa medium; in ijs inquam caſibus percipient nihilominus quotidianas diſtributiones, ad quas admitti quiſq; debet, modò in legitima ætate, & ordine requiſito ad beneficiũ conſtitutus ſit, cæteraſq; qualitates neceſſarias habeat iuxta ea, quæ d. q. præced. ferè per totam latiùs tradidimus. Ad id verò, quod huic concluſioni obſtare videbatur ex initio quæſtionis propoſitis, reſponſum fuit in concl. præced. in fin. Atq; hæc de hac quæſtione, immo & de tota 2. par. huius tractatus.





# PARS III.

## *De Diſtributionibus Quotidianis diſtrahendis.*

ABSOLVTIS Deo duce ijs, quę tũ ad quotidianas diſtributiones in genere cõſideratas pertinere videbatur, ꝙ erat primum caput initio huius tractatus propoſitũ, prioriq; parte eiuſdem tractatus diſputauimus, tum ad eaſdem diſtributiones rite, ac iuſtè acquirẽdas ſpectabant, quod tanquã poſterius, alterumque caput poſteriori quoque parte latiùs executi ſumus; reliquum nunc eſt, vt ad tertium, illudq; poſtremum ex ibidem propoſitis capitibus, quod circa ipſaſmet diſtributiones quotidianas diſtrahendas verſatur, veniamus; id quod eadem planè ſeruata methodo, eaque, qua fieri poterit, breuitate vbi præſtiterimus, vniuerſum hunc de quotidianis diſtributionibus tractatũ abſoluemus.

### SVMMÆ RERVM.

1 *Dominium latè ſumptum quot modis accipiatur.*
2 *Dominium ſtrictè, & propriè ſumptum quomodo definiatur.*
3 *Dominium cur ius quoddam eſſe dicatur.*
4 *Dominium rei differt ab ipſa re.*
5 *Dominiũ propriè non cadit in res incorporales, & num. 8.*
6 *Poſſeſſio eſt ius inſiſtendi, dominium ius diſponendi.*
7 *Dominium vtile ſeparatum à directo, & contra an cõtineatur in Bartoli diffinitione. Et num. ſeqq.*
8 *Dominus directi an poſſit alienare directum dominium inconſulto domino vtilis.*
9 *Dominus directi habet ciuilem rei poſſeſſionem: dominus verò vtilis naturalem.*
10 *Dominium propriè ſumptum duplex, vtile, & directum.*
11 *Dominium directum, & vtile quomodo definiantur.*
12 *Dominium vtile quotuplex ſit.*
13 *Effectus dominij vtilis, & directi remiſſiuè.*
14 *Dominium redituum Eccleſiaſticorum diſtinctorum à diſtributionibus quotidianis propriè ſumptum non competit clericis, & num. ſeqq.*
15 *Bona Eccleſiæ vocantur patrimonium Chriſti. & bona pauperum, num. 16.*
17 *Clerici an ſint vſufructuarij, vel vſuarij rerum Eccleſiaſticarum.*
18 *Dominium diſtributionum quotidianarum propriè conuenit clericis; & nu. ſeqq.*
19 *Nauar. dum nullum diſcrimen conſtituit inter diſtributiones quotidianas, & reliquos prouentus Eccleſiaſticos quoad dominium clericis acquirendum, fallitur.*
20 *Diuerſa ratio eſt diſtributionum quotidianarum, & reliquorum redituum quoad dominium acquirendum; & quæ illa ſit; num. ſeqq.*
21 *Dominium habet clericus quæſitorũ ratione dignitatis, & ordinis clericalis.*
22 *Dominium redituum Eccleſiaſticorum habent clerici quatenus id ſibi à ſacris canonibus expreſsè conceditur.*
23 *Diſtributiones non ſubrogantur loco groſſæ.*
24 *Finis præcepti non eſt in præcepto.*
25 *Finis inſtitutionis diſtributionum quotidianarum quiſnam ſit.*

### *An, & quomodo clerici Collegiatarum Eccleſiarum dominium habeant quotidianarum diſtributionum. Quæſtio I.*

QVONIAM omnes ferè quæſtiones, quas de diſtractu, & diſpoſitione quotidianarũ diſtributionũ inſtituemus ab ea pẽdent, an clerici earũ dominiũ habeant, cũ facultas de re diſponẽdi regulariter à dominio ipſo rei oriatur, vt mox docebimus; ideo antequam ad alias quæſtiones huius 3. par. deſcendamus, videndum eſt de domi-

nio, quod in quotidianis diſtributioni-
bus clerici habent.

Præmittendum tamen aliquid de do
minio ipſo. Dominium igitur latè ſum-
1 ptum † aliquando accipitur pro domi-
nio pleno, aliquando pro proprietate,
aliquando pro vſufructu, aliquando
etiam pro vſu; vt notat, & probat in-
ter cæteros Bart. in l. qui vſufructum
num. 2. ff. de verb. obligat. aliquando
etiam pro poſſeſſione, vt in cap. volu-
mus, vbi Glo. 16. quæſt. 4. l. quoties C.
de rei vendic. & l. locorum C. de omni
agr. deſer. lib. 11. aliquando denique
pro omni iure incorporali; vt adno-
tauit Bart. in l. ſi quis vi §. differentia
num. 4. ff. de acquirend. poſſeſſ. Do-
2 miniū autem propriè ſumptum, † licèt
à Bal. in l. feminæ §. illud C. de ſecund.
nupt. definiatur plena poteſtas cū alie-
nandi facultate, à Rebuf. verò ad l. alie-
natum Verb. in dominio in princip. ff.
de verb. ſignif. quod ſit ius proprium,
quod in re habemus; ab alijſque aliter
deſcribatur, præcipuè verò à Fernan.
Vaſqu. Controu. Illuſtr. lib. 1. cap. 17.
num. 4. & in præfat. tract. de ſucceſſ.
progr. num. 175. vbi etiam illam Bart.
quā mox afferemus definitionem, prius
oppugnat, deinde ſatis quoq; defendit.
tamen ſatis congruè definiri poſſe vi-
detur cum Bartol. d. §. differentia num.
4. Salic. in l. traditionibus C. de pact.
Imol. in l. clam. ff. de acquir. poſſeſſ.
Balb. in tract. de præſcript. 2. part. prin-
cip. quæſt. 2. num. 6. & alijs Doct. magis
communiter d. §. differentia teſte inter
cæteros eodem Vaſqu. d. cap. 17. num.
6. nimirum, quòd ſit ius de re corporali
perfectè diſponendi, niſi lege prohi-
3 beatur. Dicitur autem ius, † ſubdit
ibid. Bart. ad differentiam ipſius rei cor
poralis, quæ eſt quid facti, & ideo Doc.
in rub. ff. de acquir. rer. domin. adno-
4 tarunt † aliud eſſe dominium rei, aliud
ipſam rem; ſed hoc ipſum meliùs pro-
batur in l. & an ea §. actiones ff. de ex-
cept. rei iudic. Subditur autem in de-
finitione, de re corporali, ad differen-
5 tiam incorporalium, in quas † propriè
non cadit dominium, vt docet Bart. d.
§ differentia num. 4. per tex. in l. 4. ff.
de vſufr. vnde communiter earum do-
minium, vocatur quaſi dominium. Di-
citur etiam perfectè diſponendi iuxta
tex. in l. in re mandata C. mandat. & ad
6 differentiam poſſeſſionis, quæ eſt † ius
inſiſtendi; vt tradit idem Bart. d. num.
4. & in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. num. 6.
& ſeqq. Deniq; ponitur in definitione,
niſi lege prohibeatur, inquit Bart. d. §.
differentia num. 4. propter rem pupilli,
& propter ea, quæ ponuntur in l. 2. ff.
de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. Na-
uar. autem in Comment. 1. de regular.
ad cap. cui portio 12. quæſt. 1. num. 12.
verſic. decimum quartū, ꝙ dominium,
addit huic definitioni cum Aret. d. §.
differentia hac verba, ſaluo iure alte-
rius ad includendum dominium dire-
ctum ſeparatum ab vtili, & vtile ſepa-
ratum à directo, quæ qui habent poſ-
ſunt quidē de ijs diſponere perfectè,
inquiunt iſti Doct. ſed ſaluo iure alte-
rius per l. 2. C. de iur. emphit. & capit.
7 potuit, de locat. verùm † non ideò re-
cedo à Bartoli definitione: nam vt id
nunc obiter dicamus, licèt fatear non
poſſe regulariter Emphitectam, hoc
eſt habentem vtile dominium rei, rem
ipſam, ſeu eius vtile dominium incon-
ſulto domino alienare, d. l. 2. & fin. C.
de iur. Emphit. & d. cap. potuit, de lo
8 cat. tamen id † locum non habet in do-
mino directi, nam is in conſulto eo, qui
habet dominium vtile, alienare poteſt,
vt poſt Boer. deciſ. 107. num. 1. Iaſ. d.
l. fin. num. 17. Bal. & Salic. num. 12.
Imol. d. cap. potuit num. 9. & alios latè
reſoluit Corb. in tract. de cauſ. ex quib.
Emphit. iur. ſuo priuat. tit. de cauſ. pri-
uat. ob alienat. irrequiſ. dom. fact. limit.
11. per tot. Accedit, quòd, vbi etiam
id admitteremus in alienatione directi
dominij ad huc ſatis id, & quod de vti-
li dominio diximus, contineri videre-
tur in illis verbis definitionis, niſi lege
prohibeatur; cum tunc dici poſſet illā
perfectam diſpoſitionem prohiberi à
lege requirente ad alienationem alte-
rius



[illegible] cōſenſum, quare: vt etiam directū
dominium comprehēderetur, videba-
tur potiùs non eſſe addendam illam
dictionem, corporali, prout eam de-
traxit Nauar. loc. cit. ſed ob aliam cau-
ſam, nimirum, vt contineretur etiam
dominium rerum incorporaliū, quod
tamen non debuit facere cum ibi Bart.
ſolum definiat dominium propriū, hoc
eſt corporalium; rerum enim incorpo-
ralium dominium improprium eſt; vn-
de non abſolutè, ſed quaſi dominium
dicitur, vt idem Nauar. adnotauit, &
Alciat. in d. §. differentia num. 11. ff. de
acquir. poſſeſſ. dictio autem quaſi im-
propriatiua eſt, l. item Mela ff. de leg.
aquil. l. nec vllam §. penul. l. ſed etſi §.
quod ait, ff. de petit. hæred. cum alijs
adductis per Rebuf. in l. inter ſtuprum
§. ſeruis legatis in princip. ff. de ver-
bor. ſignific. videbatur igitur potiùs,
vt dicebamus, non eſſe addenda illa
dictio, corporali, in definitione Barto-
li, vt dominium quoque directum rei
corporalis complecteretur, cum domi-
nus directi de re ipſa corporali diſpo-
nere non poſſit; ſed tamen adhuc puto
ſatis in ea definitione directum domi-
nium comprehendi, cum ſatis dicatur
quoad directum dominium de re ipſa
9 corporali diſponi, cuius † ciuilem poſ-
ſeſſionem directus dominus habere di
citur, ſicut dominus vtilis naturalem
Gloſ. Bart. Caſtr. Alex. & alij in l. 3. §.
ex contrario ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ.
in l. naturaliter in princip. num. 15. ff.
de acquir. poſſeſſ. dicēs hoc eſſe in iu-
re expeditum cum alijs, quos recenſet
Tiraq. in tract. le mort Saiſir le vif. 4.
par. declar. 6. num. 1. Couar. in relect.
reg. poſſeſſor. 2. par. in princip. num. 4.
& Valaſc. tract. de iur. Emphit. q. 18.
10 num. 1. & 5. Diuiditur autem † domi-
nium propriè ſumptū in duas ſpeties,
in dominium nimirum directū, & vti-
le; ita Bart. magis communiter rece-
ptus in d. l. ſi quis vi §. differentia nu. 5.
ff. de acquir. poſſ. Nauar. d. Cōment. 1.
de regular. num. 12. Rebuf. d. l. aliena-
tum Verbo in dominio verſic. duplex
eſt dominium, de verb. ſignifi. & alij
quos refert Valaſc. d. tract. de iur. Em-
phit. quæſt. 13. num. 3. & conſtat ex tex.
in Auth. ſi verò C. de hæret. Dominiū
11 directum, vt ait Rebuf. loco cit. † eſt
ius, ſeu dominium ſuperius, quod quis
habet in re ſua, vtile verò eſt dominiū,
ſeu ius quoddam inferius; vtile porrò
12 dominium † duplex eſt aliud recogno-
ſcens directum, ſeu ſuperius, quale eſt
Emphiteotæ, ſuperficiarij, feudatarij,
& conductoris ad longum tēpus, aliud
contradicens directo, illudq; perimēs,
& quaſi occidens, prout eſt illud, quod
præſcriptione acquiritur. ita Bart. d. §.
differentia num. 6. & alij apud Valaſc.
d. nu. 3. vbi etiam addit tertiam quan-
dam ſpetiem vtilis dominij, quod aſſi-
miliatur, ſeu adhæret directo, prout eſt
ceſſionarij, l. emptor cum ſua Gloſ. C.
de hæredit. vel act. vendit. & fideicom-
miſſarij, vt habetur in l. ex aſſe ff. ad
13 Trebell. De effectibus autem † vtilis,
& directi dominij latè tradit Valaſc.
d. tract. de iur. Emphit. quæſt. 14. per to
tam. His de dominio præmiſſis ſit

Prima concluſio. Probabilius mihi
14 eſt † clericos non habere verum, &
proprium dominium fructuum, & re-
dituum Eccleſiaſticorum, qui à quoti-
dianis diſtributionibus diſtinguuntur.
quāmuis enim id iure diuino non con-
uincatur, vt oſtendit Sot. lib. 10. de iuſt.
& iur. quæſt. 4. art. 3. tamen ſatis id iure
humano, & Pontificio cautum reperi-
mus; nam in cap. cum ex eo verſic. nos
ſuper hoc, de elect. lib. 6. bona Eccleſiæ
15 † vocantur patrimonium Chriſti; &
cap. 1. 12. quæſt. 2. reditus beneficiorū
dicuntur pecuniæ Chriſti; idem etiam
probatur in cap. futuram, 2. quæſt. 1. c.
Epiſcopus 12. q. 2. capit. quicquid, 16.
quæſt. 1. cap. quod autem, 23. quæſt. 7.
cap. conuenior, 23. quæſt. 8. in quibus
16 iuribus habetur, quòd † quicquid cle
rici habent nō ipſorum, ſed pauperum
eſt. idem etiam probant alia iura, &
Patrum dicta relata à Sot. d. art. 3. in
princip. quare quòd dominium bono-
rum, & redituum Eccleſiaſticorum
non

non ſit penes clericos, voluit Gloſ. in cap. expedit, 12. quæſt. 2. vbi alij plerique Doct. Archid. in cap. ſtatutum §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6. Abb. in c. cũ eſſes, de teſtam. latè Thom. Vuald. tom. 1. lib. 4. cap. 42. & quatuor ſeqq. Turrecrem. in cap. videntes, 12. quæſt. 1. Card. Alex. in cap. 1. 44. diſt. Nauar. in Manual. Confeſſ. cap. 25. num. 129. & tract. de redit. Eccleſ. ferè per totũ, maximè verò quæſt. 1. monit. 16. & 40. & quæſt. 2. monit. 7. Gemin. in cap. præſenti, de off. ord. in 6. & alij, quos ad id referunt Nauar. d. monit. 7. num. 1. Marſil. Column. tract. de Eccleſiaſt. redit. 3. par. cap. 34. & Franc. Sarmient. in ſimil. tract. 2. par. cap. 1. qui etiam ibi fatetur hanc opinionem cõmunem, de qua teſtatur quoq; Nauar. locis cit.

17 Id ipſum etiã ſenſerunt quotquot † vel dixerunt beneficiarium in bona valetudine conſtitutũ eſſe vſufructuarium, in ægritudine verò, ex qua decedunt, vſuarium eſſe, vt voluit Gloſ. d. cap. præſenti, de off. ordin. in 6. quam dicit ſingularem Barbat. in c. requiſiſti, nu. 34. de teſtam. & in tract. de præſtant. Cardinal. 1. par. quæſt. 3. concl. 5. alia Gloſ. in cap. 3. de probat. & in cap. poſſeſſiones, de reb. Eccleſ. non alien. vel etiam voluerunt abſolutè beneficiariũ comparari vſufructuario, vt plerique voluerunt in cap. fin. de pecul. cleric. vel deniq; docuerũt ſimilem eſſe vſuario, vt Abb. in cap. cum eſſes num. 21. de teſtam. Glo. in cap. quia nos, eod. tit. alia Gloſ. d. cap. fin. in cap. cum conſtet. de pignor. & cap. cum olim, de rer. permut. & Petr. Greg. lib. 2. Syntagm. iur. vniuerſ. cap. 7. num. 2. & in tract. de benefic. cap. 9. num. 5. certum eſt enim tam vſufructuarios, quã vſuarios verè dominos dici non poſſe. quamuis probabilius putem cum Couar. d. cap. cum in officijs num. 1. de teſtam. & Nauar. d. tract. de redit. Eccleſiaſt. quæſt. 1. monit. 40. num. 12. vbi eam quoque dicit eſſe veram; & receptam ſententiam beneficiarios neque verè dici poſſe vſuarios, neque vſufructuarios, cum maiorem facultatem habeant, quàm vſuarij, minorem, quàm vſufructuarij; poſſunt enim beneficiarij, & debent in ſuos, & alios pios vſus de omnibus reditibus beneficiorum diſponere, vt cap. 1. 12. quæſt. & tot. ferè tit. 12. quæſt. 3. cap. relatum il 2. de teſtam. vſuarij verò ex re, in qua vſum habent, nihil capere poſſunt, prꝗterquam in vſum quotidianum, Inſtit. de vſu, & habit. in princip. cum ſimil. rurſus vſufructuarij licitè poſſunt donare, & relinquere in vita, & in morte ſuos fructus quibuſcunque voluerint ſine vllo paupertatis, aut pietatis intuitu, ob ſolam amicitiam, cognationem, ac liberalitatem §. 1. Inſtit. de vſu, & habit. & Inſtit. de vſufr. in princip. cum vtrobique not. per Glo. & Doct. beneficiarij verò id minimè præſtare poſſunt, vt conſtat ex d. c. cum in officijs cum ſeq. de teſtam. & Trid. Concil. ſeſſ. 25. capit. 1. de reformat. Ex quo optimum reſultat fundamentum pro hac concluſione. cum enim beneficiarij non poſſint liberè, & perfectè diſponere de fructibus, ac reditibus Eccleſiaſticis, ſequitur, vt eorum verum dominium non habeant, quod, vt hac ipſa quæſt. in princip. oſtendimus, eſt ius, ſeu facultas perfectè de re diſponendi; cum maximè id lege non prohibeatur ob defectum perſonæ, vt in minore, furioſo, ac ſimilibus cõtingit.

Secunda concluſio. Probabilius mi-
18 hi eſt † clericos Collegiatarum Eccleſiarum eſſe veros dominos quotidianarum diſtributionum, quas iuſtè acquiſierũt. Probatur id apertiſſimè ex tex. in cap. vnico §. qui verò, de cler. non reſid. in 6. in ijs verbis; qui verò aliter de diſtributionibus ipſis quicquam receperit, (exceptis illis, quos infirmitas, ſeu iuſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſaret,) rerum ſic receptarum dominium non acquirat; aperte enim vult Summus Pontifex, quòd ſi nõ aliter, hoc eſt, ſi intereſſendo, & Eccleſiæ ſeruiẽdo, vel ſi aliqua ex illis trib. cauſis præpeditus diſtributiones receperit,



ſed dominium earum acquirat; atque ita eum textum intellexerunt, idq; adnotarunt Gemin. d. §. qui verò num. 3. Franc. num. 8. Barbat. in cap. fin. col. fin. de pecul. cleric. Guliel. in Extrauag. 1. quæ incipit, ſuſcepti, verb. cõſueuit il 1. ne ſed vacãt. inter cõmun. Card. Clem. fin. quæſt. 13. de præben. Didac. à Spin. in Specul. teſtam. part. 14. Gloſ. Rubr. num. 5. Bolog. in addit. ad Anan. conſi. 87. Dec. conſi. 280. col. 1. Hier. Gig. cõſi. 144. num. 4. idem Gemin. conſi. 85. nu. 18. & 22. quam etiam ſententiam ſequuntur communem eam aſſerentes Pariſ. conſi. 33. num. 8. & 10. vol. 4. Redoa. tract. de Spol. Eccleſ. quæſt. 3. §. & in hac materia num. 4. quæſt. 6. nu. 18. & quæſt. 8. §. deueniendo num. 22. per tex. d. c. vnico, Marſil. Colum. in tract. de redit. Eccleſiaſt. capit. 26. num. 16. & 18. Franc. Burſ. conſi. 226. num. 29. volum. 3. & Couar. in repet. d. capit. cum in officijs nu. 4. de teſtam. & ex eo etiam cõprobare licet; quod clericus, qui diſtributiones legitimè receperit, de ijs liberè, & perfectè diſponere poteſt tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, in ijsq; ab inteſtato clericis ſucceditur, vt in ſeqq. quæſt. latiùs demõſtrabimus; eſt autem dominiũ ius perfectè de re diſponendi, vt ſupr. ex Bart. definiuimus, & Nauar. in Comment. 1. de regul. nume. 12. quem ideo erraſſe
19 † puto, dum d. tract. de redit. Eccleſ. quæſt. 1. monit. 30. num. 2. & 3. nullum conſtituit diſcrimen inter diſtributiones quotidianas, aliosq; reditus Eccleſiaſticos quoad dominium acquirendum, eorumq; diſpoſitionem; primò quia inquit, alia bonorum quærendorum ratio conſtituta per eum, qui ipſa recipit non poteſt mutare finem, ob quem ei data fuerunt ab alijs l. 1. & l. legatum la 1. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. & Clem. quia contingit, de relig. dom. Deinde, quia diſtributiones ſubrogantur cumulo groſſæ, cuius tamen dominium non habent clerici ex ipſo Guliel. in d. Extrauag. ſuſcepti, verb. conſueuit; ſubrogatum autem ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut. cum ibi notat. & ſuis ſimil. Tertiò, quia ſtatutum ad vnũ finẽ contra illud operari non debet, c. fin. de verb. ſig. & l. legata inutiliter ff. de adim. legat. At finis, in quem ſtatutũ eſt in multis Eccleſijs, vt prouentus per diſtributiones quærantur, eſt, vt clerici magis obſtringantur, fiantque religioſiores, quàm eſſent, ſi eoſdem aliter quærerent, & conſequenter non debet maiorem licentiam præbere, vt minùs religiosè de illis diſponere valeant, quàm antea, quando quærebantur ex cumulo communi. Quibus tamen Nauar. rationibus non obſtantibus priori cõmuni opinioni adhæreo, quã in hac 2. concluſione firmaui, & ſatis ni fallor confirmaui, illud dumtaxat addens,
20 † diuerſam eſſe rationem diſtributionum quotidianarum, & cæterorum redituum Eccleſiaſticorũ. Quæ quidem ratio duplex eſt; altera, quoniam, vt ipſemet Nauar. fatetur d. monit. 30. nu.
21 3. quæſita † à clericis ratione dignitatis, & ordinis ſui clericalis extra ſuorũ beneficiorum fructus, puta per Miſſarũ celebrationem, aut per auditiones cõfeſſionum, aut dicendo officia diuina, aut per ſeruitium Capellaniarum, aut per ſtipendia Pulpituum, & vicariatuum, ſiue ſua beneficia obſtrigant eos ad id, ſiue non ſunt in dominio clericorũ, quia hæc lucra, ſunt quaſi patrimonialia, vt dictũ, inquit, Nauar. eſt ſupra, nimirũ monit. 19. at verò certum eſt diſtributiones ꝓpriè dici quæſitas extra fructus beneficiorũ, cũ huiuſmodi fructuũ appellatione nequaquã cõtineantur, vt latiùs oſtendimus 1. par. huius tract. q. 6. in princ. ſimiliter optimè reduci poſſunt ad quæſita dicendo diuina officia, item ad quæſita tum ratione dignitatis, quia ratione Canoniæ competit percipere poſſe diſtributiones, c. dilectus il 1. & cap. pro illorum, cum ſuis Gloſ. de præben. tum ratione ordinis, quoniam ad acquirẽdas huiuſmodi diſtributiones requiritur vt plurimum

nium ordo, vt ſupr. 2. par. quæſt. 15. docuimus, vel ordinis exercitium canendo Miſſam, vel recitando Euangelium, aut Epiſtolã, vt d. 2. par. quæſt. 2. ſatis oſtendimus. denique præcipua ratio, ob quam huiuſmodi quæſita ratione dignitatis, vel ordinis clericalis extra fructus beneficiorum dicãtur quaſi patrimonialia, de ijsq; poſſit clericus tanquam dominus liberè diſponere, eſt, quoniam ſunt tanquam merces laborum, & operum perſonalium, vt patet ex ipſo Nauar. d. monit. 19. num. 2. diſtributiones autem quotidianæ nihil aliud ſunt, quàm merces laborum, operisq; perſonalis, vt d. 1. par. quæſt. 1. in fin. & quæſt. 4. circa medium demonſtrauimus. Altera diuerſitatis ra-
22 tio eſt, quoniam clerici † non habent dominium, & diſpoſitionem prouentuum Eccleſiaſticorum, niſi quatenus expreſſim ſibi à Canonibus cõceditur, vt poſt alios tradit Couar. d. cap. cum in officijs num. 2. de teſtam. Canones verò huiuſmodi dominium, & diſpoſitionem admittũt in quotidianis diſtributionibus d. cap. vnico §. qui verò, de cler. non reſid. in 6. negant verò quoad alios reditus, & fructus beneficium, vt in iuribus ſupr. in 1. & hac 2. concl. allegatis. hæc ratio colligitur ex Couar. d. c. cum in officijs nu. 4. iuncto d. nu. 2. Ex quibus facile eſt ad rationes Nauar. reſpondere. Ad primam enim dicimus hanc ipſam diuerſam quærẽdorum bonnorum rationem nõ ab ijs, qui ea lucranrur, ſed ab ijs, qui ea dederũt inſtitutam, & ab Eccleſia conſtitutam
23 eſſe. Ad ſecundam negamus † diſtributiones ſubrogari loco groſſæ, cũ planè diuerſa ſint, vt d. 1. par. quæſt. 3. demonſtrauimus; quòd ſi in aliqua Eccleſia groſſi fructus in diſtributiones conuertantur, tunc non dicetur facta ſubrogatio, ſed in diuerſam ſpeciẽ conuerſio, ſicut ẽt continget in caſu decreti Trid. Conc. ſeſſ. 21. cap. 3. de reform. vbi mandat tertiam partem fructuum, & prouentuum beneficij in diſtributiones quotidianas conuerti. Tertia denique Nauar. ratio facilè tollitur
24 tum dicendo † finem præcepti non eſſe in præcepto, vt voluit S. Thom. 1. 2. quæſt. 160. artic. 9. & 10. & pluribus cõprobat ipſe Nauar. d. tract. de redit. Eccleſ. quæſt. 1. monit. 58. per tot. tum
25 etiam negando † finem conſtitutionis diſtributionum eſſe, vt clerici fiant religioſiores quoad earum diſpoſitionẽ; ſed ſolùm quoad diuinum cultum, vtq; in eo magis ſeduli eſſent, & aſſidui, vt conſtat ex ijs, quæ attulimus d. 1. par. quæſt. 5. concl. 3. Atque ex his ſatis; ni fallor confirmata manet hæc poſterior cõcluſio, reſponſumq; contrarijs.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Teſtari qui poteſt, poteſt etiam dorare cauſa mortis, & codicillari.*

2 *Teſtandi facultas alicui conceſſa extenditur ad donationem cauſa mortis, & codicillos.*

3 *Teſtari non poſſunt clerici de fructibus, & reditibus diſtinctis à diſtributionibus poſſunt tamen omnia relinquere in vſus pios, & aliqua denemeritis num. 4.*

5 *Teſtari poſſunt liberè clerici, vbi adſit generalis conſuetudo, de reditibus Eccleſiaſticis quibuſcunque.*

6 *Papa concedere poteſt clericis, vt teſtari poſſint de quibuſcunque Eccleſiaſticis reditibus.*

7 *Teſtari liberè poſſunt clerici de quotidianis diſtributionibus iure quæſitis. Et quæ ſit ratio. num. 8.*

9 *Vſusfructus morte finitur.*

10 *Vſufructuarius de fructibus acquiſitis teſtari poteſt. & dicitur dominus vſusfructus. num. 11.*

## *An clerici liberè de quotidianis diſtributionibus diſponere poſſint per vltimam voluntatem.*

## *Quæſtio II.*

DIXIMVS in quæſt. præced. de dominio, quod clericis competit circa reditus Eccleſiaſticos, præcipuè verò circa quotidianas diſtributiones; veniamus nunc ad quæſtiones ex ea cõſequẽtes, nimirũ an clerici



de ijs diſponere poſſint ſiue per vltimã voluntatem, ſiue alia ratione. Et primò quoad vltimam voluntatem. Quãmuis autem ferè non niſi de teſtamento dicturi ſimus; tamen id ipſum intelligendum erit de quauis alia vltima voluntate; qui enim † teſtari poteſt, poteſt; & donare cauſa mortis, & codicillari, l. Marcellus ff. de donat. cauſ. mortis, & l. cõficiuntur, ff. de iur. codicil. Nauar. tract. de redit. Eccleſ. quæſt. 3. monit. 10. num. 1. & 2. vbi etiam contra Dec.
2 cõſ. 512. oſtendit † facultatem teſtandi alicui cõceſſam extẽdi ad donationem cauſa mortis, & codicillos, cum ſint quid minus teſtamento, cũ maximè & in caſu noſto agatur non defectu, aut integritate perſonę diſponẽtis, ſed rei, de qua diſponitur.

Prima igitur concluſio ſit. Clericus
3 beneficiarius † de reditibus Eccleſiaſticis, qui à diſtributionibus quotidianiſ diſtiguuntur, hoc eſt, fructibus beneficiorum, liberè teſtari non poſſunt, cap. ſint manifeſtæ, 12. quæſt. 1. c. quia Ioannes, cap. fixum, & tot. ferè tit. 12. quæſt. 5. cap. ad hæc, cap. quia nos, cap. cum in officijs, & cap. relatum il 2. de teſtam. latè Couar. d. cap. cum in officijs num. 6. & Nauar. d. tract. de redit. Eccleſ. quæſt. 3. monit. 1. Mich. Craſſ. in tract. de ſucceſſ. §. teſtamentum q. 33. num. 7. & Viui. com. opin. lib. 1. Verb. clericus. Permittit tamen Alex. 3. Summus Põtifex d. cap. relatum il 2. vt poſ-
4 ſint † aliqua relinqui pauperibus, & ijs, qui viuenti ſeruierunt, licèt cõſanguinei ſint, iuxta communem Doct. interpretationem ibi, & Nauar. d. mo-
5 nit. 1. Quin etiam † generalem cõſuetudinem adeſſe, vt de ijs liberè teſtari poſſint clerici Epiſcopis inferiores etiã in vſus non pios, eamq; valere teſtantur, ac pluribus comprobant Couar. d. cap. cum in officijs, num. 9. verſic. Sed quoties animaduerto, Sarmiẽt. in trac. de redit. Eccleſ. 2. par. cap. 6. & par. 4. cap. 1. nu. 8. cum ſeqq. & Didac. à Spin. d. Specul. teſtam. par. 14. Gloſ. Rubric. num. 14. Marſil. Colum. in ſimil. tract. de redit. Eccleſiaſt. 3. par. c. 36. quàmuis Nauar. d. tract. de redit. quæſt. 1. monit. 53. & 54. quæſt. 2. monit. 22. & q. 3. monit. 2. num. 2. contendat non adeſſe huiuſmodi generalem cõſuetudinem, & vbi adſit, eam non valere, quod poſtremum etiam tradiderunt pleriq; d. c. cum in officijs, & cap. relatum. Abb. d. c. cum eſſes, Aluar. Pelag. de planct. Eccleſ. lib. 2. art. 28. col. 3. & alij plurimi, quos refert eorum opinionem magis communem aſſerens Couar. d. c. cũ in officijs num. 9. in princip. Qua in re, vt meum quoq; interponam iudicium ſalua ſemper Eccleſię determinatione, illud aſſero, quòd quicquid ſit, an exiſtat huiuſmodi conſuetudo vniuerſalis, vel non, certè vbi ea vigeat, puto illam iure ſuſtineri poſſe, ſaltem, ſi immemorabilis ſit, cũ iure dumtaxat humano prohibita ſit clericis huiuſmodi diſpoſitio de reditibus Eccleſiaſticis per vltimam voluntatem. vnde vide-
6 mus, † Papam cõcedere poſſe, & multis cõcedere facultatem, vt teſtari poſſint de hiſce reditibus, quod pluribus comprobant Craſſ. d. quæſt. 33. num. 9. Couar. d. cap. cum in officijs num. 1. & ſeqq. & ipſe Nauar. d. quæſt. 3. monit. 6. vſque ad 10. neq; n. poteſt Papa contra ius diuinum, aut naturale diſpenſare, vt oſtendimus in tract. de decim. cap. 5. quæſt. 2. concl. 2. quod verò iure dumtaxat humano prohibitũ ſit clericis teſtari de reditibus Eccleſiaſticis, latè ẽt docent Couar. d. capit. cum in officijs num. 2. & 9. Didac. à Spin. d. num. 14. & Sot. lib. 10. de iuſt. & iur. quæſt. 4. art. 3.

Secunda concluſio. Veriſſimũ eſt,
7 & cõmunis ferè Doct. concluſio, † clericos Collegiatarum Eccleſiarum liberè teſtari, ac per vltimam voluntatem de quotidianis diſtributionibus iure quæſitis diſponere poſſe. Huius ſententiæ fuerunt quotquot ſupra quæſt. præced. concl. 2. adduximus tenentes clericos huiuſmodi diſtributionum verũ, & proprium dominium habere. ſed hanc opinionẽ expreſsè ſecuti ſunt Gemin. d. c. vnico §. qui verò nu. 3. & ibi

Bb Franc.

Franc.nu.4. de cler. non reſid.in 6.Gu-
liel.in Extrauag.ſuſcepti Verb.conſue-
uit,ne ſed. vacant. inter commun. Bar-
bat.in cap. fin. de pecul. cleric. vbi etiã
Hoſt. & cap. requiſiſti circa fin. de te-
ſtam.Rip.in l. obligatio num. 46. ff. de
verb. oblig. Redo. tract. de ſpol. Ec-
cleſ. quæſtione 3. §. & in hac materia
nume. 4. & 35. Craſſ. in tract. de ſuc-
ceſſion. §. teſtamentum quæſtione. 33.
num. 8. Clar.lib.3. ſententiarum §. te-
ſtamentum quæſt. 27. num.70. Gig. d.
conſ. 144.num.5. idem Gemin. d. conſ.
85. num. 18. Dec. d. conſ. 280. & de
communi teſtatur Pariſ.d. conſ. 33.nu.
11. vol.4.& Franc.Burſat.conſ.226.nu.
49. vol. 3. quam etiam ſententiam in
practica communiter obſeruari, licèt
contrarium de iure verius putet, tradit
Nicol.de Vbald. in tract.de ſuceſſ. cle-
8 ric. vlt.par. num.19. Ratio autem † il-
la communiter ab omnibus, maximè
verò à Pariſ. d.conſ.33. num. 12. Craſſ.
& Clar.loc. cit. affertur,quoniam,licèt
quodãmodo dici poſſit eas acquiri in
tuitu Eccleſiæ, tamen principaliter
dantur intuitu perſonę propter diurnã
operam, aſſiduumque ſeruitium,atque
obſequium Eccleſiæ præſtitum, quod
& nos docuimus ſup. 1. par.quæſt. 1.in
fin. & quæſt. 4. circa medium. Cui illa
quoque ratio adijcenda eſt, quoniam
clerici habẽt quotidianarum diſtribu-
tionum dominiũ,vt ſupr.quęſt.præced.
concl. 2. demonſtrauimus; ideoque de
ijs teſtari ac diſponere poſſunt per vl-
timam voluntatem. hanc rationem po-
nit Craſſ. d. num. 8. in princip. & ſatis
colligitur ex Clar. d. num.8.& Pariſ.d.
conſ.33.num.10. Quin etiam admiſſo,
quòd clericus quoad huiuſmodi quoti
dianas diſtributiones eſſet tantum vſu-
fructuarius, ad huc de ijs diſponere
poſſet in vltima voluntate, vt in ſpetie
voluiſſe videtur Clar. d. num. 10.& de
alijs fructibus tradiderunt Gloſ.d.cap.
præſenti §. porrò de off. ord.in 6.Hoſt.
d. cap. fin. de pecul. cleric. & Clar. d.
quæſt.27.num.8.certum enim eſt quòd
9 licèt † vſusfructus morte finiatur,§.fi-
nitur Inſtit.de vſufr.& l.defuncta,ff.de
vſufr. cum ſuis concord. tamen vſu-
10 fructuarius† de ipſis fructibus iam ac-
quiſitis vſq; ad mortem, ſi extẽt, liberè
teſtari, ac diſponere poteſt, vt conſtat
ex d.l. defuncta, & l. vſufructuarius
mortem, ff. quemadmod. vſusfr. amit-
tat. vbi id tradunt Doct. communiter
11 vnde etiam vſufructuarius † dicitur
dominus vſufructus l.in venditione, ff.
de bon.author.iud.poſſid. Iam verò ad
alia tranſeamus.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Inteſtatus deceſſiſſe dicitur qui vel nullum, vel non iure fecit teſtamentum.*

2 *Clerico inteſtato decedenti ſuccedunt iure communi Eccleſia, vel ſucceſſor in beneficio quoad ipſos reditus beneficij, vel bona ex ijs acquiſita. Et quid de conſuetudine num. 3.*

4 *Clerico inteſtato quoad diſtributiones quotidianas ſuccedunt conſanguinei, & nu. ſeqq.*

5 *Argumentatio hæc valet, poteſt quis de aliqua re teſtari; igitur ſi de ea non teſtetur, in ea ſuccedunt conſanguinei.*

6 *Conſanguinei ſuccedunt clericis in ijs, quorũ habent dominium. item in quæſitis induſtria, & labore, licèt habeant dependentiã à dignitate cleriacli. num. 7.*

8 *Diſtributiones quotidianæ veriùs dicuntur quæſitæ ratione dignitatis clericalis, laboris, & perſonæ, quàm ratione beneficij, aut Eccleſiæ.*

9 *Acquiſita à clerico ratione laboris in Eccleſia præſtiti, quàmuis pendeant ab ordine clericali, puta celebrando, &c. dicuntur quaſi patrimonialia.*

10 *Spolio non ſubiacẽt diſtributiones quotidianæ, ſeu bona ex eis quæſita.*

11 *Spolio clericorum non ſubiacent bona quæſita ratione dignitatis clericalis, aliunde tamen, quàm ex reditibus beneficij.*

12 *Diſtributiones quotidianæ inter bona quaſi patrimonialia connumerantur.*

13 *Hæredes ſuccedunt clericis in quotidianis diſtributionibus acquiſitis, licèt adhuc exactæ non fuerint.*

14 *Inſeruiens Eccleſiæ intereſſendo diuinis efficitur verus creditor diſtributionum quotidianarum.*

15 *Diſtributiones quotidianæ ſunt, etiamſi actu non diſtribuantur; & num. 22.*

16 *Difficultas exactionis non impedit obligationem.*

17 *Diſtributiones quotidianæ debentur, licèt per diuturnum tẽpus exactæ non fuerint; immo & vſque 30. annos poſtquam exigi potuerunt. num. 18.*

19 *Stipendio ſuo fraudari non debet qui ſeruitium Eccleſiæ præſtitit.*

20 *Decij conſi. 280. manifeſtus error. cuius rationes referuntur num. 21. & refelluntur num. 22. & ſeqq.*

23 *Nomẽ diſtributionis quotidianæ an, & quomodo executionem, & actum ſignificet.*

24 *Diſtributio cuiuſque anni reſtringenda eſt ad prouentus, qui percepti ſunt eo anno.*

25 *Fructus cuiuſq; anni deſtinati ſunt pro oneribus iucumbentibus illo anno vſque ad nouos fructus,*

26 *Cultus diuinus non minuitur ſi dentur antiquis Canonicis, vel eorum hæredibus diſtributiones iam acquiſitæ.*

27 *Aequales eſſe debent clerici in percipiendis diſtributionibus quotidianis.*



## *An Clericis conſanguinei ſuccedant ab inteſtato in quotidianis diſtributionibus. Quæſtio III.*

DIXIMVS in præcedenti
quæſtione de ſucceſſione
ex teſtamẽto in quotidia-
nis diſtributionibus. Sed
quoniã ſæpè homines de-
cedunt ab inteſtato, & dubitari poſſet
de ſucceſſione; ideo poſt eam quæſtio-
nem de ſucceſſione ex teſtamento ſe-
quitur hæc de ſucceſſione ab inteſtato.
ſic ſanè continuarunt Abb. & cæteri in
rubr.de ſucceſſ. ab inteſt. eam rubr. cũ
præced. de teſtam. vbi etiam illud tra-
1 diderũt, quòd † inteſtatus dicitur, qui
nullum, vel non iure fecit teſtamẽtum
per tex.in l.fin.C.famil.erciſcun. Hanc
verò totam quæſtionem trib. concluſ.
abſoluemus.

Prima concluſio. Attento iure
2 communi ſcripto certum mihi eſt † in
fructibus beneficiorum, ſeu alijs redi-
tibus Eccleſiaſticis præter quotidianas
diſtributiones, ſicut & in bonis ex ijs
fructibus acquiſitis, clericis deceden-
tibus ſuccedere ab inteſtato non con-
ſanguineos, ſed Eccleſiam, vel ſucceſ-
ſorem. tex. ſunt aperti in cap. Epiſcopi
cum duob.ſeqq.12.quæſt.1. & quæſt.3.
cum duab.ſeqq.ferè per totas,cap.cum
in officijs, & cap. relatũ il 2.de teſtam.
iuncto cap.pręſenti §.porrò,de off.ord.
in 6.vbi id aduotarunt Doct. Iaſ. conſi.
75. col. 2. lib. 3. & Nicol. de Vbald. d.
tract. de ſucceſſ. ab inteſt. cleric. part.
vlt.num.9.vſque ad 19. Dixi autem at-
tento iure communi ſcripto, quoniam
3 ex conſuetudine † videmus pleriſq; in
locis ſuccedere conſanguineos; de qua
conſuetudine teſtantur eam probantes
Couar. d. capit. cum in officijs num.9.
Io.Roias in Epit.ſucceſſ.cap.34. nu.40.
& ſeqq. Nicol.de Vbald.d. par. vlt.nu.
22.ad fin.necnõ Marſ. Colum.in tract.
de redit. Eccleſ. 3. par. c.36. Sarmient.
d.tract.de redit.2.par. cap. 6. & par. 4.
cap.1.num.8.& Didac. à Spin. d. Spec.
teſtam.par.14.Glo.rubr.nu.14.& ſeqq.
qui tamen tres poſtremi Doct. loquun-
tur potiùs de conſuetudine teſtandi.

Secunda concluſio. Certum quoq;
4 mihi eſt † clericis ab inteſtato deceden
tibus ſuccedere in quotidianis diſtri-
butionibus conſanguineos. probatur
primò, quoniã clerici de ijs teſtari poſ-
ſunt, vt præced.quæſt.concl.2.demon-
ſtrauimus; igitur, ſi non teſtentur, ſuc-
cedent in eis cõſanguinei. valet autem
5 † hęc argumentatio, quicquid voluerit
in hac ſpetie Nicol. de Vbald. d. par.
vlt. nu. 19. nam, & ſi in bonis clericorũ
acquiſitis intuitu perſonæ nõ videatur
admittenda huiuſmodi argumentatio,
cum de ijs bonis teſtari poſſint clerici,
ſi tamen nõ teſtentur in ijs ſuccedit Ec-
cleſia, cap. quicumque, 12. quęſt.3.cap.
fin.12.quæſt. 5.& cap. 1. de ſucceſſ.ab
inteſt. nihilominus id intelligendum
eſt, cùm clericus non habet conſan-
guineos, vt conſtat ex tex. d. cap. fin.
ibi, ſine teſtamento, & ſine cognatione
deceſſerit, adnotauitque Gloſ.d.cap.1.
& capit. quicunque, Roland.Paſſager.
in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 24.

& ipſe Vbald. d. par.vlt. num. 8. quare
optima erit argumentatio; poteſt quis
aliqua de re teſtari; ergo, ſi de ijs non
teſtetur, ſuccedent ei conſanguinei, ſi
quos habet, iuxta tex. in Auth. de hæ-
red. ab inteſt.in princip.cum ibi not.&
ſuis ſimil. Neq; obſtat tex. in Auth. ſi
qua mulier, C. de ſacroſ.Eccl.quē ad-
ducit Vbal.d. num. 19. ex eo deſtruere
cōtendens huiuſmodi conſequentiam.
nihil enim ibi ad rem habetur,ſed ſo-
lùm traditur,quomodo mulieri liberos
habenti, vel non, ſi Monaſterium in-
grediatur, liberi ipſi, vel Monaſterium
ſuccedat. Probatur 2. hæc concluſio,
6 quia certum eſt † conſanguineos ſuc-
cedere etiam clericis in ijs, quorum
habent dominium, vt cōſtat ex d.c.fin.
12. quæſt. 5. admittitque Vbald.d.par.
vlt. ferè per totam; nos autem proba-
uimus ſupr. quæſt. 1. concl. 2. clericos
habere verum dominium diſtributio-
num, quas lucrati ſunt,& perceperunt.
7 Tertiò probatur quoniam † in quæſitis
propria induſtria, & labore, etiam ſi
habeant dependentiā à dignitate cle-
ricali clericis ſuccedunt conſanguinei,
vt tradunt Doct. d. cap. fin. 12. quæſt.
5. cap. quia nos, & cap. requiſiſti, de
teſtam.cap.1.2.& 3. de ſuceſſ.ab inteſt.
Nauar.d.tract.de redit.quæſt.1.monit.
19.& 30. alijque, quos refert Vbald. d.
part. vlt. num. 22. circa medium, &
Pariſ.qui de communi teſtatur,cōſ. 33.
num. 26. vol. 4. diſtributiones verò
8 quotidianæ † veriùs dicuntur quæſitæ
ratione dignitatis clericalis, laboris,
& induſtriæ,quàm ratione beneficij,vt
tradidimus quæſt. præced. concl. 2. &
latiùs 1.par. quæſt. 1. in fin. & quæſt.4.
circa medium. Quartò, & poſtremò
probatur hæc concluſio, quoniam eam
in ſpetie firmauit Hierom. Gig. conſi.
144.num.21. & Pariſ.d. conſi. 33.num.
25. & 26. poſt Corn. conſi. 314. col. 2.
vol.3.& Soc. conſi. 91. nume. 3. vol. 3.
Redo.tract.de ſpol. Eccleſ. q. 1. nu.25.
& quæſt.8. §. deueniendo num. 22. per
tex.d.cap.vnico,de cler. non reſid.in 6.
hancq; opinionem obſeruari, & quod
in iudicijs teneretur, docet Vbald. d.
num. 19. quàmuis ipſe contrarium te-
neat ob has rationes; primò quia non
ſolùm cæteri reditus beneficij, ſed etiā
diſtributiones competunt clerico ra-
tione diuini officij, prout colligitur,
inquit, ex not. in cap. cum ſecundùm
Apoſtolum,& cap.licèt,de præben.nec
non ex d. cap. vnico,de cler. non reſid.
in 6. vbi Papa damnat conſuetudinem
Eccleſiarum, quę habebat, quòd quo-
tidianæ diſtributiones darentur præ-
ſentibus etiamſi non intereſſent diui-
nis officijs. Secundò mouetur per tex.
in cap.1. cap. quia nos, & cap. relatum
il 2. de teſtam. in quibus iuribus ſem-
per ponderatur, quòd quæſitum intui-
tu Eccleſiæ applicatur Eccleſiæ;nō po-
teſt autem dici non quæſitum ratione
Eccleſiæ id, quod quærit præbendatus
ratione diuini officij, quod in ipſa Ec-
cleſia celebratur; ſi.n. (ſubdit Vbald.)
intereſſet diuino officio in Eccleſia nō
tanquam perſona ipſius Eccleſiæ,certè
non perciperet quotidianas diſtribu-
tiones,vt not.in c.cum M. Ferrarienſis,
de conſtitut. Tertiò, & poſtremò mo-
uetur per dictum Innoc. in c. cū inter,
de verb.ſignif. & cap. requiſiſti, de te-
ſtam. dicentem quæſita per Curatum
in iniungendis pœnitentijs Parochia-
nis ſeruanda ſucceſſori tanquam quæ-
ſita intuitu Eccleſiæ. Idem autē, quod
dixit de diſtributionibus quotidianis,
concludit etiam de anniuerſarijs de-
functorum per tex d. cap. vnico in fin.
vbi hæc duo æquiparantur, & per Lap.
Alleg. 43. Quibus tamen rationibus
Vbald. quæ omnes ferè ad vnam ten-
dunt, facile eſt ex ſupra per nos addu-
ctis reſpondere. Ad primam enim di-
cimus, quòd, licèt concedamus diſtri-
butiones dari ratione diuini officij, nō
tamen inde ſequitur eas acquiri intui-
tu Eccleſiæ,aut beneficij,ſed potiùs ra-
tione dignitatis, & laboris; non enim
ſtatim ac clericus beneficium in Colle
giata Eccleſia accepit, eiue adſcriptus
eſt,acquirit diſtributiones,ſed tum de-
mum, ſi in Eccleſia ipſa laborauerit,
eique



eique in diuinis officijs inſeruierit, vt
loquitur tex.d. cap. vnico, & nos ſupr.
ſuis locis demonſtrauimus; neq; obeſt,
quòd quodammodo depēdeat à bene-
ficio ius percipiēdi diſtributiones; imò
& quòd beneficium ad id adſtringat;
adhuc enim dicentur acquiſitæ ratio-
ne perſonæ, vt in ſpetie docet Pariſ. d.
conſi.33. nu. 26. & in ſimili monet Na-
uar.d.tract.de redit.quæſt.1.monit.19.
& 30. quam ob cauſam puto diſtribu-
tiones nequaquam venire appellatio-
ne fructuum beneficij, quod latè oſtē-
dimus 1.par.quæſt.6. Ex quo etiam pa-
tet ſolutio ſecundæ rationis; negatur
enim illius aſſumptum, quòd diſtribu-
tiones dicantur acquiſitæ intuitu Ec-
cleſiæ per rationes ſupradictas. Ad
confirmationem verò illius aſſumpti
dicimus, quòd licèt ad percipiendum
quotidianas diſtriobutiones debeat qs
eſſe perſona Eccleſiæ,id tñ non eſt tan-
quam ratio formalis,vt Philoſophi lo-
quuntur, atque adeo dici nō poteſt eas
acquiri ratione Eccleſiæ. Tertia quo-
que ratio ſtatim tollitur ex cōmuniori
9 opinione contra Innoc. quæ vult † ac-
quiſita per Rectorem, aut alium bene-
ficiatum ex celebratione Miſſarū (quę
tamen nō ſit onus proprium beneficij,
à quo, ſeu cuius fructibus habeat eiuſ-
dem celebrationis ſtipendium) nec nō
auditione confeſſionum, & ſimilibus
cenſeri quaſi patrimonialia, & acqui-
ſita intuitu perſonæ, non autem Eccle-
ſiæ, vt patet ex Nauar. d. monit. 19. &
30.necnon ex Anchar.Florian.Imol.&
alijs in c. quia nos de teſtam. quorum
ſentētiam ſaltem in foro exteriori ad-
mittit ipſe Vbal.d.part.vlt.nu.22.circa
medium. Quare quod idem Vbald.d.
num.19.affert ex tex. d. capit. vnico,&
Lap.alleg.43. retorquendo argumentū
optimè pro noſtra opinione facit, ſi.n.
exæquantur diſtributiones, & anniuer
ſaria, cum anniuerſaria dicantur ac-
quiſita intuitu perſonæ, & in ijs ſucce-
dant conſanguinei ab inteſtato per ſu-
pradicta, idem quoque erit dicendum
de quotidianis diſtributionibus. Ex
hac verò concluſione ſic comprobata
10 notabiliter infertur, † quòd, vbi etiam
nulla adſit conſuetudo, prout eſt Me-
diolani, nullumq; priuilegium excu-
ſans, & præſeruans ab exactione ſpo-
liorum, quæ fit de nonnullis bonis cle-
ricorum poſt eorum obitum, tamē ad-
huc quotidianæ diſtributiones,ſeu bo-
na ex ijs quæſita non ſubiacebunt hu-
iuſmodi ſpolijs. ita apertè tenet Re-
do.tract. de ſpol. Eccleſ. quæſt. 3. §. &
in hac materia nu.6.& quæſt. 8. nu.23.
11 ratio eſt,quia † bona etiam quæſita oc
caſione clericalis dignitatis, aliunde
tamen,quàm ex reditibus beneficiarijs
non dicuntur ſpolia,ſeu non ſubiacent
huic ſpolio, vt in ſpetie docet Nauar.
in Commentario de ſpol.cleric.ad cap.
non liceat, 12.quæſt.2.§.1.nu.2.ad fin.
hęc enim bona inter patrimonialia,vel
quaſi patrimonialia connumerantur,
vt ibid. monet Nauar. & latiùs poſt
alios oſtendit in tract. de redit. Eccleſ.
quæſt.1. monit. 19. noſque ſupr. tradi-
dimus hac eadem concl. circa princip.
Quicquid autem dicere voluerit Na-
uar.d.quęſt.1.monit.30.diſtributiones
12 quotidianas † inter huiuſmodi bona
quaſi patrimonialia,hoc eſt,quæſita ra
tione laboris,& induſtriæ, quàmuis oc
caſione clericatus,& beneficij,cōnume
rādas eſſe oſtendimus ſup. hac ead. cō-
cl.& 1.par.huius tract. q. 1. circa finē.
Probaturq; hæc illatio ijſdē planè ra-
tionibus,quibus principalis concluſio;
ſi.n. iure cōmuni attento ſecluſa qua-
uis conſuetudine diſtributiones quoti-
dianæ iure perceptæ, bonaq; ex ijs ac-
quiſita tranſeunt ad conſanguineos, &
ſucceſſores ab inteſtato, vbi de ijs non
diſponatur per actum inter viuos, vel
vltimam voluntatem, proculdubio nō
poteſt in ijſdē ſuccedere Camera Apo-
ſtolica, cum dominium, & poſſeſſio
vnius rei apud duos ſimul, & inſolidū
eſſe non poſſit iur. vulgar.

Tertia,& poſtrema concluſio. Con-
ſanguinei clericorum, ſeu eorum hæ-
13 redes etiam ab inteſtato † ſuccedunt
clericis in ipſis quotidianis diſtribu-
tionibus,

tionibus, quamquàm eæ adhuc exactæ
non fuerunt tempore obitus ipſorum
clericorum . ita in ſpetie reſpondit Pa-
riſ. d.conſi.33.num.22. & trib. ſeqq. &
apertè ſentit Gig.d.conſi.144. num. 21.
Probat autem hanc concluſionem Pa-
14 riſ. quoniam clericus,† qui inſeruiens
intereſt diuinis officijs , efficitur verus
creditor diſtributionum , atque adeo
illi debētur , cum à pari procedant ſol-
uere,& promittere, l.ſi patronus §.1.ff.
de donat.& l.fin. C.ad leg. Falcid. quæ
ratio ex eo, ni fallor , vim habet, quòd
Capitulum aūt aliud ſimile Collegium
recipiēs aliquem ad Canonicatum,ſeu
portionē,& diſtributiones quotidianas
cum eo quaſi contrahere videtur , eiq;
promittere , quòd diſtributiones ei da-
bunt, ſi diuinis officijs interfuerit , Ec-
cleſiæq; pro ſuo munere inſeruierit;
quare , cum iſte munus ſuum præſtite-
rit,habet ſibi Capitulum obligatum,vt
eas tribuat, quas canon huiuſmodi cle
ricis tribui mandat. Neque valet re-
ſponſio Dec. conſi. 280. nu.5.quòd pa-
ria ſunt dare , & promittere vbi eſt ea-
dem ratio; in caſu autē noſtro eſt ma-
gna diuerſitatis ratio,& manifeſta ; qa
15 † in ſolutione dumtaxat realiter facta
de diſtributionibus quotidianis veri-
ficatur diſtributio quotidiana, quæ ita
dicitur ab ipſo actu executionis , non
ſic in promiſſione , quia promiſſio in
verbis conſiſtit, & non dicitur diſtri-
butio ; reſpondetur enim Dec. ſuppo-
nere diſtributiones quotidianas non
eſſe, neque dici, niſi actu diſtribuātur,
quod falſum eſſe mox oſtēdemus, cùm
ad primam eiuſdem Dec. rationem re-
ſpondebimus . Altera ratio Pariſ. d.
conſi.33.num.24.qua poſtremam hanc
concluſionem confirmat,ea eſt,quoniā
16 difficultas exactionis † non impedit
ipſam obligationem l. continuus §. il-
lud , ff. de verb. oblig. Ex qua ratione
colligitur etiam ampliatio huius no-
17 ſtræ concluſionis,vt † nimirum diſtri-
butiones debeantur ſiue ipſis clericis
Collegiatarum Eccleſiarum ſiue eorū
hæredibus,aut ſucceſſoribus , licèt per
diuturnum tempus exactæ non fue-
rint propter difficultatem exactionis.
ratio autem huius eſt , quia non valen-
ti agere nulla currit præſcriptio;l.1.C.
de annal.except.cum ſuis concord. ſta-
tim verò , atque agere clericus potuit,
18 † hanc actionem puto ab eo non amit-
ti niſi poſt 30. annos iuxta reg. tex. in l.
ſicut in rem, & ſeq. C. de præſcript.30.
vel 40. ann. quod perpetuò nota , quo-
niā ſæpè vſu venire poteſt . Huic verò
rationi , quam tamē ſibi obijcit Dec.d.
conſi.280.in princ.nihil reſpōdet , for-
ſitam , quia propter ſuam vim euitari
non poterat,atq; adeo nullā congruam
reſponſionem patiebatur. Poſtrema
ratio Pariſ. d.num.24.illa eſt,quoniam
abſurdiſſimum eſſet , ac rationi incon-
19 gruū,ꝙ, † qui ſeruitiū præſtitit,debeat
ſuo ſeruitio,& ſtipēdio fraudari, quod
eſt, inquit , cōtra omnia iura cōmunia,
ſed nihil allegat ; nos autem adducere
poſſumus tex. in cap. cum ſecundùm
Apoſtolum,de præb. l.ſed & ſi lege , ff.
de pet.hęred.& l. Attilius, ff.de donat.
nec non ſacræ ſcripturæ locos , quibus
ſupr.1.par.quęſt.5.concl.1.oſtendimus
in iure diuino ſaltem quoad ſubſtantiā
fundatas eſſe diſtributiones quotidia-
nas;ex quibus ille præcipuus eſt maxi-
mè ad rem noſtram faciens , qui habe-
tur Luc. 10. dignus eſt operarius mer-
cede ſua , clericus enim qui in Eccleſia
Collegiata diuinis officijs aſſiduè in-
tereſt , Eccleſiæque inſeruit,operarius
quidam eſt, vnde & diſtributiones quo
tidianas iure ſtipendium,& merces di-
cuntur,vt cōſtat ex ijs,quæ adduximus
1. par. quæſt.1. in fin. & quæſt. 4.circa
medium . Ex quibus omnibus optimè
concludi poteſt cum Pariſ. d. num. 24.
& ſeq.diſtributiones quotidianas,licèt
actualiter non ſint ſolutæ,& exactæ,tn̄
peti poſſe , & ſolui debere ; aliàs poſſet
Capitulum doloſè per aliquod tempus
denegare, & ſubtrahere diſtributiones
quotidianas aliquibus Canonicis , vt
eas poſtea perpetuò ijſdem eriperet ;
ſicque fraus , & dolus doloſo patroci-
naretur cōtra cōmunes iuris regulas.
Con-



20 Conſtat ēt ex ſupradictis Craſſo † er-
rore lapſum eſſe Dec. d.conſ. 280. per
totum , dum contendit diſtributiones ,
ſi ſtatim , ac fuerunt quæſitæ , non fue-
rint ſolutæ, & exactæ, non poſſe poſtea
21 exigi. cuius rationes † ad quinq; redi-
guntur . Prima,quam ponit num.1.eſt,
quòd diſtributiones quotidianæ pro-
priè dicuntur , quæ actu , & re ipſa di-
ſtribuuntur , vt in ſpetie tradit Gemin.
d.c. vnico §.qui verò in fin. de cler.non
reſid. in 6. & Philip. Prob. in addit. ad
Io. Monach.in d. cap. vnico num. 2. id
quod etiam indicat nomē ipſum diſtri-
butionum , quod ſignificat actualem
executionem , habent autem nomina
cōſequentiam cum rebus §.eſt & aliud
verſic. ſed nos , Inſtit. de donat. ſic vi-
demus depoſitum, commodatum, mu-
tuum,& alios contractus,qui re ipſa in
euntur, Inſtit. quib. mod. re contrah.
oblig. ab ipſo actu executionis deno-
minari , vt not. Bart. in l. iuriſgentium
in princip.ff.de pact. Altera ratio Dec.
num.2.eſt, quia diſtributiones,& obli-
gatio eas ſoluendi limitata eſt , & re-
ſtricta ad reditus, qui percipiuntur ex
communi menſa ; atque adeò nihil de-
betur vltra id , quod actu percipitur ;
pro quo, inquit Dec. facit tex. in l.cum
certus,ff.de vin.tritic.& ol.legat. vbi ſi
teſtator legauit certum numerum am-
phorarum vini , quod in fundo Sem-
proniano natum eſſet, & minus natum
ſit , amplius non debetur ; quia verba
illa , quod natum eſſet , vicē taxationis
obtinent;quibus ſimiles ſunt tex.in l. ſi
debitor §.veriſimile, ff.de cōtrah.emp
l. nomen debitoris §.vni ex hæredibus,
ff.de leg.3.l.ſi quis ſeruum §. ſi ità quis
legauerit, & l.Lucius Titius §.ciuibus,
ff.de leg. 2. Tertia ratio Dec.num.4.
ea eſt , quoniam diſtributiones quoti-
dianæ introductę ſunt in fauorē cultus
diuini , vt faciliùs Canonici, & Capel-
lani conuenirent ad diuina, quod not.
Abb. in cap. licèt not. 2. de præben. &
nos quoque latiùs tradidimus 1. par.
huius tract.q.5.concl.3. iſta aūt ratio ,
ſubdit Dec.ceſſaret,ſi Canonici,ſeu Ca
pellani antiqui , creditores remanerent
& illis , vel eorum hæredibus deberet
ſatisfieri de communi menſa , quia illa
ita grauata eſſet , & extenuata , quòd
noui , & præſentes Cappellani parum ,
aut nihil perciperent de quotidianis
diſtributionibus;vnde parum curarent
de diuinis officijs, quia lucrum de prę-
ſenti magis mouet,l. cū hi , & ibi Gloſ.
ff.de tranſact. Accedit loco 4.rationis,
quòd Eccleſia non debet onerari vltra,
quàm facultates patiantur , cap. 1. de
inſtit. cap. quoniam , de vit. & honeſt.
cleric.l.in Eccleſijs C.de ſacroſ.Eccleſ.
cum ſimilib. Denique ſi antiqui Capel-
lani, ait Dec. eſſent creditores vltra il-
lud,quod in communi maſſa reperitur,
noui Capellani eſſent deterioris con-
ditionis , quàm antiqui , quod eſſe non
debet,quia omnes debent eſſe æquales;
& antiqui in præiudicium nouorum ni
hil facere poſſunt , cap. cum omnes, de
conſtitut. Hæ in ſumma ſunt rationes
Decij , quibus contrarium noſtræ con-
22 cluſioni probare nititur ; ſed † ita te-
nues , ac frigidæ , vt & tanto uiro verè
indignę videantur,& ijs ipſe,qui longè
illi, vt ingenuè fateor,inferior ſum,fa-
cillimè reſpondere me poſſe confidam
omiſſis etiam Pariſ. reſponſionibus ,
quæ & ipſæ , vt verum dicam, infirmæ
admodum ſunt,neque omnes Decij ra-
tiones tollunt.Ad primam igitur Decij
rationem reſpondeo negando diſtribu
tiones eas dumtaxat dici, quæ realiter,
& actu diſtribuuntur , ita, vt , ſi ſtatim
non diſtribuantur , non habeant am-
pliùs nomen,aut rationem diſtributio-
num,neque debeantur ijs , qui illas la-
bore ſuo quæſierunt ; nam diſtributio-
nes quotidianæ ſunt, licèt aliquid die-
tim non ſoluatur , ſed poſt longum tē-
pus, modò in ſolutione habeatur reſpe
ctus ad ſingulos dies, & horas; ita præ-
ter Pariſ.d. conſi.33. num. 24. vol.4. &
Mandoſ. in prax. ſign. grat. tit.de pen-
ſion.verſ.diſtributiones quotidianæ,in
ſpetie decidit Rot. Rom. teſte Achill.
de Craſſ. deciſ.12. de præben.aliàs de-
ciſ. 275. dicuntur enim hæ diſtributio-
nes

nes quotidianæ non tam, quòd quoti-
die diſtribuantur, (cùm experientia,
quæ eſt omnium rerum magiſtra, cap.
quam ſit, de elect. in 6. comperiamus
in omnibus ferè Eccleſijs huiuſmodi
reditus, & ptouentus ijs, qui interfue-
rint diuinis officijs, diſtribui non ſin-
gulis diebus, ſed vel ſingulis hebdo-
madis, vel menſibus, vel etiam annis)
quàm quia ijs diſtribuantur, qui quo-
tidie inſeruiunt, vt adnotauit Rot. d.
deciſ. 12. num. 1. Rebuf. conſi. 134. nu. 4.
& nos latiùs docuimus ſupr. 1. par. q. 1.
ad fin. nomen verò ipſum diſtributio-
23 nis † licèt executionem quandam, &
actum ſignificare videatur; tamen in
eo magna vis facienda non eſt; neque
enim rebus ſemper conſequentia ſunt
nomina, neque ab ijs apta perpetuò ſu-
mitur argumentatio, vt conſtat ex l. 2.
§. pen. C. de conſtit. pecun. & l. 3. §. con-
ditio, ff. de adim. leg. l. tabernæ, ff. de
verb. ſig. Glo. & Doct. ibid: & d. §. eſt &
aliud, Inſtit. de donat. Bar. in rubr. nu.
2. ff. ſol. matr. & in l. Imperatores §. itẽ
reſcripſerunt, nu. 2. ff. ad municip. Ga-
lin. de verb. ſignifi. lib. 6. cap. 1. nn. 34.
alijsq́; paſſim. Accedit, quòd allega-
ta nominis huius proprietas, & deriua-
tio ſatis locum habere poteſt, cum vt
plurimum actu diſtribuantur ſuis lo-
co, & tempore iuxta cuiuslibet Eccle-
ſiæ laudabilem conſuetudinem, & or-
dinationem; certum eſt autem atten-
dendum eſſe, quod vt plurimum fit, vt
conſtat ex l. legaui ff. de liber. legat. l.
certi condictio §. ſi nummos ff. ſi cert.
petat. l. certi iuris C. de iud. cum alijs,
quæ ad id adducunt Bellon. & Euer. in
loc. ſeu argum. à communiter accidẽt.
& præterea quælibet diſpoſitio, ſeu lo-
cutio quantumuis generalis, & ampla
intelligenda eſt iuxta terminos habi-
les, vt colligitur ex tex. in cap. ſignifi-
catum, vbi Glo. & cæteri, de præben.
iure igitur concludere poſſumus cum
Mandoſ. d. verſ. diſtributiones quoti-
dianæ, earumdem diſtributionum no-
men conuenire diſtributionibus quo-
que illis, quæ actu quotidie non diſtri-
buuntur, ſed ſolùm habito reſpectu ad
quotidianum ſeruitium, quia, inquit,
vtrumque verbum verum redditur;
primum quidem, diſtributiones, quæ
non tantùm fiunt ſoluendo, ſed etiam
promittendo; alterum, quotidianæ,
quia non ſolùm quotidie, ſed etiam
quaque hora aliquid ſoluitur. Quare
ad rem non facit quod de commodato,
depoſito, & mutuo obijciebat Dec. id
enim non ex nomine, ſed ex propria na
tura, & ſubſtantia habent, vt re ipſa tan
tùm in ijs obligatio cõtrahatur. Altera
vero ratio Decij tollitur concedendo,
24 † quòd cuiuſque anni diſtributio re-
ſtringenda ſit ad reditus, qui eo anno
percepti ſunt, reſpectu tñ eorũ, qui eo
tẽpore Eccleſiæ ſeruierunt, quõ proce-
dunt in cõtrarium allegata; quare non
eſt trahendum ad alios annos, vel ad
eos, qui alio tempore ſeruierunt; nam
25 fructus cuiuſque anni † deſtinati ſunt
pro oneribus incumbentibus illo anno
vſque ad nouos fructus, vt conſtat ex
tex. in cap. præſenti §. porro de off. ord.
in 6. vbi id in ſpetie adnotauit inter cę-
teros Gemin. nec non Couar. lib. 1. var.
reſol. cap. 15. num. 12. in fin. latè Borgn.
deciſ. 37. num 48. 50. 53. & 56. 2. par.
Ad tertiã rationem dicimus, quòd ad-
miſſo diſtributiones ĩtroductas eſſe in
fauorem cultus diuini, negamus aſ-
26 ſumptum, quòd † nimirum, ſi dentur
antiquis Canonicis, ſeu eorum hæredi-
bus diſtributiones iure iam acquiſitæ,
cultus diuinus per ſe minuatur; nam
cuilibet anno ſui fructus, & diſtribu-
tiones aſſignandæ ſunt, vt mox dixi-
mus. vel igitur diſtributiones corres-
pondentes prioribus annis, quę percipi
debebant ab antiquis Canonicis, per-
ceptæ fuerunt à poſterioribus Canoni-
cis, qui tamen etiã perceperunt diſtri-
butiones poſteriorum annorum, & ſic
proculdubio non minuitur cultus ex
defectu diſtributionũ, cum poſteriori-
bus annis ſupponantur propriæ acceſ-
ſiſſe diſtributiones; quin immo reſti-
tuant diſtributiones priorum annorũ,
quas non magis ipſi, quàm antiqui
Cano-



Canonici habere debent; vel non per-
ceperunt, puta propter difficultatem
exigendi; & ſic adhuc non magis ipſi
iuniores eas habere debent, quàm an-
tiquiores, ſeu eorum hæredes, cum ſuis
annis correſpondeant, vt mox dictum
eſt, neque difficultas exigendi tollat
obligationem, vt in princip. huius con-
cluſ. dicebamus. neque video, quomo-
do cultus diuinus in poſterioribus an-
nis minuatur, qui ſuas habẽt diſtribu-
tiones æquales cæterorum annorũ di-
ſtributionibus. Ex quo etiam ſtatim
euertitur quarta ratio; neq; enim Ec-
cleſia oneratur vltra facultates, ſed ſin
gulis annis propria onera aſſignantur;
cum hæ diſtributiones, quæ nunc exi-
guntur, & diſtribuuntur, exigi debue-
rint, & diſtribui prioribus annis. Po-
ſtrema denique ratio ſe ipſam iugulat;
retorquendo enim argumentum dici-
mus, quòd, ſi diſtributiones, quæ perci-
pi debebant ab antiquioribus Canoni-
cis, ſeu Capellanis ſuperioribus annis,
nunc percipiantur à iunioribus Cano-
nicis, vel Capellanis, antiquiores per
ſupradicta æquales non erunt, ſed de-
terioris cõditionis in percipiendis por
tionibns, ſeu diſtributionibus quoti-
27 dianis † contra diſpoſitionem tex. in
d. cap. cum omnes de conſtit. in contra-
rium allegato diſponente omnes pares
eſſe debere in huiuſmodi reditibus, &
prouentibus Eccleſiaſticis percipiẽdis.
Atque ex his ſatis, ni fallor factum pu-
to rationibus Decij, finisq́; ſit huic
quæſtioni.

## SVMMÆ RERVM.

*1 Donare poſſunt inter viuos in pios vſus clerici in ægritudine cõſtituti aliquam partem redituum Eccleſiaſticorum etiam diſtinctorũ à diſtributionibus quotidianis. Immo in quauis quantitate ſani. nu. 2 aut etiam infirmi. num. 3.*

*4 Traditio requiritur in donatione inter viuos bonorum acquiſitorum ex reditibus Eccleſiaſticis à clerico ægroto facta.*

*5 Donare non poteſt inter viuos clericus in vſus prophanos reditus Eccleſiaſticos à diſtributionibus diſtinctos.*

*6 Reditus Eccleſiaſticos iure tantùm humano tenentur clerici vltra propriam ſuſtentationem in pios vſus erogare.*

*7 Eleemoſina facienda eſt iure diuino de eo, quod ſupereſt ſtatui ſuo. immo & de eo, quod ſupereſt neceſſitati, extremè indigenti. num. 8.*

*9 Ius naturale non cogit clericos ad erogandos reditus Eccleſiaſticos in pios vſus, contra Nauar. & num. ſeq.*

*10 Præcepta Decalogi ſunt diuina, & naturalia.*

*11 Conſuetudo immemorabilis, vt clerici in vſus non pios diſponant de reditibus Eccleſiaſticis, admittenda eſt.*

*12 Donare poſſunt clerici inter viuos quotidianas diſtributiones etiam in vſus non pios, & num. ſeqq.*

*13 Donare faciliùs poſſunt clerici ſecundùm canones reditus Eccleſiaſticos inter viuos, quàm de ijs teſtari.*

*14 Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus valet vbi militat eadem ratio.*

*15 Verbum, diſponere, additum verbo, teſtari, dicit actum inter viuos.*

*16 Verbum, teſtari, comprehendit etiam codicillos, & donationem cauſa mortis.*

*17 Dominium, quod habent clerici quotidianarum diſtributionum, optimè arguit poſſe illos de ijſdem diſponere per actum inter viuos, contra Nauar.*

*18 Succeſſor clerici habet diſtributiones ad ratam temporis, quo clericus Eccleſiæ inſeruiuit, & num. ſeqq.*

*19 Diſtributiones quotidianas lucratur clericus ſolùm ad ratam temporis, quo Eccleſiæ inſeruit.*

*20 Fructus beneficiorum ex quorundam ſentẽtia diuidendi ſunt inter ſucceſſorem, & hæredes præceſſoris ad ratam temporis: quæ opinio dubia redditur. num. 21. communisq́; opinio eſt, vt ad hæredem pertineant ſolùm fructus ſeparati. nu. 22. etiam non reconditi. num. 23.*

*24 Fructum diuiſio inter hæredem, & fideicommiſſarium qualiter ſit facienda.*

*25 Penſiones prædiorum ſiue vrbanorum, ſiue ruſticorum qualiter diuidendæ inter præceſſorem, eiusue hæredes, & ſucceſſorem in beneficio.*

## *An, & quomodo poſſint clerici de quo tidianis diſtributionibus diſponere nere per actum inter viuos.*

## *Quæſtio. IIII.*

QVONIAM duobus modis poteſt aliquis de re propria diſponere, vel per vltimam voluntatem, vel per actum inter viuos; ideo, poſt quã egimus, an, & qũo poſſint clerici diſponere de quotidianis diſtributionibus per vltimam voluntatem, cui conſequenter ſubiecimus quæſtionem de ſucceſſione ab inteſtato; reliquum nunc eſt, vt de diſpoſitione per actum inter viuos videamus; qui quidem, quatenus ad rem noſtram facit, vel eſſe poteſt emptio, & venditio, ſeu locatio, & de his ſatis egimus ſupr. 1. par. quæſt. 18. præcipuè concl. vlt. in fin. aut remiſſio, cõpoſitio, ſeu tranſactio de his inſequenti quæſt. aut denique eſſe poteſt donatio inter viuos, & de hoc agemus in hac quæſt. quã tribus cõcluſionibus abſoluemus.

Prima concluſio. Poſſunt clerici in
1 ægritudine conſtituti † donare inter
viuos in pios vſus aliquam partem redituum Eccleſiaſticorum etiam diſtinctorũ à quotidianis diſtributionibus, immo etiam bonorum ex his reditibus acquiſitorum. tex. eſt in cap. ad hæc, de teſtam. ibi, viuentes, & ſui compotes moderatè valent aliqua de bonis ipſis non ratione teſtamẽti, ſed eleemoſinæ intuitu erogare ĩ ægritudine cõſtituti; vbi Glo. & Doct. omnes id adnotarunt. Ampliatur autem hæc cõcluſio primò,
2 vt † etiã poſſint clerici in quauis quan-
titate donare inter viuos in vſus pios, ſeu titulo eleemoſinæ, ſi bona vtantur valetudine; quod ſatis probatur in c. quia Ioannes iuncta Gloſ. 12. quæſt. 5. adnotaruntque Abb. Anchar. Imol. & Barbat. d. cap. ad hæc, Couar. in cap. cum in officijs num. 5. de teſtam. & Nauar. d. tract. de redit. Eccleſiaſt. quæſt. 1. monit. 34. num. 1. cum ſeq. & quæſt. 3. monit. 1. num. 1. Ampliatur ſecundò,
3 vt etiam poſſit clericus † donare inter
viuos huiuſmodi magnam quãtitatem licèt aduerſa vtatur valetudine, vt latè probat Nauar. d. monit. 34. nu. 1. & 2. Limitatur autem primò hęc concluſio,
4 quòd, vbi † donatio fiat bonorum ac-
quiſitorum ex reditibus Eccleſiaſticis ab ægroto; debet fieri traditio ipſorum bonorum viuente donante ad hunc ſaltem effectum, vt fraudis præſumptio, & ſuſpitionis inditium euitetur, quo ficta cenſeri poſſit donatio iſta ab ægroto facta, vt poſt Barbat. d. cap. ad hæc col. 2. monet Couar. d. cap. cum in officijs num. 5. Limitatur ſecundò, quòd
5 ſecus † erit ſi huiuſmodi reditus in vſus
non pios, ſeu prophanos erogentur, neque enim id facere poteſt clericus de iure communi, ſed debet eos omnino in pios vſus erogare, vt docet Nauar. d. quæſt. 1. monit. 34. num. 3. & latiùs ead. quæſt. 1. monit. 24. per totam; quàmuis non admittamus, quod ipſe vtrobiq;, & monit. 20. cum ſeqq. alijque nonnulli
6 Doct. tradunt, † clericos ad id iure di-
uino, ac naturali teneri; neque enim vllus Scripturæ locus magis de reditibus Eccleſiæ, quàm de alijs prophanis loquitur, pro vt illud Luc. 11. quod ſupereſt, date eleemoſinã, aut illud Paul. 1. ad Timoth. 6. habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus; his enim locis, alijſque ſimilibus ſatis reſpõdet inter alios Sot. lib. 10. de iuſt. & iur. quæſt. 4. art. 3. nam vel verba conſilij ſunt, vt hæc poſteriora, vel cõmunia ſunt cæteris quoque prophanis
7 reditibus, quos † diuino iure fateor cũ
communi Doctorum ſententia teneri quoslibet fideles in pauperes erogare quoad eam partem, quæ cuiuslibet ſtatui ſupereſt; vt conſtat ex loco Luc. 11. proximè cit. & tex. in cap. ſicut hi, 47. diſt. vbi Doct. & S. Thom. 2. 2. quęſt. 32. art. 2. Nauar. in Manual. Confeſſ. c. 24. ferè per totum, Sarmient. in tract. de redit. Eccleſ. 4. par. cap. 5. num. 8. immo
8 † & occurrere extremæ alterius neceſ-
ſitati ex ijs, quæ propriæ neceſſitati ſuperſunt iuxta communem Doctorum





traditionem in cap. paſce, 86. diſt. maxime verò Summiſtarũ in Verbo Eleemoſina, Nauar. ſupr. Sarmient. d. cap. 5. num. 5. Neque etiam video, quomodo
9 † iure naturali directè id præcipiatur,
quod enim Nauar. d. quæſt. 1. monit. 20. ait clericum, qui id, quod ſupereſt ex reditibus Eccleſiaſticis pro ſua ſuſtentatione, non erogat in pios vſus, committere contra præceptum ſeptimum Decalogi de non furando, & decimum de re aliena non concupiſcenda, quæ tamen præcepta, ſicut & cæte-
10 ra Decalogi, † non modo diuina ſunt,
vt de ſe patet, & docet inter alios S. Thom. 1. 2. quæſt. 100. art. 1. ſed etiam naturalia, vt idem communiter receptus tradit 2. 2. quæſt. 122. art. 1. & Nauar. d. monit. 20. num. 5. id inquam ego non admitto, quaſi clericus ille directè, & per ſe delinquat contra huiuſmodi præcepta Decalogi, ſed indirectè, & per accidens, ſeu per aliud, quatenus nimirum Eccleſia dominiũ quodammodo abſtulit huiuſmodi redituũ clerico vltra congruam eius ſuſtentationem; atque hac ratione admittimus clericum hos reditus, qui ſuſtentationi ſuperſunt, in prophanos vſus erogantẽ contra ius naturale delinquere, naturale inquam non ſimpliciter, ſed humanum, ſeu potius humanum naturale, quatenus facit contra id, quod naturaliter ad humanum præceptum cõſequitur, ſeu quod ius naturale præcipit ſuppoſito humano præcepto. Ex
11 quibus omnibus ſequitur † admitten-
dam in hoc eſſe conſuetudinem ſaltem immemorabilem diſponẽdi de huiuſmodi reditibus etiam in prophanos vſus iuxta ea, quæ tradidimus ſupr. quæſt. 2. concl. 1. ad finem, quicquid in cõtrarium voluerit Nauar. d. quæſt. 1. monit. 53. & 54. quæſt. 2. monit. 22. & quæſt. 3. monit. 2. cuius rationes ex ſupradictis tollentur, cum omnes ſupponant præceptum tolluntur, cum omnes ſupponant præceptum illud diuinum & naturale ſimpliciter ſubeſſe, cuius contrarium mox demonſtrauimus.

Secunda concluſio. Certum mihi eſt, poſſe clericos ſecluſa quauis con-
12 ſuetudine etiam in vſus non pios † do-
nare inter viuos quotidianas diſtribunes, quas iuſtè quæſierũt, ſicut poſſunt cæteros reditus patrimoniales. ita in ſpetie reſpondit Pariſ. conſi. 33. nu. 12. & ſeqq. & Soc. conſi. 91. col. 5. verſic. circa ſecundùm vol. 3. Corn. conſi. 314. col. 2. vol. 3. & ſentit Alex. conſi. 116. col. fin. vol. 7. Gig. conſi. 144. nu. 7. Idem etiam poſt alios voluit Franc. Burſat. conſi. 226. num. 49. vol. 2. dum reſpondit ex recepta ſententia, clericos habere liberam diſpoſitionem quotidianarum diſtributionum. probat autẽ primo hanc concluſionem Pariſ. & Soc. loc. cit. quia poteſt clericus de ijs teſtari, quod nos ſupr. quæſt. 2. concl. 2. oſtẽ-
13 dimus; faciliùs autem † permittunt ca-
nones clericis, vt donare poſſint inter viuos reditus Eccleſiaſticos, quàm, vt de ijs queant diſponere per vltimam voluntatem, vt cõſtat ex d. cap. ad hæc, de teſtam. vbi id adnotarunt Doct. & Nauar. d. tract. de redit. Eccleſ. quæſt. 1. monit. 34. & quæſt. 3. monit. 1. præter-
14 quam quod valet etiam † argumentũ,
& illatio de vltimis voluntatibus ad contractus, ſaltem vbi militat eadem ratio, prout accidit ĩ caſu noſtro, quod probatur in l. quæ de legatis, ff. de legat. 1. cum ſimil. ex quibus id latè adſtruunt Euerard. & Bellon. in loc. ſeu argument. à contract. ad vltim. volunt. & contra. probant ſecundò hanc concluſionem Pariſ. & Socin. quia Doct. ferè omnes in cap. vnico, de cler. non reſid. in 6. nec non Gem. in cõſ. 85. col. 3. & Card. in Clem. fin. q. 13. de præbẽ. docẽt poſſe clericos liberè teſtari, ac diſponere de quotidianis diſtributioni-
15 bus. illud aũt verbũ, † diſponere, refe-
rendũ eſt ad actũ inter viuos, nam de teſtamẽto, & vltima voluntate dictũ erat
16 per illud verbum, teſtari, ꝙ ſatis † cõ-
prehendit ẽt codicillos, & donationem cauſa mortis iuxta tex. in l. Marcellus ff. de donat. cauſ. mort. & l. cõficiuntur cum vtrobique not. ff. de iur. codicill.

alias verbum, diſponere, eſſet fruſtatorium contra ea, quæ traduntur per Doct. in l. hæc ſtipulatio §. diuus ff. vt legat. ſeu fideic. nom. caueat. Tertia,
17 & poſtrema ratio † eſt, quam indicant Pariſ. & Soc. loc. cit. quoniam clericus poteſt tanquam de re ſua, cuius habeat dominium, de hiſce diſtributionibus diſponere; in re autem ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, l. in re mandata C. mandat. l. ſed & ſi §. conſuluit, ff. de petit. hæredit. l. ſi quis vi §. differentia, ff. de acquir. poſſ. cum ſuis concord. quòd verò clericus habeat dominium quotidianarum diſtributionum, latè oſtendimus ſupr. hac. ipſa 2. par. quæſt. 1. concl. 2. Neque uis huius rationis eneruatur p id, quod tradit Nauar. d. tract. de redit. Eccleſ. quæſt. 1. monit. 51. num. 3. quatenus reſpondendo ad tex. d. cap. vnico, ex quo probare contendebat Sarmient. in ſuo tract. de reditibus clericos poſſe teſtari, ac liberè diſponere de reditibus Eccleſiaſticis ait non rectè ſequi ex eo, quod quis dominus ſit alicuius rei, poſſe de ea diſponere, nam hæc conſeqnentia euertitur per tex. in l. non ideo minus ff. de rei vendic. vbi habetur grauatum ad reſtituendum poſt mortem dominum eſſe, licèt alienare non poſſit; nec non ex eo patet, quòd feudatarius, emphiteota, & ſimiles habent verum dominium, & tamen rem alienare non poſſunt, neque de ea liberè diſponere, ſimiliter pupillus, furioſus, & ſimiles nõ habent liberam adminiſtrationem, & diſpoſitionem rerum ſuarum, quarum tamen habent verum, proprium, & plenum dominium. Ad hoc enim breuiter reſpondeo, ideo hos omnes non poſſe liberè diſponere de rebus, quarũ habent dominium, quoniam dominiũ illud nõ eſt abſolutum, ſed dependens vel ab aliqua perſona ſiue propter gratuitã, & liberalem conceſſionem, prout contingit vt plurimum in feudo, & emphiteuſi; quorum etiam dominium plenum non eſt; ſiue propter infirmitatem iudicij in eo, qui dominus eſt, vt in minore, & furioſo; vel à conditione, ſeu tempore, vt in eo, qui grauatus eſt reſtituere poſt mortem, vel aliqua alia re, quod non eſt in propoſito, cùm clericus liberum, plenum, & abſolutum habeat dominium quotidianarum diſtributionum, quas neque gratuitò accipit, ſed labore quæſiuit, neque impeditur diſtrahere propter imbecillitatẽ iudicij, cum non ſupponatur iudicio laborare, denique grauatus non ſit eas legitimè quæſitas alicui reſtituere, ſupponamusq; eum conditionem illam, & modum adimpleuiſſe, ſub quo datæ, & aſſignatæ fuerunt, nimirum diuinis officijs interfuiſſe, Eccleſiæq; debitum pro ſuo munere ſeruitium præſtitiſſe iuxta diſpoſitionem tex. in d. cap. vnico, & aliàs ſæpiùs per nos tradita in hoc tractatu.

Tertia concluſio, quæ erit pro complemento non huius modò, ſed etiam trium ſtatim præcedentium quæſt. Hę-
18 res, † donatarius, vel alius ſucceſſor clerici quoad quotidianas diſtributiones debet eas habere ad ratam temporis, quo diuinis in quolibet anno interfuit, atque Eccleſiæ inſeruiuit. Probatur hæc concluſio vnica ratione. neq; enim poteſt clericus tranſmittere ad ſucceſſorem ſuum maiorem diſtributionum partem, quam ipſe lucratus ſit ſibiq; quæſierit; cum nemo poſſit plus iuris transferre in alium, quàm ſibi cõpetere dignoſcatur, cap. nemo poteſt, de reg. iur. in 6. l. nemo plus, ff. eod. nemoq; det, quod non habet, capit. quod autem, de iure patr. cum ſimil. Quòd
19 autem clericus † in quolibet anno lucretur diſtributiones dumtaxat ad ratam temporis, quo Eccleſiæ inſeruit, diuinisq; intereſt, ita, vt ſiue decedat, ſiue beneficio cedat, ſiue aliter beneficium in Eccleſia Collegiata habere deſinat, ab eo die in antea carere debeat diſtributionibus, atque adeo eas in aliũ tranſmittere non poſſit, admonuimus ſupr. 2. par. quæſt. 12. num. 67. & ex eo probatur; nam diſtributiones dantur pro labore, & ſeruitio ſingulis diebus

præ-



præſtito, & eo ipſo diſtributiones quotidianæ dicuntur, & ſunt, quòd, licèt non quotidie diſtribuantur, tamen reſpectu habito ad ſingulos dies, immo, & horas, quibus clericus diuinis interfuit, ei tribuantur, vt conſtat ex ijs, quæ tradidimus ſupr. 1. par. quæſt. 1. ad fin. & in ſpetie monet Pariſ. d. conſi. 33. num. 24. vol. 4. & deciſum fuit in Rot. Roman. teſte Achill. de Craſſ. deciſ. 275. ſeu, 12. de præben. Confirmatur autem hæc ipſa concluſio ex opinione,
20 & ratione illorũ, qui voluerunt † fructus beneficiorũ diuidendos eſſe inter beneficiarij hæredes, & ſucceſſorem in beneficio ad ratam temporis, quo beneficiarius præceſſor obtinuit beneficium, ita vt pro eo dumtaxat tempore vſque ad diem ceſſus, vel deceſſus ad illum, eiuſue hæredes, & ſucceſſores in prophanis pertineat beneficiorum reditus, pro reliquo verò tempore ſequẽti ad ſucceſſorem in beneficio, ſeu ad Eccleſiã, vt voluit Bart. in l. diuortio in princip. num. 12. ff. ſol. matr. & ibid. Alberic. Didac. Couar. lib. 1. var. reſol. c. 15. num. 12. ad fin. & Sarmient. in tract. de redit. Eccleſ. 4. par. cap. 6. num. 13. ob eam rationem, quòd beneficiarius propter onera beneficij in hoc aſſimilari debet marito, qui ſuſtinet onera matrimonij, atque adeò fieri debet diuiſio fructuũ inter beneficiariũ, eiuſue hæredes, & inter ſucceſſorem in beneficio ad ratam anni, & temporis, quo beneficium obtinuit, eiuſque onera ſuſtinuit, quomodo fit inter maritum, & vxorem facto diuortio iuxta diſpoſitionem tex. d. l. diuortio in princip. hæc enim ratio vbi etiam non militaret in quolibet beneficio, quoad fructus beneficiorum, militat ſaltem, & omnino locum habet in clerico Eccleſiæ Collegiatæ quoad quotidianas diſtributiones, quas percipit non modò ratione cuiuslibet oneris, ſed ratione aſſidui laboris, & ſeruitij, quod Eccleſiæ præ-
21 ſtat; quoad reliquos † enim reditus beneficiorum, cum eorum onera tot, tantaque non ſint, ſicut in matrimonio, vt optimè monet Nauar. d. tract. de redit. Eccleſ. quæſt. 3. monit. 13. nu. 3. transeo cum communi opinione Gloſ. & Doct. in cap. ſi propter, de reſcript. in 6. cap. præſenti, de offic. ord. eod. lib. Hoſt. Henric. Card. Imol. & aliorum in cap.
22 fin. de pecul. cleric. quę habet, † vt ad beneficiarium, ſeu eius hæredem, ac ſucceſſorem in prophanis ſpectent reditus, & fructus percepti, ſeu à ſolo
23 ſeparati, idq; licèt reconditi † non ſint, pro vt contra Gloſ. d. cap. præſenti, voluit ibi Franc. Gemin. d. cap. ſi propter, Card. Imol. & Barbat. d. cap. fin. Salic. in l. ſi pater, C. de vſufr. Florian. in l. qui ſcit §. ſi alieno, ff. de vſuf. quorũ opinio cõmunis eſt teſte Tiraq. de retract. lib. 2. §. 5. Gloſ. 4. in princip. reliqui verò fructus pertineant ad ſuc-
24 ceſſorem in beneficio, idq; iuxta † diuiſionem fructuum, quę fit inter dominum, & hæredes vſufructuarij ex diſpoſitione tex. in l. ſi vſufructuarius ff. quibus mod. vſufruct. amitt. quòd ſi
25 † agri pertinentes ad Eccleſiaſticum beneficium, aut domus, aliaue prædia ad penſionem annuam locata fuerint, cedente, aut decedente eo, qui beneficium poſſidet, pẽſiones illius anni, quo fructus percepti ſunt eo adhuc beneficium obtinente, licèt eorum ſolutionis dies cedat poſt beneficij dimiſſionem, ad eum ipſum beneficiariũ, eiuſue ſucceſſores et ſingulares, aut hæredes in rebus prophanis pertinebũt ex mẽte prædictorũ omniũ iuxta diſtinctionẽ, l. defuncta ff. de vſufr. quod in ſpetie adnotauit Ang. conſi. 245. nume. 7. & Card. conſi. 100. Quòd ſi quis plura velit de hac quæſtione, quomodo diuidẽdi ſint fructus beneficiorum diſtincti à quotidianis diſtributionibus inter ſucceſſorem in beneficio, & ipſum beneficiarium, ſeu eius hæredes, præter citatos Doct. conſulat Cæſar. Ottinell. in conſi. quem non multos ante annos edidit ad cap. ſi quis iam tranſlatus 21. quæſt. 2. de fruct. Eccleſ. poſt tranſlat. percipiend. Nos verò ad alia tranſeamus.

SVM-

## SVMMÆ RERVM.

*1 Remiſſio, donatio, & tranſactio inter ſe differunt; & quomodo; num. ſeqq.*
*2 Donatio quarum rerum ſit.*
*3 Remiſſio quorum nam ſit, & num. 5.*
*4 Remittit quis faciliùs quod ſperat, quàm dat quod promittit.*
*5 Tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta, neque finita.*
*6 Donare poteſt clericus diſtributiones ſibi applicatas alteri, qui eas malè quæſierat, & num. ſeq.*
*7 Remiſſionis debiti, ſeu donationis prohibitio exorbitat à iure, atque ideo non eſt facilè extendenda.*
*8 Remiſſio, & conuentio de futuro circa quotidianas diſtributiones omnino prohibita eſt. de præterito verò probabile eſt, quòd non ſit prohibita. num. 9. licèt probabilius ſit, quòd ſic. nu. 10.*
*11 Dictio vniuerſalis omnes ſui ſpeties includit, & quicquid impropriè eo nomine venit.*
*12 Dictio, quoduis, vniuerſalis eſt.*
*13 Remiſſio de præterito fieri poteſt, vbi dubium iuris, aut facti ſit, an quis malè perceperit diſtributiones.*
*14 Tranſigi non poteſt ſine ſuperioris auctoritate ſuper iure in futurũ percipiendi diſtributiones quotidianas. Idq; licèt iuramẽtum accedat. num. 15. componi tamen amicabiliter poteſt, modò id gratis fiat. num. 16.*
*17 Tranſigi poteſt ſuper iure percipiendi diſtributiones dato aliquo ſpirituali. debet tamen pro validitate, & ſucceſſoris obligatione accedere ſuperioris auctoritas. num. 18.*
*19 Tranſactio fieri non poteſt ſuper alimentis futuris ſine ſuperioris auctoritate.*
*20 Tranſigi non poteſt ſuper penſione Eccleſiaſtica, quæ datur pro alimentis in futurum ſoluenda, ſine ſuperioris auctoritate.*
*21 Tranſigi poteſt ſine ſuperioris auctoritate ſuper diſtributionibus præteritis; temporale enim quid ſunt. nu. 22.*
*23 Tranſigi poteſt ſuper præteritis alimẽtis ſine ſuperioris auctoritate. & quæ ſit ratio diſcriminis quoad futurá. num. 24.*

### *An, & quomodo poſſint per clericos remitti diſtributiones ab alijs malè perceptæ, ſeu ſuper ijſdem tranſigi. Quæſtio V.*

DIXIMVS in præcedenti
quæſt. num poſſint clerici
de quotidianis diſtributio
nibus diſponere per dona-
tionẽ inter viuos; ſed quo-
niam tranſactio, & remiſſio eſt quidam
actus inter viuos; ideo de ea iuxta id,
quod ibidem propoſuimus, & polliciti
ſumus, agendum eſt in hac quæſt.
Præmittendum autem eſt, differre
1 † hæc tria inter ſe, donationem, remiſ-
ſionem, & tranſactionem; donamus
2 † enim id, quod noſtrum eſt, ac poſſi-
3 demus; remittimus † verò quod ſpera-
mus, neque habemus, vt conſtat ex l.
vnum ex familia §. ſi rem ff. de leg. 2. &
l. fideicommiſſum §. item ſi quis ff. de
leg. 3. per quæ iura adnotauit Galin. in
tract. de verbor. ſig. lib. 5. cap. 18. num.
4 631. faciliùs aliquem † remittere quod
ſperat, quã dare quod promittit; quod
etiam adnotauit Bart. in l. ſi duo ff. de
5 verb. oblig. qui autem tranſigit † quaſi
de re dubia, & lite incerta, neque finita
tranſigit, vt ait Vlpianus I. C. in l. 1. ff.
de tranſact. remiſſio verò eſt de re cer-
ta, & indubitata, vt conſtat ex d. l. 1. in
fine, ibi, rem certam, & indubitatam li-
beralitatę remittit. cum hoc tamen
ſtat, vt ea res non habeatur; poſſumus
enim, vt de ſe patet, rẽ aliquam certò,
& indubitatè ſperare, & tamen eam nõ
habere, neque poſſidere; prout in caſu
propoſito ſunt quotidianę diſtributio-
nes, quas quis lucratus eſt, & tamẽ ad-
huc actu eas non percepit à Theſau-
rario, qui paratus eſt illas cuiq; ſolue-
re. Hoc præmiſſo ſit
6 Prima concluſio. Certum eſt † poſ-
ſe clericum diſtributiones, quas alter
malè quæſierat, ſibi applicatas, & tradi
tas illi ipſi donare, qui eas amiſit. ita
in ſpetie docet Nauar. in Miſcell. de
orat. Miſcell. 59. num. 4. & 5. Gloſ. d.
cap.



cap. vnico, Verb. ſuas, & ibi Gemin. in
§. qui verò num. 10. de cler. non reſid.
in 6. probaturque hæc concluſio om-
nibus ijs rationibus, quibus quęſt. præ-
ced. concl. 2. indiſtinctè demonſtraui-
mus poſſe clericum alteri donare inter
viuos quotidianas diſtributiones, quas
ipſe iure quæſiuit, & percepit; neque
enim videtur congrua ratio aſſignari
poſſe, cur poſſit alijs donare, & non
huic. Non illa ratio, quòd diſtribu-
tionũ amiſſio principaliter ſtatuta eſt
in fauorem publicum cultus diuini, vt
ſentit Bonif. 8. in in d. c. vnico, de cler.
non reſid. in 6. atque adeo conſenſus
eorum, quibus accreſcunt, non poteſt
prodeſſe illis, qui eas amittunt, cum
priuatorum cõſenſus ius publicum tol-
lere non poſſit, cap. ſi diligenti, de for.
compet. l. ius publicum ff. de pact. cum
ſimil. Neque illa ratio, quòd tollenda
eſt materia delinquẽdi, l. conuenire, ff.
de pact. dotal. cap. ex parte, de cenſuet.
cum ſuis concord. quòd ſi conſenſus
eorum, quibus diſtributiones accre-
ſcunt, ſufficeret, facilè fieret, vt omnes
in abſentia illas perciperẽt, facilè enim
conſentiret vnus canonicus, ne alius
perdat in abſentia, vt alius conſentiat,
ne ipſe perdat, cùm abfuerit; & ita om-
nes delinquerent. denique non obſtat,
quod id expreſſum videatur à Trident.
Concil. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. ad
fin. in hæc verba; diſtributiones verò
qui ſtatis horis interfuerint, recipiant;
reliqui quamuis colluſione, aut remiſ-
ſione excluſa his careant. Non obſtant
inquam hæc omnia; quia ſi rectè per-
pendantur, ex ijs tantùm probatur om-
nino excludendam eſſe quamlibet col-
luſionẽ, ſeu conuentionẽ, ac remiſſio-
nem de futuro, quod infra ſeq. conclu-
ſione in princip. admittemus, nõ autem
quòd donari non poſſit id, quod iam
amiſſum eſt, & per alios perceptum.
ſed ad huc ad ſingulas rationes ſingil-
latim reſpondendo dicimus quoad pri
mam, cõſenſum nõ facere in hoc caſu,
quòd is nõ amittat diſtributiones non
intereſſendo, ſed eas poſtquam amiſit,
ſine vlla fraude, & conuentione, ſed ex
mera liberalitate recuperet: quomodo
etiam tollitur ſecunda ratio; nulla .n.
datur occaſio delinquendi, cum nec il-
le, qui amittit, tutus ſit de donatione,
neque is, qui donat, quòd ſimili in cau-
ſa ſibi quoque facienda ſit donatio,
cum iam ſupponamus omnem omnino
fraudem, colluſionem, & conuentio-
nem hinc abeſſe. ex quo conſtat non
obſtare Trid. Concil. loc. cit. quoad
priorem diſpoſitionis partem; nam
ſolam colluſionem excludit; quoad po-
ſteriorem autem partem cum loquatur
dumtaxat de remiſſione, non eſt id ex-
tendendum ad donationem, tum quòd
7 prohibitio † remiſſionis debiti, ſeu do-
nationis exorbitat à iure, vt adnotauit
Gloſ. communiter recepta in cap. ſta-
tutum §. ſi quid autem, in Verb. remiſ-
ſione, de reſcript. in 6. per tex. in §. per
traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ. ex-
orbitantia autem à iure extendenda
non ſunt, cap. quæ à iure, de reg. iur. in
6. cum ſimil. tum quia licèt largo modo
paria ſint remittere, & donare; tamen
propriè differunt, vt præter iura ſupr.
in princip. quæſt. allegata, patet ex l.
Iulianus, ff. de condit. & demonſtr. vbi
hoc adnotauit Bart. necnon Dec. in l. ſi
quis obligationem num. 7. ff. de reg.
iur. tum denique quia Gloſ. ſingularis
communiter approbata in d. §. ſi quid
autem verb. remiſſione verſic. quid, ſi
poſtquam reſtituit, expreſſè hoc docet,
nimirum, quòd, licèt canon, aut lex
prohibeat remiſſionem alicuius rei; ta-
men poſt quam ea reſtituta eſt, modò
abſit fraus, donari poteſt.
Secunda concluſio. Licèt conuentio,
& remiſſio de futuro circa quotidianas
diſtributiones malè perceptas retinen-
das omnino prohibita ſit, neque tutum
reddat earum retentorem; tamen pro-
babile puto nõ eſſe prohibitam remiſ-
ſionem de præterito, modò nulla præ-
ceſſerit conuentio, nullaque fraus ſub-
8 ſit. Prior pars † huius concluſionis ex
preſsè definitur à Trid. Concil. d. ſeſſ.
24. c. 1. in fin. in verbis mox allegatis;
pro-

probaturq; ex alijs duabus rationibus
quæ, cum præced. concluſ. obſtare vi-
derentur, ibi relatæ fuerunt, iiſque ſa-
tisfecimus, admonentes ita illi conclu-
ſioni eas nō officere, vt hāc ſatis quoad
priorem ſui partem comprobarent.
9 Poſterior autem † pars probatur, pri-
mò, quia eam ante Trident. Concil. te-
nuit Glo. quam ibi omnes excepto Ar-
chid. ſecuti ſunt in d. cap. vnico verb.
ſuas, de cler. non reſid. in 6. poſt Conc.
verò Trident. idem voluiſſe videtur
Nauar. d. Miſcell. 59. de orat. nu. 2. dum
diſtinguit de dolo præterito, & futuro;
quàmuis contrarium ſenſiſſe videatur
idem Nauar. num. 3. dum ait Gloſ. præ-
dictam ſolennem ſublatā eſſe per præ-
dictum Concilum; idemque etiam eſt
de mente Gloſ. præcipua enim ratio,
in qua ſe fundauit Gloſ. ad aſſerēdum,
quòd locus ſit remiſſioni, fuit, quòd il-
la non erat prohibita in d. cap. vnico,
ſicut in cap. ſtatutum §. antepen. de re-
ſcript. in 6. cap. exigit, de cenſibus eod.
lib. & Clem. nolentes §. quod ſi ſecus
de hæret. quæ tamen hodie videtur
prohibita nimirum per Trid. Concil.
vnde hanc cōtrariam opinionem poſt
Trid. Concil. amplexus eſt Stephan.
Duran. de trib. Eccleſ. Cathol. lib. 3. c.
25. num. 5. audacter inferens delēdam
nunc eſſe illam Gloſ. in Verb. ſuas. Se-
cundò quia, quicquid ſit de auctorita-
te Doctorum, videtur hæc poſterior
pars probari duplici ratione, altera
generali, quam affert Gloſ. d. verb.
ſuas, ex §. per traditionem, Inſtit. de
rer. diuiſ. vbi dicitur, nihil eſſe tam
conueniens naturali æquitati, quàm
volūtatem domini volentis rem ſuam
in alium transferre, ratam haberi;
quæ quidem ratio ex mente eiuſdem
Gloſ. militat quoq; poſt Tridentinum
Concilium, hoc eſt ſiue prohibita ſit
remiſſio, ſiue non; altera ſpetialis eſt,
& melior; quoniam licèt dolus futurus
remitti non poſſit, poteſt tamen præte-
ritus, l. ſi vnus §. illud ff. de pact. cum
ſimil. atq; adeo ſublata remiſſione doli
in dubio cenſendum erit id dictum de
remiſſione doli futuri, non autem præ-
teriti, cum illa ſola, non autem hæc tri-
buat occaſionem delinquendi, vt poſt
alios declarat optimè Iaſ. d. §. illud;
qua ratione tradiderunt communiter
Doctores poſſe teſtatorem remittere
adminiſtratori, & tutori dolum præte-
ritum, non autem futurum, vt conſtat
ex ijs, quos refert, & ſequitur inter
alios Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 14.
num. 3. & 4. Quàmuis autem hæc opi-
nio, quam mox in poſteriori conclu-
ſionis parte firmauimus, ſatis probabi-
liter in iure ſuſtineri poſſit ex ſupradi-
10 ctis; probabiliorem † tamen puto, atq;
adeo tenendam oppoſitam, vt nimirum
non poſſit, vbi etiam de præteritis agi-
tur, clerico, qui malè quæſiuit diſtri-
butiones quotidianas, id per alios cle-
ricos remitti, ac permitti, vt eaſdem
diſtributiones actu percipiat, ſeu per-
ceptas retineat; tum quia hæc opinio
communior eſt, vt patet ex paulò ante
relatis, tum quia tutior in foro cōſcien-
tiæ, tū quia cultui diuino fauorabilior;
tum quia cōgruentior verbis Trident.
Concilij quamuis remiſſionem exclu-
dentis, ac prohibentis per verbum vni-
11 uerſale, ac generale, quod † omnes ſui
ſpecies includit, atque adeo tam remiſ-
ſionem doli præteriti, quàm futuri cō-
plectitur, nam dictio vniuerſalis com-
prehēdit omnia, etiam quæ impropriè
veniunt, quæque aliàs illa diſpoſitio
non compræhenderet, vt latè inter cæ-
teros probat Alb. conſ. 17. num. 4. vol.
1. & conſ. 585. num. 27. vol. 3. Gomeſ.
ad reg. de exprim. val. quæſt. 1. Alex.
conſ. 155. col. 1. vol. 2. Tiraq. de Re-
tract. lignag. §. 1. Gloſ. 7. num. 20. cum
ſeqq. & Rebuf. in l. creditorum circa
12 medium, ff. de verb. ſig. dictionem † au-
tem, quoduis, & quiuis, vniuerſalē eſſe
tradit inter alios Rebuf. ibid. nemoq;
iure dubitare poteſt. Et ad priorem ra-
tionem in poſteriori fundamento con-
trariȩ opinionis allatam ex §. per tradi
tionem, Inſtit. de rer. diuiſ. reſpondetur
illud intelligendū eſſe, modò voluntas
illa ſit legitima, vt Gloſ. ibid. in verb
volun-



voluntatem cōmuniter approbata ad-
notauit. in caſu autem noſtro à lege ip-
ſa, hoc eſt, canone Trident. Conc. pro-
hibita eſt huiuſmodi voluntas transfe-
rendi. Ad poſteriorem rationem re-
ſponderi poteſt eam procedere, vbi re-
miſſio ipſa, & maximè per dictionem
vniuerſalem prohibita non eſt, prout
factum fuit per Trident. Concilium, &
quidem iure optimo; nam negari non
poteſt, quin priori opinione admiſſa
præbeatur occaſio delinquendi in in-
tereſſendo diuinis, hoc eſt faciēdo ope
re Dei negligenter, & fraudulēter ſub
ea ſpe, quòd ſibi faciēda ſit remiſſio ab
humaniſſimis iuris; qua remiſſione ſe-
mel facta, eādem ſibi multò magis pol-
liceri poterunt qui eam fecerūt ab ijs,
quibus facta eſt, vt ingrati animi notā
effugiant; ſicq; diuinus cultus detrimē
tum maximum patietur, & in ſcopulū
remiſſionis futuri doli, quem euadere
cupimus, incidemus. Non negauerim
13 tamen, † quòd vbi dubium ſit iuris, aut
facti, an quis malè diſtributiones quæ-
ſierit, remiſſio hæc quoad præteritum
fieri poterit illa cū ceſſent omnia, incō-
moda; tranſigi certè poterit, vt in ſe-
quenti cōcluſione breuiter oſtēdemus.
Tertia, & poſtrema cōcluſio. Vbi du
bium aliquod, vel cōtrouerſia oriatur
ſuper diſtributionibus præteritis, hoc
eſt, quarum percipiendarum dies iam
ceſſit, ſiue perceptæ fuerint, ſiue non,
trāſigi poteſt etiam ſine ſuperioris au-
ctoritate; ſuper futuris autē, ſeu ſuper
iure illas in futurum percipiendi ſine
hac auctoritate non poteſt. Poſterior
14 † pars huius concluſionis probatur;
Si enim dicamus ius hoc percipiendi
diſtributiones ſpirituale eſſe, vel ſaltē
ſpirituali annexum, vt ſatis oſtēdimus
ſupr. 2. par. huius tract. quæſt. 18. præ-
miſſ. 2. & concl. 5. vbi hanc ob cauſam
in eo committi poſſe ſimoniam demō-
ſtrauimus; certum eſt ſuper eo tranſigi
non poſſe ſine ſuperioris auctoritate,
iuxta ea, quæ latè tradit Redo. tract. de
Simon. mēt. 3. par. c. 22. nu. 11. Caccial.
in tract. de tranſact. quæſt. 9. num. 11. &
Vgol. tract. de Simon. cap. 29. §. 1. & 2.
probatq; id tex. in cap. præterea il 1. &
cap. ſuper eo, de tranſact. Idemq; pro-
15 cedit † quàmuis iuramentum interce-
dat; tex. vbi Gloſ. & omnes in c. conſti-
tutus eod. tit. Limitatur autem id pri-
16 mò † in amicabili compoſitione, quæ
gratis fiat; tex. eſt in d. cap. ſuper eo in
fine, traditq; Vgol. d. cap. 29. §. 3. nu. 41.
ſed hæc non dicitur propriè trāſactio,
quæ ſemper fit aliquo retento, vel da-
to, aut promiſſo, l. tranſactio C. de tran
17 ſact. Limitat. ſecundò, † niſi detur pro
ſpirituali aliud ſpirituale; nam tunc li-
cita erit tranſactio, vt probari videtur
in c. ad quæſtiones, de rer. permut. & c.
ſtatuimus, de tranſact. notātq; Glo. 1. d.
c. ſuper eo, Caccialup. d. tract. de tran-
ſact. quæſt. 9. num. 11. Redo. d. tract.
de Simon. ment. par. 2. cap. 31. num.
40. & Vgol. d. §. 3. num. 4. quod qui-
18 dem ego intelligo † quoad euitandam
ſimoniam; nam quoad validitatem re-
quiritur auctoritas ſuperioris, vt habe-
tur in d. cap. ſtatuimus, de tranſact.
nam etiam ad permutationes benefi-
ciorū requiritur ſuperioris auctoritas
cap. quæſitum, de permut. item neceſ-
ſaria erit huiuſmodi ſuperioris aucto-
ritas in tranſactione ad hoc, vt obliget
ſucceſſorem, cap. de cætero, & cap. ve-
niens, de tranſact. Quod ſi etiam di-
camus, diſtributiones quotidianas eſſe
quodāmodo loco alimentorum, vnde
& victualia dicuntur in cap. de cætero,
extra de cler. non reſid. & c. vnico eod.
tit. in 6. quaſi ad victum quotidianum
dentur, vt oſtendimus 1. par. huius
tract. quæſt. 2. circa princip. & aliqua
ratione pro alimentis, vt conſtat ex ijs,
quæ adduximus 2. par. quæſt. 4. concl.
2. ad huc tranſactio non poteſt fieri ſu-
per diſtributionibus futuris, ſeu iure
eas percipiendi ſine ſuperioris aucto-
19 ritate; etenim ſine illa † non poteſt fie-
ri tranſactio ſuper alimentis futuris, vt
probat tex. vbi Doct. omnes in l. cum
ij, ff. de tranſact. & l. de alimentis C.
eod. latè Io. Petr. Surd. integerrimus
quondam, & eruditiſſimus uir in tract.

de alim. tit. 8. priuileg. 56. num. 1. &
ſeqq. vbi hanc concluſionem multis
modis ampliat, & limitat, ad quem
20 ſemper recurre. qua ratione † etiam ſu-
per penſione Eccleſiaſtica in futurum
ſoluenda, vel non, quæ datur pro ali-
mentis, ſine ſuperioris auctoritate tran
ſigi non poſſe docuerunt Gig. in trac.
de penſion. quæſt. 51. num. 21. & 27.
Surd. d. priuil. 56. num. 9. quando au-
tem cenſeatur penſio aſſignata pro ali-
mentis, vel non, latè poſt alios tradit
Caccial. in tract. de penſ. Eccleſ. quæſt.
9. & Gig. d. quæſt. 51. num. 8. vſque ad
21 14. Prior autem † pars huius conclu-
ſionis, quòd nimirum ſuper diſtribu-
tionibus iam perceptis, ſeu quarum
percipiendarum dies iam ceſſit, poſſit
tranſigi ſine ſuperioris auctoritate, pa-
22 tet, tum quia illę diſtributiones † ſunt
merè temporales, ſicut fructus decima
rum, qui ideo vẽdi poſſunt, & alienari,
vt oſtendimus ſupr. 2. par. huius tract.
quæſt. 18. concl. 5. ad fin. tum quia
23 † etiã ſuper pręteritis alimentis tran-
ſigi poteſt d. l. de alimentis C. de tran-
ſact. vbi Gloſ. & Doct. Surd. d. priui-
leg. 56. num. 94. communiter verò il-
24 lam † diſcriminis rationem inter præ-
terita, & futura alimẽta afferunt, quòd
ex futuris alimentis pendet hominis vi
ta, non ſic ex præteritis. Atque hæc de
hac quæſtione dicta ſint ſatis.

## SVMMÆ RERVM.

*1 Ius accreſcendi naſcitur ex coniunctione.*

*2 Coniunctionum genus duplex; alia enim eſt legis, alia hominis.*

*3 Coniunctio præcipuè hominis triplex, verbalis tantùm, realis tantùm, & mixta.*

*4 Coniunctio verbalis quomodo inducatur.*

*5 Coniunctio realis tantùm quid ſit, & quando inducatur.*

*6 Coniunctio mixta quid ſit, & quomodo inducatur.*

*7 Diſiuncti omnimodè quinam ſint.*

*8 Ius accreſcendi locum habet inter coniunctos verbis tantùm, vbi aliquo modo rè quoque coniuncti ſunt.*

*9 Ius non decreſcendi habet locum inter coniunctos re tantùm. ſimiliter inter mixtim coniunctos. num. 10.*

*11 Ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi locum præcipuè habet inter coniunctos coniunctione hominis ex diſpoſitione legis, ſecundariò ex hominis voluntate.*

*12 Ius accreſcendi habet quoque locum inter coniunctos coniunctione legali.*

*13 Ius accreſcendi, vel non decreſcendi an, & quando locum habeat in contractibus.*

*14 Ius accreſcendi locum non habet vbi portio rei iam eſt acquiſita.*

*15 Ius accreſcendi, & non decreſcendi quomodo definiri poſſint.*

*16 Diſtributiones quotidianæ non intereſſentium intereſſentibus accreſcunt, & num. ſeqq.*

*17 Remiſſio diſtributionum ijs tantùm conuenit, quibus illæ accreſcunt.*

*18 Coniunctio hominis, vel legis reperitur in diſtributionibus quotidianis, & num. ſeqq.*

*19 Maſſa diſtributionum eſt vna res actualiter, ſeparata per intellectum.*

*20 Anchar. opinio in Clem. 2. num. 10. de ætat. & qualit. reprehenditur. & num. ſeqq.*

*21 Portio deficiens non ſemper accreſcit cum onere.*

*22 Onus an accreſcat Collegis ſimul cum diſtributionibus.*

*23 Ius accreſcendi an locum habeat in alimẽtis, vel vſufructu, & num. ſeq.*

*24 Intellectus tex. in l. dominus ff. de vſufr. & l. 1. cum ſeqq. ff. de vſufr. accreſc.*

*25 Ius non decreſcendi locum habet in diſtributionibus vbi certa quantitas ex ſtatuto, vel conſuetudine Eccleſiæ debetur intereſſentibus, & num. 33. & quando neq; ius accreſcendi, neque non decreſcendi. num. 26.*

*27 Ius accreſcendi locum non habet inter Canonicos, & alios beneficiatos Eccleſiæ Collegiatæ.*

*28 Diſtributiones non intereſſentium an aliquando applicentur fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco, & nu. ſeqq. & ibi intellectus Trid. Concil. ſeſſ. 21. cap. 3. de refor. & ſeſſ. 22. cap. 3.*

*29 Decretum Trident. Concil. ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 22. cap. 3. quomodo ad concordiam reducantur.*

*30 Tertia pars fructuum, de qua Rota Rom. in nouiſſ. quænam ſit.*

*31 Diſtributiones quotidianæ conflatæ ex tertia parte redituum beneficiorum in Eccleſia Collegiata accreſcunt intereſſe tibus. Item impinguata ex ſuppreſſione præbendarum, vel vnione beneficiorum ſimplicium. nu. 32.*



*33 Diſtributiones non intereſſentium tunc intereſſentibus non accreſcunt, ſed non decreſcunt cùm certa quantitas intereſſentibus aſſignatur.*

*34 Diſtributiones nõ intereſſentium neque accreſcunt, neque non decreſcunt inteſſentibus, ſed applicantur Eccleſiæ vbi certa quantitas vnicuique intereſſenti aſſignatur. Item ea tertia, quæ detrahitur ex decreto Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 3. de reform. num. 35.*

*36 Diſtributiones non intereſſentium applicantur Eccleſiæ vbi ea de re ſit conſuetudo; aut etiam ſtatutum Eccleſiæ. num. 37. & 52.*

*38 Diſtributiones excommunicati accreſcunt cæteris Collegis. Idem in diſtriautionibus hæretici, num. 39. aut ſuſpenſi. nu. 40. aut etiam interdicti. num. 41. Item quæ tempore interdicti amittuntur. nu. 42.*

*43 Diſtributiones depoſiti, degradati, priuati beneficio, irregularis, & notorij fornicatoris accreſcunt cæteris Collegis.*

*44 Diſtributiones iniuſtè aliquibus conceſſæ accreſcunt illis, qui diuinis interfuerunt, nec tali conceſſioni conſenſerunt.*

*45 Diſtributiones, quas aliquando ſimoniacus amittit, accreſcunt cæteris Collegis. Simoniaci verò confidentialis fortaſſe applicãtur Cameræ Apoſtolicæ. num. 46.*

*47 Ius accreſcendi locum non habet in diſtributionibus vbi nullus diuinis interſit, ſed eæ applicantur Eccleſiæ.*

*48 Ius accreſcendi looum non habet in diſtributionibus, ſed Eccleſiæ applicantur vbi Capitulum interdictum ſit. Secus vbi Eccleſia interdicta eſt propter pollutionem maximè ad modicum tempus. num. 49.*

*50 Ius accreſcendi locum non habet in diſtributionibus cùm portio deficit, poſtquam ſemel eſt legitimè quæſita, per iudicis ſententiam; ſecus fortè ſi iure iubente ijs aliquis priuetur. num. 51.*

*52 Ius accreſcendi locum non habet in diſtributionibus vbi ius commune, vel ſpetiale portionem deficientẽ eas in aliam cauſam transferat quàm in cæteros Collegas qui diuinis officijs interſunt.*

## *An, & quando diſtributiones quotidianæ non intereſſentium intereſſentibus accreſcant.*
## *Quæſtio VI.*

QVONIAM remiſſio, aut cõdonatio quotidianarum diſtributionũ malè aliqua de cauſa perceptarum, aut tranſactio, vel etiam compoſitio, quam nonnunquam ſuper ijs fieri contingit, faciẽda vt plurimum eſt ab ijs clericis, ad quos huiuſmodi diſtributiones malè perceptæ iure peruenire debent per quoddam ius accreſcendi; ideo, poſt quam de huiuſmodi donatione, remiſſione, tranſactione, & compoſitione egimus in præcedenti quæſt. agendum erit in pręſenti de hoc iure accreſcẽdi, an nimirũ verum ſemper ſit, quod vulgò iã dicitur, diſtributiones quotidianas non intereſſentium intereſſentibus accreſcere. Ita .n. cognoſcet vnuſquiſque, an ex parte perſonæ agentis rectè facta ſit cõdonatio, tranſactio, vel compoſitio ſuper quotidianis diſtributionibus. Hanc verò quæſtionem in hac potiùs, quàm in pręcedẽti parte huius tractatus diſputamus, quoniam, licèt ad illam quoque ſpectaret, cum ad acquirendas quotidianas diſtributiones pertineat; tamen & ea ſecunda tractatus pars ſua dote, quæ ampliſſima eſt, contenta eſſe debet, & hęc quęſtio huic quoque tertiæ parti conuenire optima ratione videtur, quæ eſt de ijſdem diſtributionibus rectè diſtrahendis, cum de diſtributionibus ab ijs, qui non interſunt, tollendis, & abſtrahendis, ijſq; qui interfuerint, quibuſq; accreſcunt, tribuendis agatur; & præterea, dum quęritur, quibus, & quando non accreſcũt, agatur quoq; de ipſiſmet diſtributionibus auferendis à clericis illis, qui eas fortè per errorem ſub prætextu iuris accreſcendi perceperunt. Vt autem in hac quęſtione dilucidiùs ꝓcedatur, præmittendũ aliquid puto de ipſomet

iure accreſcendi generatim; & quia ius
1 accreſcendi † naſcitur ex coniunctione,
vt paſſim tradunt Doct. maximè verò
Bart. l. re coniuncti num. 9. ff. d. leg. 3.
notauitque inter cæteros Mich. Craſſ.
lib. ſentent. ſeu tract. de ſucceſſ. § ius
accreſcendi quæſt. 4. in princ. breuiter
aliquid etiam de coniunctione eiuſque
ſpetiebus dicendum erit.

2 Præmitto igitur primò, duplex † eſſe
genus coniunctionum; altera enim eſt
coniunctio legalis, ſeu legis, hoc eſt à
ſola lege introducta, alia hominis; con-
ſtat id ex l. triplici ff. de verb. ſignif.
iuncta l. 1. C. quand. non petent. par.
vbi id adnotarunt Doct. omnes, maxi-
mè verò Bolognet. num. 223. Romul. d.
l. re coniuncti, quæſt. 4. ff. de leg. 3.
Craſſ. d. §. ius accreſcendi queſt. 4. num.
1. & quæſt. 7. per totam, Anton. Gomez.
tom. 1. var. reſolut. cap. 10. num. 28. &
& alij paſſim. Coniunctio verò præci-
3 puè hominis † tres habet ſpecies, alia
eſt enim coniunctio verbalis tantùm,
alia realis tm̃, alia mixta, hoc eſt, verba
lis ſimul, & realis. ita Iurecõſultus d. l.
re coniuncti ff. de leg. 3. & d. l. triplici
ff. de verb. ſignif. Coniunctio verbalis
4 † inducitur, quando vna oratione, ſeu
vna eademq; clauſula teſtator pluribus
eãdem rẽ factis portionibus relinquit,
ſiue ſolutè, ſiue copulatiuè plures vo-
cati ſint, dummodo adſit vnitas verbi.
tex. d. l. triplici, & l. re coniuncti. eſt-
que communis opinio, vt ibi teſtatur
Bologn. num 1. Polit. num. 17. & Fer-
nand. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 21.
num. 36. ſubſtantia enim cõiunctionis
verbalis cõſiſtit in identitate orationis
coniungentis, non autem in copula;
nam copulæ cõiunctionem cõfirmant,
non inducunt. ita volunt Doct. com-
muniter, vt aſſerit Bologn. ibid. num.
187. verſic. tertium, & Craſſ. d. quæſt. 8.
num. 2. & 3. vbi ex communi opinione
infert, quòd, ſi plures ſint orationes,
quia pluries verbum repetatur, & ſi
copula interueniat, non tamen inducit
verbalem coniunctionem. Quin etiam
coniunctio verbalis non modò indu-
citur per dictionem collectiuam, ſed
etiam per diſtributiuam, vt ſi dicatur,
quiſquis mihi hæres erit, hæres ſit, &
Titius, nam ille habebit dimidiam, Ti-
tius aliam; ita ex Bart. & communi tra-
dit Craſſ. d. quæſt. 4. num. 4. ſubdens, in
hoc tamen eſſe diſcrimen, quòd diſtri-
butiuum ſeparet partes, ac non conſti-
tuat vnum corpus, collectiuum verò
vniat perſonas conſtituendo vnum cor
pus, vt omnes vocentur ad vnam me-
dietatem. Immo per dictionem quo-
que aduerſatiuam, & alternatiuam ea-
dem verbalis cõiunctio induci poteſt,
vt pluribus oſtendit idem Craſſ. d. q. 4.
num. 5. & 6. Realis tantùm coniunctio
5 † eſt, qua eadem res pluribus ſepara-
tim, hoc eſt, diuerſis orationibus datur,
vt Titio lego fundum, eũdem fundum
lego Sempronio; ita Gomez. d. cap. 10.
num. 24. verſic. coniuncti re tãtùm per
tex. in l. re coniuncti, ff. de leg. 3. l. con-
iunctim ff. eod. l. 1. §. interdum, ff. de
vſufr. accreſc. d. l. triplici, ff. de verb.
ſignifi. §. ſi eadem res, Inſtit. de legat. l.
vnica §. his ita definitis, & §. vbi autem
legatarij, C. de caduc. tollen. eſtq; com-
munis opinio Doct. tum alibi, tum ma-
ximè d. l. re coniuncti, de qua etiam te-
ſtatur Craſſ. d. §. ius accreſcendi q. 5.
num. 1. vbi vſque ad finem quæſtionis
id multis modis ampliat, & limitat.
Mixta denique cõiunctio, ſeu quæ tam
realem, quàm verbalem ſimul comple-
6 ctitur, ea eſt, † quando in eadem ora-
tione res vnicuique in ſolidum, hoc eſt
ſine aſſignatione partium relinquitur;
ita tamen, vt concurſu partes faciant.
optimus tex. d. l. triplici, eſtq; commu-
nis Doct. omnium opinio teſte Rip. d.
l. re coniuncti num. 54. Bologn. nu. 207.
& Craſſ. d. §. ius accreſcendi quæſt. 6.
num. 1. vbi iuncto num. ſeq. oſtendit, id
procedere non modò quando bis idem
in eadem oratione datur, vt ſi teſtator
dixerit, Sempronio fundum, eundem
fundum Titio lego, ſed etiam quando
ſemel tantum pluribus idem relinqui-
tur, vt ſi teſtator dicat, Titio, & Sem-
pronio lego fundum; hoc enim quoq;
caſu



caſu induci mixtam cõiunctionem aſ-
ſerit; quod etiam num. 3. concludit, ſi
per verbum collectiuum teſtator lega-
uerit dicẽdo, Lego domum filijs meis,
vel fundum ſeruis Titij poſt Bart. d. l.
re coniuncti, quem communiter Doct.
ſequuntur teſte Bologn. ibi num. 219.
verbis enim inquit Craſſ. coniuncti
ſunt, quia vocantur per verbum colle-
ctiuum, re coniuncti, quia vocantur ad
eadem rem; vnde ſuccedit regula mix-
tæ coniunctionis, de qua in d. l. triplici,
quòd cõplexus rei, & nominis eos con-
iungit. Ex quibus omnibus colligitur
7 † omnimode diſiunctos fore illos, qui
neque re, neque verbis coniuncti ſunt,
eos nimirum, quibus hæreditas relin-
quitur in diuerſis clauſulis, & oratio-
nibus, & pro diuerſis, & ſeparatis por-
tionibus, vt ſi dicat teſtator, inſtituo
Titium hæredẽ in dimidia parte meæ
hæreditatis, Seium in alia dimidia; ita
per tex. in l. & Proculo, ff. de leg. 2. Glo.
& Doct. omnes antiquos in l. 1. §. fin. ff.
de vſufr. accreſc. Bart. d. l. re coniuncti,
& alios tradit Anton. Gomez. d. c. 10.
num. 25.

Præmitto ſecundò, Ius accreſcendi,
quod infra in poſtremo præmiſſo defi-
8 niemus, locum habere † inter coniun-
ctos verbis tantùm, vbi aliquomodo
etiam re coniunti ſunt, hoc eſt, qaando
vnica res actualiter pluribus relinqui-
tur in vnica oratione, ſed ſeparata
per intellectum, vt dicendo, æquis por-
tionibus; ita tradit Bart. d. l. re con-
iuncti, & eſt communis opinio, vt ibi
teſtatur Bologn. num. 238. verſic. ſed
licèt, Fernan. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ.
§. 25. num. 1. & Craſſ. d. §. ius accre-
9 ſcendi queſt. 8. num. 4. Inter † coniun-
ctos autem re tantùm habet locum nõ
quidem ius accreſcendi, ſed nõ deſcre-
ſcendi, nam portio deficiens ex perſona
vnius ex cõiunctis re tantũ debetur alij
iure non deſcreſcendi, ideſt tanquã ſua
tibi ab initio relicta in ſolidũ. hæc opi
nio fuit Bar. d. l. re coniuncti, cum quo
conueniunt iura, & Doct. cõmuniter vt
teſtatur ibi Bologn. nu. 229. & ſequitur
Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 21. num.
51. Franc. Duaren. tract. de iur. accre-
ſcen. lib. 1. cap. 11. & Craſſ. d. §. ius ac-
creſcendi quæſt. 9. num. 1. Similiter in-
10 ter mixtim coniunctos † locum habet
ius non decreſcendi. hanc eſſe irrefra-
gabilem omnium ſententiam teſtatur
Rip. d. l. re coniuncti; num. 74. Bologn.
num. 241. Romul. num. 95. Coraſ. l. te-
ſtamento num. 16. C. de impuber. & al.
ſubſtit. & Craſſ. d. §. ius accreſcendi
queſt. 10. licèt cõtrarium ſentiat Vaſq.
d. §. 21. num. 58. Hoc autem ius ac-
11 creſcendi, ſeu non decreſcendi † inter
coniunctos coniunctione hominis lo-
cum præcipuè habet ex legis diſpoſi-
tione, ſecundariò vero ex hominis di-
ſpoſitione, & voluntate; ita Gloſ. in l.
apud Iulianũ §. idem Iulianus ff. ad S.
C. Trebell. Bart. l. in teſtamento num.
5. ff. de vulg. & pupill. & alij, quos re-
ferunt, & ſequuntur Soarez. in addit.
ad Gomez. d. cap. 10. litt. A. & Craſſ.
d. §. ius accreſcendi q. 2. vbi etiã refert
Romul. d. re cõiuncti nu. 10. & alios de
communi atteſtantes. Inter cõiunctos
12 verò cõiunctione legali † habet quoq;
locum ius accreſcẽdi; optimus tex. vbi
Gloſ. Bart. & cæteri in l. ſeruus com-
munis, ff. de acquir. hæred. pluribusq;
id comprobant Gomez. d. cap. 10. num.
28. Craſſ. d. §. ius accreſcendi quæſt. 33.
num. 1. & Duaren. d. tract. de iur. accre-
ſcen. lib. 1. cap. 14. An verò, & quando
13 † ius accreſcendi, vel non decreſcendi
locum habeat in cõtractibus, quoniam
ad rem noſtram non facit, hic non tra-
cto, ſed remitto te ad Duaren. d. lib. 1.
cap. 15. Gomez. d. cap. 16. num. 5. vſque
ad 4. & Craſſ. d. §. ius accreſcendi, q. 24.
nobiſq; ſufficiat aliquando in ijs locũ
habere. Illud tantùm hic adnotandũ
14 eſt, ius accreſcendi † locum non habe-
bere, vbi portio iam eſt acquiſita, vt eſt
tex. in l. 1. §. interdum iuncta gloſ. ff. de
vſufr. accreſcen. & l. aquam §. fin. ff.
quemad. ſeruit. amitt. notauitq; inter
cæteros Gomez. d. cap. 10. nu. 6. & plu-
ribus oſtendit Duaren. d. lib. 1. c. vlt.

Præmitto tertiò, & vltimò, ex ſupra-
dictis

15 dictis † colligi poſſe definitionem tā
iuris accreſcendi, quàm non decreſcē-
di, vt nimirum ius accreſcēdi ſit ius il-
lud, per quod pars vnius ex coniunctis
non acquiſita, ſi deficiat, alteri accre-
ſcit. ius verò non decreſcendi ſit ius,
per quod portio vnius cōiuncti adhuc
non acquiſita alteri coniuncto tanquā
ab initio in ſolidum tributa nō decre-
ſcit. His præmiſſis ſit

Prima concluſio. Regulariter por-
tio diſtributionum ſi intereſſent ijs cō-
tingens, qui nō interſunt, † intereſſen-
tibus accreſcit. Ita Gloſ. & magis cō-
muniter Doct. in Clem. 2. Verb. pars di
midia, de æt. & qual. & ord. præfic. alia
Gloſ. in Clem. 2. Verb. ſuſpenſos, de vit.
& honeſt. cler. Gemin. cap. vnico §. qui
verò num. 10. de cler. non reſid. in 6.
Franc. §. ſtatuimus nu. 4. Gig. conſ. 144.
num. 30. Nauar. in Manual. Confeſſ.
cap. 25. num. 123. & Manual. ſeu tract.
de orat. & hor. Canon. cap. 7. nu. 34. &
rurſus Miſcell. 59. de orat. nu. 9. Franc.
& alij in c. vlt. col. pen. de reſcript. in 6.
Caſſad. deciſ. vnic. de cler. non reſid.
Rebuf. in concord. Gall. rubr. de collat.
§. 1. Verb. diſtributionum; ſenſit Co-
uar. communem, ac receptā Doct. opi-
nionem aſſerens lib. 3. var. reſolut. cap.
13. num. 7. in princip. Deinde ſatis pro-
batur hæc concluſio ex tex. in d. capit.
vnico §. ſtatuimus, vbi Bonifacius 8. in-
diſtinctè mandat, ac ſtatuit, vt quoti-
dianæ diſtributiones ijs Canonicis, &
clericis Collegiatarum Eccleſiarū tri-
buantur, qui diuinis officijs adfuerint;
atque adeo, cum eas quoque diſtribu-
tiones complectatur, quas ij, qui non
interſunt, acquirerent, ſi intereſſent,
neceſſarium eſt eas acquiri, & accre-
ſcere ijs, q interſunt. Idē quoq; apertè
eadem ratione colligitur ex Trident.
Conc. ſeſſ. 21. c. 3. de reform. vbi ſtatuit
quotidianas diſtributiones diuidēdas
eſſe inter obtinentes dignitates, & cæ-
teros diuinis intereſſentes; & meliùs
ex ſeſſ. 24. cap. 12. verſic. diſtributiones
verò; quo loco decernit Sancta Syno-
dus, vt diſtributiones ij, qui ſtatis ho-
ris interfuerint, recipiant, iunctis ma-
ximè ijs verbis ſtatim ſequentibus, re-
liqui quauis colluſione, aut remiſſione
excluſa his careant; remiſſio enim hæc
17 diſtributionum † fieri non poteſt niſi
ab ijs, quibus accreſcunt, & quorum lu
cro cedūt, vt de ſe patet, & conſtat etiā
ex Gloſ. d. cap. vnico verbo ſuas. Deni-
que probatur noſtra hæc concluſio ra-
tione. Vel enim diſtributiones quoti-
18 dianæ † relinquuntur à teſtatore, &
tunc cum aliter relinqui non ſoleant,
quàm, vt Canonicis, qui diuinis officijs
interſunt, tribuantur, clarum eſt tunc
Canonicos verbis coniunctos eſſe, cum
vocentur per nomen collectiuum in
vnica oratione iuxta ſupra dicta in 1.
præmiſſ. atque adeo inter eos propriè
locum habebit ius accreſcendi, cum ad
rem vnicā actualiter, quàmuis per in-
tellectū ſeparatā, ac diſtinctā vocentur
iuxta ea, quę ſupra prę miſſ. 2. latiùs de-
19 duximus; eſt aūt † maſſa illa, quæ in di
ſtributiones diuiditur, vnica quædā res
actualiter per Capitulū, ſeu eius Syndi
cū adminiſtrata, vt de ſe patet, & in ſpe
tie docet Marſil. Colum. tract. de redit.
Eccleſ. cap. 26. nu. 16. ſatiſque conſtat
ex Gloſ. d. cap. vnico, Verb. receperit,
& ibi Franc. §. qui verò num. 8. Gemin.
num. 14. & Philip. Prob. in addit. ad
Io. Monach. d. cap. vnico num. 56. &
ſeqq. Oldr. conſ. 118. num. 5. Dec. conſ.
280. num. 2. cum ſeqq. & Pariſ. conſ.
32. num. 14. vol. 4. & conſ. 33. num. 24.
vol. 4. quàmuis per intellectum ſint di-
uiſæ in plures portiones, quæ ex inten-
tione teſtatoris diuidendæ ſunt, ac di-
ſtribuendæ in ſingulos Canonicos reſi-
dentes. Vel non ſunt relictæ diſtribu-
tiones à teſtatore, ſed aūt conſtitutæ
ſunt ab Epiſcopo per detractionem ter
tiæ partis ex reditibus, & prouentib.
quibuſcūq; dignitatum, Canonicatuū,
& officiorum in Eccleſijs Cathedrali-
bus, vel Collegiatis iuxtà decretū Tri-
dent. Concil. d. ſeſſ. 21. cap. 3. de refor-
mat. aut alia ratione inſtitutæ; & tunc
adhuc habebit locum ius accreſcendi
propter cōiunctionem legalem per ea,
quæ



quæ latiùs tradidimus d. præmiſſ. 2. hęc
autem legalis, coniunctio habetur in
iuribus paulò ante allegatis, nimirum
d. cap. vnico §. ſtatuimus, & Trident.
Concil. d. ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 24. cap.
12. verſ. diſtributiones verò, in quibus
cauetur, quòd diſtributiones quotidia-
næ clerici Collegiatarum Eccleſiarum
diuinis officijs intereſentibus tribuan-
tur; habes enim verbalem coniunctio-
nem per nomen collectiuum Canoni-
corum, ſeu clericorum in vnica ora-
tione poſitū; habes etiam vnicam rem
actualiter, per intellectum ex legiſla-
toris, ſeu Canonum conditoris mente
diuiſam, vt paulò ante diximus, quæ
deinde in executione actualiter diui-
ditur, vt etiam contingit in cōiunctio-
ne verbali hominis, in qua locum ha-
bet ius accreſcendi, vt in 1. præmiſſ. do
20 cuimus. Ex quo fit, vt † explodenda
omnino ſit opinio Anchar. d. Clem. 2.
num. 10. de æt. & qualit. & ord. præfi-
ciend. dum fruſtra probare contendit,
in quotidianis diſtributionibus non ha
bere locum ius accreſcendi. Falſum
eſt enim, quod ipſe primo loco aſſumit,
inter coniunctos coniunctione legali
non habere locum ius accreſcendi, vt
ſupr. præmiſſ. 1. oſtendimus; neque eius
intentum probat tex. in l. & Proculo ff.
de leg. 2. quæ tantùm procedit in lega-
to proprietatis, vt explicat ibi Glo. Bar.
& cæteri. non obſtat etiam 2. ratio An-
char. quòd diſtributiones dantur cum
onere, in quo non poteſt ſuccedere ſo-
21 cius; nā primò reſpondetur † non ſem-
per portionem accreſcere cum onere,
vt conſtat ex Craſſ. d. §. ius accreſcendi
quæſt. 30. Gomez. d. cap. 10. num. 43. &
Duaren. d. tract. de iur. accreſcen. lib. 2.
22 in princip. deinde, † quòd onus in caſu
noſtro non accreſcat, id euenit, quia
naturæ rei repugnat, cum nō poſſit Ca-
nonicus bis intereſſe diuinis officijs.
Denique dici poteſt aliquo etiam mo-
do augeri onus; nam pręter intereſſen-
tiam ſunt etiam alia munia, & miniſte-
ria Eccleſiaſtica obeunda, quæ, vbi ali-
qui ex clericis deſint, cęteris proculdu-
bio accreſcunt. Similiter non obſtat
tertia eiuſdem Doct. ratio quòd diſtri-
butiones dentur pro alimentis, & vſu-
23 fructu; in quibus tamen † non videtur
habere locum ius accreſcendi, l. domi-
nus, ff. de vſufr. & l. 1. cū ſeq. ff. de vſufr.
accreſ. primùm enim negatur diſtribu-
tiones propriè dari pro alimentis ſaltē
præcisè; nam dantur pro ſeruitio præ-
ſtito, vt ſatis oſtendimus 2. par. huius
tract. quæſt. 4. concl. 2. deinde id non
24 probat tex. d. l. dominus † ſecundùm
multorum explicationē; nam vel pro-
cedit propter expreſſam teſtatoris di-
ſpoſitionem, vel quia ſeparatim, non
autem coniunctim alimenta relicta
erant, vt patet ex ſolutionibus Gloſ. ibi
in Verbo recurrit, & aliorū. In vſufru-
ctu autem vt plurimum locum habere
ius accreſcendi conſtat ex eadem l. 1.
& tot. ferè tit. ff. de vſufr. accreſcen.
Denique falſum eſt, quod pro poſtre-
ma ratione aſſumit Anchar. nimirum,
quòd nulla inter clericos Collegiata-
rum Eccleſiarum coniunctio ſit neque
verbis, neque re, ex eo, quòd diuiſio, &
diſtributio fiat inter eos per quotas; nā
ex ſupradictis patet aliquando eſſe in-
ter eos coniunctionem verbalem; ſem-
per verò realem, ac præterea legalem
ex canonum diſpoſitione; in quibus cō
iūctionibus patet diuiſionem fieri per
quotas. Admittenda autem potiùs eſt
ea diſtinctio, quam facit Couar. d. c. 13.
num. 7. circa medium, dum ait, quòd
25 † aut ſtatuto, ſeu conſuetudine Eccle-
ſiæ certa quantitas, puta decem aureo-
rum, eſt diſtribuenda inter eos, qui ho-
ris Canonicis, & diuinis officijs præſen
tes fuerint; & tūc pars, quæ abſentibus
ob præſentiam deberetur, potiùs præ-
ſentibus competit iure non decreſcen-
di, quàm accreſcendi; quoniam tunc in
ſolidum ea quātitas tribui videtur in-
tereſſentibus, non intereſſentibus autē
26 nihil. At, ſi † ita res inſtituta ſit, vt
cuilibet Canonico, qui præſens horis
Canonicis fuerit, detur certa, ac deter-
minata quantitas, puta vnius aurei, aut
ſimilis, eo caſu portio abſentis non ac-
quiritur

quiritur vllo modo ſiue per ius accre-
ſcendi, ſiue non decreſcendi præſenti-
bus, ex eo, quòd nulla in hoc caſu ſit
inter Canonicos rei, aut verborum cō-
iunctio; quare illa portio apud ipſam
Eccleſiam manebit. hāc diſtinctionem
apertè etiam tenent Franc.Marſ. deciſ.
Delphin.881.num.4.& ſeqq. Rebuf. d.
Verb.diſtributionum, Imol.d.Clem.2.
num.33.& ibi Card.§.illi verò num.21.
pòſt Io. An. in quibuſdā Apoſtill. poſt
Gloſ.d. Clem.2. quas nos nō habemus;
Hoc tamen poſtremum, quod dictum
eſt, ad Eccleſiam, non autem alios Ca-
nonicos pertinere eam portionem, quę
poſteriori caſu deficit, tunc obtinet, in-
quit Couar.loc.cit. cum ex patrimonio
Eccleſiæ, cui miniſtrantur, dantur re-
ditus, & quotidianæ diſtributiones ip-
ſis miniſtris nulla facta diuiſione redi-
tuum inter ipſam Eccleſiam, eiuſue mi-
niſtros; nam, ſi miniſtri habeant diſtin-
ctos reditus, quaſiq; patrimonium ab
Eccleſia, portio illa abſentis, ſeu defi-
ciens in poſteriori diſtinctionis mem-
bro non ipſi Eccleſiæ, ſed patrimonio
communi ipſorum miniſtrorum appli-
candum erit. Neque hæc diſtinctio, ſi
rectè perpendatur, repugnat ijs, quæ
ſuperiùs latiùs adduximus initio huius
concluſionis: concluſio. n. procedit in
vniuerſitate, ſeu incerta quantitate di-
ſtributionū quotidianarum; hæc verò
diſtinctiò locum habet in certa aliqua,
ac determinata earundē diſtributionū
quantitate ijs aſſignata, qui diuinis of-
ficijs interfuerint. Sed neq; ex ijſdem
27 ſuperiùs adductis † in ferre licet, locū
habere ius accreſcēdi inter Canonicos
& obtinentes Dignitates in Eccleſijs
Cathedralibus, aut Collegiatis, atque
inter beneficiatos, ſeu Manſionarios
earundem Eccleſiarum tamquam ſibi
inuicem coniunctos ſiue legis coniun-
ctione, ſiue hominis, verbis, aut; re nam
certū eſt eos inter ſe re omnino diſiū-
ctos eſſe, cum habeant diſtinctam Maſ-
ſam quotidianarum diſtributionum; ſi
militer etiam verbis diſiuncti vidētur,
cū per diſtincta nomina collectiua ad
diſtributiones vocentur, vt conſtat ex
tex. d. cap. vnico §. ſtatuimus, ibi, Ca-
nonicis, ac alijs beneficiatis, & clericis
Eccleſiarum ipſarum; nec non ex Trid.
Concil.ſeſſ.21.cap.3.de reformat. quo-
modo etiam intelligendum eſt cap. 12.
de reform.ſeſſ.24.verſic.diſtributiones
verò, dum ſe refert ad Conſtitutionem
Bonif. 8. d. cap. vnico, quam in nouat.
Illud verò difficultatem mihi aliquam
28 facit, † quòd in ead.Trid.Synodo ſeſſ.
22.cap. 3.caueri videtur portionem di-
ſtributionum ijs contingentem, qui nō
interſunt, ſi intereſſent, applicari debe-
re Fabricę Eccleſię, quatenus indigeat,
aut alteri Pio loco arbitrio Ordinarij,
quod apertè repugnare videtur ei, qđ
initio huius concluſionis etiam ex eo-
demmet Trid. Concil. ſeſſ.21. cap.3.
docuimus, regulariter diſtributiones
eorum, qui diuinis non interſunt, in-
tereſſentibus accreſcere. Hanc dif-
ficultatem, & antinomiā vel nō ſenſit,
vel certè non diſſoluit Thom. Zerol.in
Prax.Epiſcop. Verb.diſtributiones quo
tidianæ num. 4. verſic. Dico ſecundò;
nam ex vtroque illo decreto Trident.
Concil. nimirum ſeſſ.21. cap. 3. & ſeſſ.
22.cap.3.de reformat. putat tertiam il-
lam partem redituum, & prouentuum,
quæ detrahitur Dignitatibus, Canoni-
catibus, & officijs, applicari debere
fabricæ, aut alteri pio loco in caſu non
intereſſentię, non autem accreſcere cę-
teris intereſſentibus, ſicut accreſcit por
tio diſtributionum antiquarum, quæ
non ex huiuſmodi tertijs fructuum, ſed
ex maſſa, vel reditibus Eccleſiarum,
vel vnionibus beneficiorum conſtitu-
untur; quod tamen falſum eſt; nam d.
ſeſſ.21. cap. 3. illa tertia pars omnino
in diſtributiones quotidianas conuerti
iubetur, & tribui ijs, qui diuinis officijs
interfuerint tamquam vera, & propria
diſtributio; atque adeo portio non in-
tereſſentis accreſcere debet intereſſen-
ti, vt ſuperiùs admonuimus; aliàs illa
duo decreta interſe non differrent, &
eorum alterum eſſet ſuperuacaneum,
quæ tamen admodum inter ſe differre

latè



latè docuimus 1. par. huius tractatus
quæſt. 5. concl. 2. circa medium. Hanc
verò vtriuſque ſynodalis decreti diffe-
rentiam, & quaſi antinomiam optimè
ſenſit Nauar. d. Miſcell.59. de orat.nu.
9. qui ideo vtrumq; ſic ad concordiam
29 reducit, vt † poſterius, nimirum ſeſſ.
22. cap. 3. loquatur tantùm de diſtri-
butionibus extraordinarijs, & impro-
prijs, quæ de reditibus particularibus
dignitatum perſonatuū, & officiorum
cōſtituuntur lucrifaciendæ ab eis ſolis,
qui huiuſmodi beneficia habent im-
plendo officia, & ſeruitia diuina eis ab
Epiſcopo pręſcribenda, ac deſignanda,
prius autem decretum, hoc eſt illud,
quod habetur ſeſſ. 21.cap. 3. intelliga-
tur de diſtributionibus ordinarijs, &
proprijs, quæ conſtituuntur de fructi-
bus cōmunibus lucrifaciendæ à facien-
tibus cōmuniter officia diuina; & ideo,
ſubdit Nauar. illæ extraordinariæ me-
ritò non accreſcunt alijs, quibus hæ or-
dinariæ diſtributiones accreſcunt, quo
niam hæ de communibus fructibus cō-
ſtituuntur pro officijs communiter ab
omnibus obeundis, illæ verò de fructi-
bus particularibus præfatarum digni-
tatum, perſonatuum, & officiorum pro
officijs, ac ſeruitijs à ſolis ea obtinenti-
bus faciendis, & obeundis. Pro quo
facit, ſubdit idem Nauar. quòd etiam
ante Cōcilium Tridentinum in multis
Eccleſijs erant quædam diſtributinnes
extraordinarię pro habentibus aliquas
dignitates, perſonatus, vel officia, qui
perſonaliter aliqua diuina officia obi-
rent, puta celebrando Miſſas maiores
certis diebus, habebantque lucrum
vnius aurei exempli gratia; ita, vt ſi
perſonaliter illa munia ſubirent, lucrū
illud ſentirent, alio qui amitterent; ſed
amiſſum non accreſceret alijs Cano-
nicis, qui Miſſæ interfuiſſent. Hęc Na-
uarri ad vtrumque decretū Tridentinę
Synodi conciliatio optima eſt, & aptiſ-
ſima, modò tamen id, quod de commu-
nibus reditibus dixit, ex quib. ordina-
riæ diſtributiones conſtituuntur, intel-
ligat non ſolùm de communibus illis
prouentibus, qui ab initio, ſeu ex pri-
mæua inſtitutione ad quotidianas di-
ſtributiones conſtitutæ, ac deſignatæ
ſunt, ſed etiam de tertia illa parte re-
dituum, ac prouentuum, quæ ex d.ſeſſ.
21.cap.3. conuertenda eſt in quotidia-
nas diſtributiones; quæ quidem tertia
pars ideo poteſt optima ratione nomi-
ne communium redituum contineri;
quoniam per cōuerſionem illam, pro-
priorum redituum cuiuſque beneficij
nomen ſimul, ac naturam amiſit, & tā-
quam communi maſſæ Capitulari vi
Conciliaris decreti incorporata com-
munium redituum notionem, & ratio-
nem, ac naturam accepit. Neque huic
30 conciliationi obſtat † quod deciſum
extat à Rot. Rom. teſte Cæſar. Craſſ.
deciſ.102.aliàs 9. ſub tit. de præben. ac
dignitat. quæ etiam habetur deciſ.402.
par.1.& rurſus deciſ.270.part.2. in no-
uiſſ. diuerſ. nimirum tertiam partem
fructuum, quæ ex beneficio detrahi-
tur, computari in valore beneficiorū;
longèq; differre à diſtributionibus, &
acquiri Canonico beneficiato præſen-
ti, ac ſeruienti in Eccleſia Cathedrali,
vel Collegiata per ius non decreſcen-
di potiùs, quàm accreſcendi, quaſi
verò eadem ratio ſit vtriuſque illius
decreti Tridentinæ Synodi; non ob-
ſtant inquam illæ deciſiones; nam
apertè loquuntur de illa detractione,
quæ fit vigore conſuetudinis, aut ſta-
tuti alicuius Eccleſiæ, nulla verò ibi
fit mentio Trid. Concilij, videtur au-
tem conſuetudo, & ſtatutum, de qui-
bus in d.deciſ.conuenire potiùs poſte-
riori illi decreto Tridentinæ Synodi,
de quo d.ſeſſ.22.cap.3. per ea enim nul
la fit conuerſio in diſtributiones quo-
tidianas, ſed ſimplex ſeparatio, & de-
tractio à reliquis fructibus aſſignato
munere, & ſeruitio ab eo præſtando, de
cuius beneficij fructibus, ac prouenti-
bus ea tertia pars detrahitur, prout ēt
fit d.ſeſſ.22. cap. 3. atque adeo eadem
planè ratione tum hoc decretum, tum
illa conſuetudo, ac ſtatutum regulari
debent.

Ex his igitur omnibus, quæ in hac prima concluſione adduximus, vt vela aliquando contrahamus, habemus regulam, quòd diſtributiones quotidianæ propriè ſumptæ, ſeu earum portio, quæ deberetur ijs, qui abſunt, ſi diuinis officijs intereſſent, accreſcit cæteris intereſſentibus. Ampliatur verò hæc re-
31 gula ex ſupradictis, vt † procedat etiã in ijs diſtributionibus, quæ conflatæ ſunt ex tertia parte redituum, & prouentuum detracta ex quibuſcunq; dignitatibus, perſonatibus, & officijs Eccleſiarum Cathedraliũ, vel Collegiatarum, & conuerſa in quotidianas diſtributiones vbi priùs nullæ ad eſſent, vel admodum tenues, vigore decreti Concilij Tridentini d. ſeſſ. 21. cap. 3. de
32 reform. quod idem † eadem ratione ſtatuendum eſt de ijs quotidianis diſtributionibus, quæ, cum tenues eſſent, auctæ ſunt, & quodãmodo impinguatę ex vnione aliquorum beneficiorum, vel ex aliquarum præbendarum ſuppreſſione iuxta facultatem ad id Epiſcopis cũ conſenſu Capituli tributam ab eadem Trident. Synodo ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. Limitatur autem primò hæc ipſa regula, & concluſio, vt non
33 procedat † vbi certa quantitas, puta decem aureorum, diſtribuenda eſt ex ſtatuto, aut conſuetudine inter eos, qui diuinis interfuerint; nam tunc portio non intereſſentium intereſſentibus accedit non iure accreſcendi, ſed non decreſcendi, vt ſupr. hac ead. concluſ. circa medium ex Couar. Card. & alijs do-
34 cuimus. Limitatur ſecundò, vt † neq; iure accreſcendi, neque non decreſcẽdi ad alios Canonicos, & Collegas perueniat portio deficiens diſtributionis, vbi certa, ac determinata quãtitas, puta vnius aurei vnicuiq; Canonico præſenti tribui mandatur; ſed ea applicãda ſit Eccleſiæ, vt poſt alios ex eodem Couar. ibidem oſtendimus, cum quo etiam hoc ipſum tunc demum admonuimus procedere, cum diſtincti ſunt reditus Eccleſiæ à reditibus, ac prouẽtibus miniſtrorum. Limita tertiò, vt
35 † ea tertia pars fructuum, ac redituũ, quæ ex dignitatibus, perſonatibus, ac officijs in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis exiſtentibus detrahitur ab Epiſcopis deſignato ab ijſem cuilibet proprio officio, & ſeruitio vi decreti Trident. Concil. ſeſſ. 22. cap. 3. de reformat. ſi deficiat ex eo, quia ſeruitium illud impletum non fuerit, non ipſis Canonicis, ſeu Collegis accreſcat, ſed fabricæ Eccleſiæ, aut alteri Pio loco arbitrio Epiſcopi applicanda ſit, vt eod. cap. 3. apertè decernitur. Limita quar-
36 tò † vbi eſſet cõſuetudo, quòd non accreſcerent intereſſentibus, ſed in Eccleſiæ vtilitatem cõuerterentur, prout deciſum fuit in Delphin. teſte Franc. Marc. deciſ. 882. nu. 6. & 7. par. 2. dicẽte eam conſuetudinem eſſe in Eccleſia S. Andreæ Gratianopolis: idemq; docet Gloſ. recepta d. Clem. 2. de æt. & qual.
37 id ipſum quoque † concedens ſtatuto Eccleſiæ. quod & latè tradit Franc. Monal. conſi. 27. num. 4. Alias autem huius regulæ, & concluſionis tum ampliationes, tum etiam limitationes, ſequentibus concluſionib. latiùs proſequemur.

Secunda concluſio. Diſtributiones, quas clericus Eccleſiæ Collegiatæ excommunicatus amittit iuxta ea, quæ docuimus ſupr. 2. par. huius tract. q. 15.
38 concluſ. 1. iure accreſcendi † cæteris collegis accedunt. ita Abb. in cap. paſtoralis §. verùm, num. 22. Dec. num. 7. & alij Doct. magis communiter. qua
39 ratione idem † dicendum eſt de hæretico occulto, qui & ipſe propter hæreſim excommunicationem incurrit; nam diſtributiones ab eo perceptæ interim donec cum retentione beneficij abſoluatur cæteris accreſcunt, vt in ſpetie reſpondit Nauar. conſ. 29. de
40 præben. vol. 1. Idem quoque de † ſuſpenſo in ſpetie docet Gloſ. d. Clem. 2. verb. pars dimidia, de æt. & qual. & ord. præfic. & Clem. 2. verb. ſuſpenſus, de vit. & honeſt. cler. vbi inter cæteros Boniſac. de Vital. num. 9. Fel. in cap. Apoſtolicæ num. 13. de except. Dec. d. §. ve-





§. verùm, num. 7. & poſt alios Petr. Surd. tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 82. num. 16. idem aſſerens de excommunicato. Ratio autem vtriuſque eſt, quia non videtur congrua ratio diſcriminis aſſignari poſſe, cur regulariter locum habeat ius accreſcendi in diſtributionum portione deficiente propter ſimplicem non intereſſentiam, non autem in portione excõmunicati, & ſuſpenſi; quæ pariter omnino deficit propter nõ intereſſentiam; nihil enim intereſt quo ad hoc, an ex libera voluntate quis diuinis officijs non interſit, an propter excommunicationem, aut ſuſpenſionem.
41 Idem verò eadem planè ratione † dicendum quoque eſt de interdicto, prout eum excommunicato, & ſuſpenſo hac in re æquiparat Vgol. tract. de cenſur. Eccleſ. tab. 2. cap. 12. in princip. num. 3. & licèt quoad principalem concluſionem in his omnibus à nobis propoſitam ipſe aliter ſentire videatur, tamen in effectu ſolùm ponit illam diſtinctionem, quam afferunt Couar. d. num. 7. Card. & alij d. Clem. 2. de æt. & qual. quamque nos retulimus, & ſecuti ſumus pręced. concl. paulò ante medium. Hoc autem, quod dictum eſt de inter-
42 dicto, multò magis † dicendum eſt de diſtributionibus, quæ tempore interdicti, dum diuina officia ianuis clauſis celebrãtur, & cum alijs moderationibus, de quibus in c. fin. de ſent. excom. in 6. diuidũtur; nam qui diuinis officijs eo tempore non interfuerint, diſtributiones amittere debent, ſicut perderent in terdicto non extante, vt cauetur d. cap. fin. §. adijcimus præterea, & latiùs nos explicuimus d. 2. par. huius tract. queſt. 16. concl. 1. atque adeo debet quoque eo caſu, ac tempore habere locum ius accreſcendi, ſicut regulariter id habere locum interdicto non extante ſupra docuimus. Eadem quoq; ratione idem
43 ſtatuendum eſt † de depoſito, degradato, eo qui priuatur beneficio, irregulari, & notorio peccatore in caſibus, in quibus ſupr. d. 2. par. quæſt. 17. oſtẽdimus hos omnes amittere quotidianas diſtributiones; nam in ijs quoque caſibus diſtributiones, quę his adimuntur cæteris accreſcunt; cum ijs tamen moderationibus, ac reſtrictionibus, quas ibidem adhibuimus; nam quibus caſibus vel non amittunt, vel recuperant ſaltem pro parte diſtributiones ratione victus neceſſarij, aliaue de cauſa, in ijs etiam locum nõ habebit ius accreſcen-
44 di. Præterea eadem ratione † ius quoque accreſcendi locũ habet quoad eas diſtributiones, quæ abſenti ſine iuſta, & legitima cauſa tributæ, & conceſſæ ſunt etiam per colluſionem, aut remiſſionem, aliamue pactionem prohibitã, de quo in quęſt. pręced. nam eę ipſo iure accreſcunt alijs intereſſentibus, qui huiuſmodi pactioni, remiſſioni, colluſioni, vel præbitioni, ſeu conceſſioni aſſenſi non fuerint; niſi ex conſtitutionibus Eccleſiæ probatis alteri debeantur; quòd ſi omnes cõſenſerint, iam tũc vſibus Eccleſiæ addictæ, & applicatæ intelliguntur iuxta ea, quæ ſequenti cõcluſione in ſimili oſtendemus; atq; ita reperi cõſtitutum à Mediolanen. Concil. Prouinc. 1. ſub. tit. generali de miniſtris Eccleſ. & diuin. offic. & ſpetiali, communia de Miniſtris ad. fin. Deniq; id ipſum, vt nimirum portio deficiens diſtributionum accreſcat cæteris Col-
45 legis, locum † quoque habet in ijs caſibus, quib. propter ſimoniam amittit clericus quotidianas diſtributiones, quos caſus latiùs proſecuti ſumus d. 2. par. huius tract. quæſt. 18. vt in ſpetie docet inter cæteros Nauar. in Manual. Confeſſ. cap. 25. nu. 123. & nos admonuimus d. quæſt. 18. cõcl. 4. ad fin. quod
46 tamen limita ſpetialiter † in Simoniaco confidentiali; nam hic ſicut cæteros fructus, ita etiam fortaſſe diſtributiones reſtituere debet Cameræ Apoſtolicæ, aut ſuper ijs cum eadem componere, vt latiùs tradidimus d. q. 18. concl. 3. atque adeo in ijſdem nullatenus eo caſu locũ habere poterit ius accreſcendi.

Tertia, & poſtrema concluſio. Ius
47 accreſcendi locum † habere non poteſt, ſi nullus ex Eccleſiæ miniſtris di-

uinis officijs interſit, ſed omnes quotidianæ diſtributiones, quæ eis dandæ forent, ſi præſentes fuiſſent, ad Eccleſiã pertinere debent, eique applicantur; ita Gemin. d. capit. vnico §. ſtatuimus num. 5. Franc. num. 3. de cler. non reſid. in 6. idem & cæteri Doct. ferè omnes in cap. fin. de reſcript. in 6. Couar. d. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 7. & in princip. Hier. Gig. conſi. 144. nu. 30. & deciſum fuit in Rot. Rom. teſte Caſſad. decif. vnic. num. 3. ſub tit. de cleric. non reſident. Ratio eſt, quia non dantur diſtributiones, neq; accreſcunt niſi intereſſentibus, vt hac ipſa quæſt. concl. 1. & alibi ſępè oſtendimus, applicari autem debent Eccleſiæ, quæ debito ſeruitio fraudata eſt, arg. tex. in c. ſi Canonici, de officio ord. in 6. vbi id ipſum ſtatuitur in caſu iniuſtæ, & minùs canonicè factæ ceſſationis à diuinis; immo & idem ſtatui videtur vbi iuſta, & canonica fuerit ceſſatio; tũc enim vult Summus Pontifex eos, qui cauſa fuerunt ceſſationis, teneri Canonicis ad intereſſe ratione ſeruitij Eccleſiæ ſubtracti, quod intereſſe aliud eſſe nõ poteſt, quã quotidianarũ diſtributionũ, quas percepiſſent ratione ſeruitij, quod Eccleſiæ præſtitiſſent, vt latiùs explicauimus ſupr. 2. par. huius tract. quæſt. 16. con-
48 cl. 2. Idem † autem, quod in hac concluſione propoſuimus, multò magis dicendum eſt, vbi vniuerſum Capitulum interdictum ſit ſiue ob cauſam in iure expreſſam, ſiue quia penſionem, aut quindennium non ſoluit; interim enim ſingulares clerici illius Capituli, cum intereſſe non poſſint diuinis, vt d. q. 16. concl. 1. oſtendimus, neque etiam percipient diſtributiones, ſed eæ conuertendæ erunt in Eccleſiæ vtilitatem.
49 Aliud verò ſtatuẽdum puto, cùm † Eccleſia ipſa interdicta eſt propter pollutionem maximè per modicum tempus, vt d. concl. 1. ſatis demonſtrauimus. Præterea idem, quod paulò ante dixi-
50 mus; vt nimirum † locum non habeat inter Canonicos, cæteroſq; Eccleſiæ Collegiatæ clericos ius accreſceudi, ſeu non decreſcendi, tũc exiſtimo, cùm portio deficit poſt quã ſemel eſt legitimè, & iure quęſita, ſed propter aliquod delictum (quod tamen à iure ſiue communi, ſiue ſpetiali non habeat annexã huiuſmodi priuationem, ſed pœna arbitraria puniendum veniat) clericus aliquis ea portione, poſtquam eſt legitimè quæſita, priuatur; nam tunc hæc ipſa portio nõ alijs Collegis accreſcet, ſeu non decreſcet, ſed eam in cauſam cedet, cui iudex, ſeu ſuperior, qui priuationis ſentẽtiam fert, illam applicare voluerit. Ratio illa eſt, quia regulare eſt non habere locum ius accreſcendi quoad portionem deficientem, ſi iam ſemel legitimè ſit quæſita, vt ſupr. hac ipſa q. præmiſſ. 2. in fin. oſtendimus. Quod ſi iudex nulli expreſſim applicet, tunc adhuc probabiliter puto cẽſeri eas diſtributiones iam perceptas applicatas eſſe locis Pijs, quę habentur loco fiſci, per ea, quæ tradunt Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 9. num. 9. cum ſeq. & Diaz in Pax. Crim. Canon. cap. mihi 142. vbi etiam Lopez. in Addit. Quòd ſi quæſitæ ſint per reum, ſed adhuc non perceptæ, niſi aliud exptimatur, puto collegis accreſcere. Dixi autem, cui à iure communi, vel ſpetiali non ſit an-
51 nexa huiuſmodi priuatio; nam † ſi aliquis clericus delictum aliquod vel cõmittendo, vel omittendo admiſerit, propter quod de iure communi, vel etiam ſpetiali ſiue conſuetudinis, ſiue ſtatuti tum ſynodalis, tum particularis alicuius Eccleſiæ eo ipſo priuatus exiſtat, aut etiam priuari mandetur diſtributionibus quotidianis, tunc, cum in conſequentiam dumtaxat criminis ijs priuetur eo iure iubẽte, omnino locum habebit ius accreſcendi; niſi tamen
52 † illo ipſo iure ſiue communi, ſiue ſpetiali inducatur, ac decernatur, vt cæteris collegis non accreſcant, ſed alteri cauſæ applicentur; nam tunc ius illud ſeruandum erit. ita in ſpetie Gloſ. d. Clem. 2. Verb. pars dimidia, de æt. & qual. & ord. præfic. quam ibi Doct. magis communiter ſequuntur, nec non

Franc.



Franc. d. cap. vnico §. ſtatuimus num. 4. de cler. non reſid. in 6. Atque hæc de hac quæſt. iam dicta ſufficiant.

## SVMMÆ RERVM.

*1 Eccleſia, Eccleſiaſticaq; perſona poteſt pœnã imponere, legemq; pœnalem condere. Item pœnam à ſtatuto, aut cõuentione partium appoſitam exigere. num. 2.*

*3 Lex humana quomodo definiatur.*

*4 Lex humana alia purè moralis, alia purè pœnalis, alia mixta.*

*5 Lex moralis tantùm quomodo definiatur.*

*6 Lex pœnalis tantùm quæ ſit.*

*7 Lex mixta, hoc eſt, moralis, & pœnalis ſimul quænam ſit.*

*8 Lex pœnalis quatenus pœnalis non obligat ad culpam; non ſoluit tamen obligationem ad culpam per priorem legem inductam. num. 9.*

*10 Pœna propriè non dicitur niſi quæ imponitur propter culpam. Aliquando tamen poena dicitur priuatio alicuius boni ex cauſa, num. 11.*

*12 Poena quoad cauſam materialem diuiditur in ſpiritualem, corporalem, & realem. quoad cauſam efficientẽ alia eſt a iure cõmuni, alia ſpetiali, alia ab homine inducta num. 13. quoad finalem alia infligitur ad vindictam, alia ad medicinam; num. 14. quoad formalem alia abſoluta, alia conditionalis. num. 15.*

*16 Pœna quoad formam, ſeu cauſam formalem, multiplex.*

*17 Lex, ſeu Canon ferendæ, & latæ ſententiæ longè differunt inter ſe, & diuerſos pariunt effectus.*

*18 Lata, vel ferenda ſententia per quæ verba inducatur, remiſſiuè.*

*19 Verbum, aut participium præſentis temporis regulariter, & in dubio inducit canonem latæ ſententiæ; niſi alia verba eius conſtitutionis inducerent ferendam, num. 20.*

*21 Verbum præſentis temporis Imperatiuum directum ad iudicem ſignificat ferendam ſententiam. ſecus ſi non importet miniſterium hominis. num. 22. Vel ſi addantur dictiones omnino importantes latam ſententiam. num. 23. Aut imperetur iudici, vt declaret incurſam poenam. num. 24.*

*25 Verba præſentis Imperatiui in reum directa important latam ſententiam.*

*26 Tiraquell. & aliorum error, dum verba pleraq; præſentis Imperatiui inter verba futuri temporis connumerant.*

*27 Verbum præteriti temporis regulariter importat latam ſententiam. Idẽ de participio eiuſdem temporis; num 28.*

*29 Lex imponens poenam per verbum præſentis, vel pręteriti temporis veniens ad interpretationem legis veteris quando importet latam vel ferendam ſententiam.*

*30 Verba præſentis, vel præteriti temporis important ferẽdam ſententiam vbi ſubiecta materia, vel alia iura id ſuadeant.*

*31 Verbum, quod neque actionem, neque paſſionem ſignificat, cuiuſmodi eſt Verbum ſubſtantiuum, inducit canonem latæ ſententiæ.*

*32 Verbum ſubſtantiuum iunctum participio præteriti temporis inducit latam ſententiam. etiamſi iungatur in futuro. num. 33. niſi aliud ſubiecta materia, vel alia iura ſuadeant. num. 34.*

*35 Dictiones importantes latam ſentẽtiam quæ ſint, & num. ſeq.*

*36 Dictiones remouentes omnem dilationem important latam ſententiam, licèt iunctæ ſint verbo futuri temporis. Et quæ illæ ſint. num. 27. Niſi tamen iungantur verbis neceſſariò requirentibus dilationem. num. 38. idem etiam de dictione ipſo iure, & ſimilibus. num. 39.*

*40 Verba quædam inducentia latam ſententiam.*

*41 Verbum, & participium futuri temporis regulariter importat canonem ferendæ ſententiæ. Niſi aliàs lex poenalis eſſet eluſoria. num. 42. aut ſuperueniret alteri idẽ planè diſponenti. num. 43.*

*44 Verbum futuri temporis geminatum inducit canonem latæ ſententiæ. Et quomodo id procedat. num. 45.*

*46 Verbum futuri temporis prolatum à teſtatore inducit latam ſententiam.*

*47 Verbum futuri temporis inducit latam ſententiam quando ex alijs verbis eiuſdem conſtitutionis id apparet. vel etiã ex alijs iuribus. num. 48.*

*49 Verbum futuri temporis priuans aliquẽ ratione ſtatus incompatibilis inducit latam ſententiam.*

*50 Verbum futuri temporis iunctum participio præteriti temporis inducit canonem latæ ſententiæ. Et iunctum verbo, quod ſuapte natura eſt latæ ſententiæ. num. 51.*

*52 Verba futuri temporis declaratoria an importent latam, vel ferendam ſententiam.*

*53 Verba comminatoria inducunt ferẽdam ſententiam; niſi iungantur alijs importantibus latam ſententiam. nu. 54.*

*55 Reus*

55 *Reus poſt commiſſum crimen in quotuplici ſtatu conſiderari poſsit.*

56 *Lex pęnalis continens ferendam ſententiam non obligat etiam in conſcientia reum ad eam ſubeundam ante ſententiam; neque condemnatio retrotrahitur ad diem commiſſi criminis num. 57.*

58. *Condemnatio fructuum retrotrahitur ad diem cõmiſſi criminis vbi fiat vi canonis lata ſententia.*

59 *Lex pęnalis continens latam ſententiam nõ obligat ante ſententiam declaratoriam commiſſi criminis, vel pęna incurſa. Et quæ ſit ratio. num. 60.*

61 *Pęna ſpiritualis, & cenſura ipſo iure irrogata obligant ante declaratoriam.*

62 *Pęna ipſo iure appoſita per modum conditionis maximè à teſtatore obligant ante declaratoriam.*

63 *Lex priuans dominio ipſo iure obligat ante declaratoriam.*

64 *Lex pęnalis continens latam ſententiam obligat ante declaratoriam, vbi de huiuſmodi mente legislatoris appareat.*

65 *Mens legislatoris volentis legem continentẽ latam ſententiam obligare ante declaratoriam ex quibus colligatur.*

66 *Lex pęnalis latam ſententiam continens non requirit condemnatoriam, ſed ſolùm declaratoriam criminis commiſſi.*

67 *Executio iudicis non requiritur in lege pęnali irrogãte pęnam ipſo iure, ſaltẽ vbi iudex in declaratoria condemnaret ad aliquid agendum, quod non contineret læſionem corporalem. num. 68.*

69 *Condemnatio facta in declaratoria ad diem commiſſi criminis retrotrahitur.*

70 *Appellans à declaratoria pęna incurſa non tenetur pęnam ſubire donec de uiribus appellationis cognoſcatur, vel aliàs declaratoria in iudicatum tranſeat.*

71 *Pęna amiſſionis diſtributionum ipſo iure à canone inflicta ſubeunda eſt ante declaratoriam, & num. ſeqq.*

72 *Pęna etiam ipſo iure impoſita non incurritur niſi declarante eo, ad cuius fauorem impoſita eſt.*

73 *Fructus beneficij, & diſtributiones pendent quodammodo à liberalitate Summi Pontificis, & ſunt in eius poteſtate.*

74 *Amiſſionis diſtributionũ pęna irrogata etiã eo ipſo ab inferioribus Summo Pontifice non eſt ſubeunda ante declaratoriam.*

75 *Beneficia conferuntur à Papa ſub ea conditione, ut, ſi munera ſibi incumbentia non obierint, fructus, & diſtributiones amittant.*

76 *Mulcta, & pęna amiſſionis diſtributionum in Ptouincia Mediolanenſi, remiſſiuè.*

77 *Punctatoris officium circa quotidianas diſtributiones, remiſſiuè.*

78 *Diuidendi quotidianas diſtributiones ratio. remiſſiuè.*

## *An, & quando pœna amiſſionis diſtributionum quotidianarum ſubeunda ſit ante ſententiam. Quæſtio VII.*

QVONIAM quæ hucuſque egimus in hoc tractatu de quotidianis diſtributionibus, maximè verò in 2. & 3. parte ad earundem diſtributionum amiſſionem pertinent, de qua nihil amplius in alijs poſt hanc conſequẽtibus quæſtionibus dicturi ſumus; ideo antequam ad aliam tranſeuntes hanc materiam egrediamur, agendum erit in hac quæſtione de pęna ipſa amiſſionis, ſeu priuationis diſtributionum, an nimirum, & quando ea ſubeunda ſit ante ſententiam, vel certè expectanda ſit ipſa ſententia, ſeu declaratio, & officium iudicis.

Pro cuius quęſtionis reſolutione quędam neceſſariò præmittenda ſunt, ſine quibus aut rectè intelligi, aut perfectè decidi, ac terminari non poteſt.

Præmitto igitur primò poſſe Eccle-
1 ſiam, Eccleſiaſticamq; perſonam † non
ſolùm pœnam imponere, ſeu legem pę-
nalem condere, vt apertè colligitur ex
Apoſtolo 2. ad Corinth. 13. prædico,
quoniam ſi venero iterum, non parcam
& iterum; vt non præſens duriùs agam
ſecundùm poteſtatem, quã dedit mihi
Dominus, pluribuſq; comprobant com
muniter Doct. paſſim, & inter cæteros
nouiſſimè Ludou. Carbon. in tract. de
legib. lib. 8. diſputat. 2. poſit. 1. & 2. vbi
dicit hãc doctrinam eſſe vniuersè rece
ptam, & certiſſimam, de fideque præ-
terea tenendam, quòd huiuſmodi leges
pœnales



2 pœnales iuſtè ferantur; ſed etiam † pę-
nam à iure, vel ſtatuto, aut conuentione
partium impoſitam exigere, vt conſtat
ex cap. in antiquis, & cap. in legibus,
12. quæſt. 2. cap. decenter, 89. diſt. &
d. cap. dilectis, de arbitr. cum alijs ſimi-
libus relatis per Gloſ. & Doct. in cap.
fraternitas, 12. quæſt. 2. vbi id adſtru-
unt; quod etiam facit Nauar. in comen
tar. ad idem cap. fraternitas, num. 1.
vbi eum tex. qui aduerſari videtur, ex-
plicat, & intelligit de quadam conue-
nientia, non autem de neceſſitate, aut
mero iure; atque adeo verbum illud,
oportet, exponendum eſſe pro, decet,
vt in l. 1. iuncta Gloſ. quæ ad id allegat
alia iura, ff. de iuſt. & iure. alias verò
ſolutiones afferunt Gloſ. & Doct. d.
cap. fraternitas.

Præmitto ſecũdò legem humanam,
3 quæ definiri poteſt, † lex, ſeu ordina-
tio rationis ad bonum cõmune ab ho-
mine, qui curam communitatis habet,
promulgata, prout cõſtat ex S. Thom.
communiter recepto 1. 2. quæſt. 90. art.
vlt. & Nauar. d. cap. fraternitas num. 8.
& 9. & in cap. erit autem lex, 4. diſtinct.
4 diuidi † in legem purè moralem, purè
pœnalem, & mixtam, prout diuidunt
inter alios Alphonſ. Caſtr. tract. de po-
teſt. leg. pœnal. lib. 1. cap. 9. & Carbon.
d. lib. 8. diſput. 1. ad fin. quam etiam di-
uiſionem defendi poſſe putat Nauar.
d. cap. fraternitas num. 23. & quatuor
5 ſeqq. Lex moralis tantùm † definitur à
Caſtr. d. cap. 9. & Nauar. d. num. 23. &
26. eſſe illa, quæ dictat aliquid eſſe fa-
ciendum, vel nõ faciẽdum nulla adie-
cta pœna, qualia dici poſſunt omnia
præcepta Decalogi, præceptum de au-
dienda Miſſa diebus feſtis, cap. Miſſas,
de conſecr. diſt. 1. de ieiunando certis
temporibus, capit. quadrageſima cum
ſeqq. de conſecr. diſt. 5. & tot. tit. de ob-
ſeruat. ieiun. & alia ſimilia ſexcenta.
6 Lex tantùm pœnalis † eſt, quę nihil di-
ctat eſſe faciendum, vel non faciẽdum,
ſed tantùm imponit pœnam facienti
aliquid, vel nõ facienti, qualis eſt lex 1.
C. de mendicant. valid. lib. 10. quæ po-
nit pœnam mendicantibus validis non
prohibendo eis mendicare, ac quales
dici poſſunt eſſe quamplures canones,
qui habentur 30. diſtinct. Lex denique
mixta, nimirum pœnalis ſimul, & lega-
7 lis, † eſt, quæ vtrunq; facit, nempe quæ
dictat hoc, vel illud eſſe faciendum, vel
non faciendum, tranſgreſſori pœnam
adijciendo, qualem habemus in c. cum
in cunctis, de elect. vbi Epiſcopis præci-
pitur conſecrationis ſuſceptio, & Paro-
rochis, atque Archiaconis ad ordines
promotio pœna negligenti conſtituta,
nec non in cap. ad reprimendam, & cap.
irrefragabili, de off. ordin. capit. omnis
vtriuſq; ſexus, de pęnit. & remiſſ. Clem.
2. de æt. & qual. & ord. præfic. Clem. 2.
de vit. & honeſt. cleric. cum alijs innu-
meris iurib. quæ recenſere ſuperuaca-
neum eſt. Lex autem pœnalis, licèt
8 † quatenus pœnalis non obliget ad cul-
pam, neque cẽſeatur inducere aliquam
obligationem ſiue præcepti, ſiue prohi-
bitionis, vt latè, & optimè probãt Alph.
Caſtr. d. cap. 9. & Nauar. d. cap. fraterni-
9 tas num. 23. & ſeq. tamen † non tollit
obligationem ad culpam per priorem
legem inductam, vt ſatis comprobant
Caſtr. d. lib. 1. de poteſt. leg. pœnal. cap.
10. & Nauar. d. cap. fraternitas num. 28.
& ſeqq.

Præmitto tertiò, quòd, licèt propriè
10 loquendo, & communiter † pœna non
dicatur niſi quæ imponitur pp culpam,
vt auctor eſt D. Auguſt. lib. 1. retractat.
c. 9. quem ſequitur Carbon. d. diſput. 1.
verſi. tertiũ notan. & ante eum Caſtr. d.
lib. 1. de poteſt. leg. pœnal. c. 3. & à Iuri-
ſtis, & Canoniſtis ita accipiatur ĩ tit. de
11 pœn. tamẽ pœna † aliquãdo dicitur pri
uatio alicuius boni nulla ẽt præcedente
culpa, non ſine cauſa tamen, vt patet in
interdicto, irregularitate, & ſimilibus,
& admonet Carbon. loc. cit. & diſput.
5. ferè per totam, Nauar. d. cap. frater-
nitas num. 11. & tribus ſeqq. Gloſ. &
Doct. in cap. renouantes, 22. diſt. cap.
2. de conſtit. & cap. ſine culpa, de reg.
iur. in 6. Pœna verò, quatenus ſub le-
gem humanam pęnalem cadere poteſt,
quo

quo ad cauſam materialem attinet, di-
12 uiditur † communiter in ſpiritualem,
corporalem, & realem; ſpiritualis eſt,
vt excommunicatio, ſuſpenſio, interdi-
ctum, & irregularitas animã afficiens;
corporalis, vt mors, & mutilatio, quæ
corpus; realis, vt priuatio bonorum,
beneficij, vt fructuum, quæ res ipſas
externas afficit. De corporali pœna ni-
hil agendum nobis eſt in hac quęſt. ſed
tantùm de reali, & aliquid de ſpiritua-
li. Reſpectu autem cauſæ efficientis
13 † alia eſt pęna iure communi, alia ſpe-
tiali alia ab homine inducta; quod cau
14 ſam finalẽ † alia infligitur ad vindictã
& ſupplicium delicti, alia ad medici-
nam. Deniq; quoad cauſam formalem
15 † alia eſt conditionalis, hoc eſt, quæ
proponitur ſub modo, & conditione,
quæ vt plurimum apponuntur à teſta-
tore, vt cum teſtator relinquit alicui,
vt quippiam faciat, aliàs perdat legatũ.
ita poſt Panormit. communiter rece-
ptum in cap. Raynaldus Verb. adijciẽs,
de teſtam. admonet Nauar. in Manual.
Confeſſ. cap. 25. num. 118. alia eſt ab-
ſoluta, quæ à Principe imponitur pro-
16 pter delictum; alia etiam eſt † poſitiua,
& hæc egens aliqua actione, vt ſubea-
tur, prout eſt exilij, ſolutionis certæ
quantitatis; alia priuatiua, hæc rurſus
alia bonorum acquirendorum, alia ac-
quiſitorum; & hæc duplex; alia enim
priuat bonis proprijs, cuiuſmodi ſunt
patrimonialia, & ſimilia, alia bonis à
Rep. vel Principe gratuitò conceſſis,
qualia ſunt beneficia, officia, & alia
huiuſmodi. Item ratione formæ, ſeu
cauſæ formalis ipſius pœnæ, ſeu legis
pœnalis, alia pœna eſt, quæ imponitur
ipſo iure, hoc eſt, quæ ab ipſa lege in-
fligitur; alia eſt infligenda à iudice, le-
ge tamen mandante, vt infligatur; prio
rem vocant canonem latæ ſententiæ,
poſteriorem verò ferendæ ſententię: di
17 ſtantque † maximè hæc duo interſe,
longèque diuerſos effectus pariunt, vt
latiſſimè probat inter cæteros Tiraq. in
repet. leg. ſi vnquam Verb. reuertatur
à num. 268. vſq; ad 463. C. de reuocan.
donat. Dubitatur autem ſæpiſſimè, per
quæ verba inducatur canon latæ, & per
quæ ferendæ ſententiæ; de quo aliquid
nunc dicendum eſt.

Præmitto igitur quartò, quædam eſ-
ſe verba legi pœnali appoſita continen
tia, & importantia ferendam, quædam
18 verò latam ſentẽtiam. Quã rem, † quo-
niam ſi proſequi vellemus, nedum lon-
gum, ſed pene infinitum eſſet, ſufficiet
hoc loco quaſdã regulas afferre remit-
tendo in reliquis lectorem ad nonnul-
los Doct. latiùs hanc materiam pertra-
ctantes, nimirum ad Alex. in Apoſtoll.
ad Bart. in l. Imperator, ff. de iur. fiſc.
Barbat. in c. ſi diligenti col. 37. cũ ſeptẽ
ſeqq. de for. cõpet. Fel. in c. Rodulphus
num. 24. vſque ad 34. de reſcript. Al-
phonſ. de Caſtr. d. tract. de poteſt. leg.
pœnal. lib. 2. cap. 1. Tiraq. d. Verb. re-
uertatur num. 21. vſque ad 265. & no-
uiſſimè Ludou. Carbon. d. tract. de le-
gib. lib. 8. diſput. 6. per totam.

Prima igitur regula ſit. Verbum,
19 † aut participium præſentis temporis
regulariter, & in dubio eſt canon latæ
ſententiæ. ita Gloſ. in l. ſi quis maior
Verb. infamia iuncto tex. in Verb. no-
tatur, C. de tranſact. quam ſequuntur
ibi Bart. Bal. Salic. Paul. Caſtr. & alij,
& meliùs alia Gloſ. in l. ſi quis in tantã
in Gloſ. magna verſic. quarto quæro,
vbi Bart. & vterque Ang. C. vnde vi,
alijque quamplurimi, quos ad id refe-
runt, & ſequuntur Tiraq. d. Verb. re-
uertatur, nu. 21. & 22. Caſtr. d. c. 1. &
Carbon. d. diſput. 6. ad fin. verſ. octaua.
regula. Reſtringitur autem primò hęc
20 regula, † niſi alia verba eiuſdem con-
ſtitucionis pœnalis, quæ verbo pręſen-
tis temporis vtitur, inducerent feren-
dum ſententiam; nam tunc illud ver-
bum præſentis temporis non importa-
ret latam ſententiam. ita poſt Salic. in
l. poſteaquam C. de pact. in ſpetie mo-
net Tiraq. d. Verb. reuertatur num. 23.
21 Reſtringitur 2. † in Verbo præſentis
temporis Imperatiui modi; quod ad iu
dicem dirigitur, vt ſi dicatur, excom-
municetur, priuetur, amoueatis &c.
nam



nam tunc importat ſolùm ferẽdam; ita
Caſtr. loc. cit. & Carbon. d. diſput. 6.
verſic. tertia regula; ratio eſt, quia hu-
iuſmodi imperatium importat aliam
perſonam, nimirum iudicis, vt pœnam
22 infligat; quare ſecus erit, † ſi verba hu-
iuſmodi imperatiua nõ ſignificent ali-
quod miniſteriũ hominis, ſeu iudicis,
prout eſt verbum, ſubiaceat, incidat,
incurrat. ita Carbon. loc. cit. qua ra-
tione idem dicendum eſt de verbo, ſit;
idem Carbon. ſupr. verſic. ſeptima re-
gula, & latè Tiraq. nullam tamen hu-
ius rationis mentionem faciẽs d. Verb.
reuertatur num. 180. & ſeqq. de hoc
autem verbo ſubſtantiuo latiùs infra
23 dicemus in reg. 3. Vel ſi † cum verbo
Imperatiuo adhibeãtur alię dictiones,
quę cogant ad interpretandum de ſen-
tentia lata, vt ſi dicatur, ipſo iure ex-
cludatur, ipſo iure priuetur, vt docet
Carbon. d. verſi. tertia regula; de quo
tamen dubito per ea, quę dicemus infr.
regul. 4. vbi de hiſce dictionibus, ipſo
iure, ipſo facto, & alijs ſimilibus. Vel
24 etiam † ſi verba hæc imperatiui modi
dirigantur quidem ad iudicem, ſed ei
pręcipiatur, vt declaret reum incurriſ-
ſe pœnam; nam tunc cenſetur lata; ita
Carbon. & optimè d. diſput. 6. poſt me-
dium verſic. prima regula. Vel denique
25 † vbi verba huiuſmodi Imperatiua ad
ipſum reum dirigantur, vt ſi lex dicat,
ſoluat, abſtineat, ieiunet, & c. ita & opti
mè Carbon. d. verſ. tertia regula; ita
ętiam ſenſit poſt alios Tiraq. d. verb. re-
26 uertatur num. 61. quàmuis, dum † tam
ibi, quàm à num. 145. vſq; ad 240. ver-
bum, incurrat, ſubiaceat, priuetur, &
alia huiuſmodi quãplurima præſentis
temporis modi Imperatiui inter verba
futuri temporis connumerat, eundem
cum alijs pleriſque erraſſe, manifeſtè
conſtet, vt benè adnotarunt Carbon. d.
verſic. tertia regula, & Alphonſ. Caſtr.
loc. cit. Tertiò reſtringitur hæc prima
regula de verbo pręſentis temporis om
nibus ijs modis, quibus verbum præte-
riti temporis, de quo in ſequẽti regula
dicemus, à nobis limitabitur, eaſdem
enim vtrumque verbum, quod ad hanc
rem pertinet, reſtrictiones admittit, vt
optimè admonuit Tiraq. d. verbo reuer
tatur num. 22.

Secunda Regula. Verbum præteriti
27 temporis † regulariter eſt latæ ſenten-
tiæ. Gloſ. in l. iubemus nulli §. œcono-
mus, vbi Bart. & Bal. C. de ſacroſ. Ec-
cleſ. & alij, quos referunt, & ſequun-
tur Caſtr. d. cap. 1. Carbon. d. diſput.
6. verſi. octaua regula, & latiſſimè Ti-
raq. d. verb. reuertatur num. 32. Idemq;
28 dicendum † de participio eiuſdem tẽ-
poris; Carbon. d. verſic. octaua regula,
& poſt Gloſ. in auth. caſſa. in princip.
C. de ſacroſan. Eccleſ. & l. ſi quis ma-
ior, verbo priuatus, vbi Bart. col. vlt. &
Salic. col. 1. C. de trãſact. alioſq; quam
plurimos tradit Tiraq. d. Verb. reuer-
tatur num. 33. Fallit autem primò hæc
29 regula ſimul cum pręcedẽti, † niſi lex,
quæ pœnam imponit per verbum præ-
ſentis, vel præteriti temporis veniat ad
interpretationẽ legis veteris, quæ ean-
dem pœnam imponit, ſed non ipſo iu-
re; nam tunc, ſi quidem poſterior lex
aliud aliquid noui afferat, canonem fe
rendæ ſententiæ inducet, non autem
latæ. ita Aret. in cap. 2. per illum tex.
iuncta Gloſ. Verb. ſequeſtratus, de for.
compet. & poſt Aret. Tiraq. d. Verb. re-
uertatur nu. 34. & 35. dicens ſecus eſſe,
vbi poſterior lex pœnalis nihil aliud
noui inducat; nam tunc, ne ſuperuaca-
nea videatur, ſed aliquid noui addat,
canonem latæ ſententiæ iuxta propriã
verbi naturam, afferet. Fallit ſecundò,
30 & generaliùs, vbi † per alia iura, ſeu
ex ſubiecta materia conſtaret, quòd
verba pręſentis, vel præteriti temporis
etiam prægnantia, & in materia ſtricta
eſſent ferendæ ſententiæ; ita poſt Abb.
d. cap. 2. de for. compet. Salic. d. l. cum
poſteaquam C. de pact. Dec. in l. quo-
ties idem ſermo ff. de reg. iur. & alios
tradit Tiraq. d. Verb. reuertatur, num.
36. & duob. ſeqq.

Tertia regula. Verbum, quod neq;
actionem, neque paſſionem importat,
cuiuſmodi præcipuè eſt verbum ſub-

ſtantiuum, ſum, es, eſt, vt ſi dicatur, ſit
31 infamis, anathema ſit, † inducit Canonem latæ ſententiæ, ita Carbon. d. diſput. 6. verſic. ſeptima regula, & de verbo, ſit, docet Gloſ. in cap. ſi quis ex clericis, vbi Innoc. & Imol. de vit. & honeſt. cler. alijq; quamplurimi, quos refert, & ſequitur Tiraq. d. Verb. reuertatur, nu. 180. idq; multò magis † ſine vlla dubitatione procedit vbi verbum, ſit, iungatur participio præteriti temporis, vt ſi dicatur, ſit excommunicatus, ſit priuatus, vt latè, & optimè oſtédit Tiraq. d. Verb. reuertatur num. 184.
33 & 185. ſed & idem dicendum erit † ſi huiuſmodi participio pręteriti temporis addatur idem verbum ſubſtātiuum in futuro, vt ſi dicatur, erit excommunicatus, priuatus, & c. nam tunc adhuc ſignificat, & inducit canonem latę ſententiæ, vt apertè ſentiunt Tiraq. d. nu. 185. & Carbon. d. verſic. ſeptima regula, dum ad id referūt ſententiam P. Nigidij antiquiſſimi, & celeberrimi Grāmatici lib. 24. Commentar. Grammaticorum apud Gellium lib. 17. cap. 7. dicentis verba, eſſe, & erit, quando per ſe ponuntur habere, atque retinere tempus ſuum, quando verò præterito iunguntur, vim ſui temporis amittere, & in præteritum cōcedere, & c. ſecus au-
34 tem dicēdum erit, † ſi ex ſubiecta materia, aut ex alijs iuribus appareat eſſe ferendæ, nam tunc etiam ſi verbum, ſit, iungatur præterito, adhuc inde non inducitur canon latæ, ſed tantùm ferendæ ſententiæ, vt poſt Imol. & Abb. d. cap. 2. de for. compet. & Fel. d. cap. Rodulphus num. 31. verſi. ſit excommunicatus, de reſcript. tradit in hac ſpetie Tiraq. d. verb. reuertatur num. 183.

Quarta regula. Vbi adeſt aliqua dictio denotans latam ſententiam, tunc procul dubio inducitur canon latę ſen-
35 tētiæ, huiuſmodi præcipuè † illæ ſunt, ipſo iure, ipſo facto, eo ipſo, ſeu hoc ipſo; ita Fel. d. cap. Rodulphus num. 33. ad fin. Carbon. d. diſput. 6. verſ. prima regula, latiſſimè Tiraq. d. Verb. reuertatur, num. 142. & duob. ſeqq. Idem dicendum de illis verbis, auctoritate noſtra, ſeu auctoritate huius legis, vt adnotauit Carbon. d. verſi. prima regula, & poſt alios Tiraq. d. verb. reuertatur, num. 133. Idem quoq; de dictionibus remouētibus dilationem, quales ſunt, ſtatim, confeſtim, ex tunc, cōtinuò, ſine mora, repente, illico, protinus, idq; li-
36 cèt † iunctæ ſint verbo futuri temporis, vt de his omnibus tradit Carbon.
37 d. diſput. 6. verſic. ſexta regula, & † de dictione, ſtatim, latè docet Tiraq. d. Verb. reuertatur, num. 116. & tribus ſeqq. de dictione, confeſtim, num. 113. ex tunc, nu. 147. de dictione, continuò, num. 124. de verbis, ſine mora, nu. 128. in fin. de dictione, repente, num. 126. de dictione, illico, num. 115. deniq; de dictione, protinus, num. 122. de dictione autem, mox, Carbon. d. verſ. ſexta regula, & Alphonſ. Caſtr. loc. cit. dubitarunt, ſed communis opinio vno, aut altero excepto eſt, quòd ex ſua natura propriè idē ſignificet, quod illico, aut confeſtim, importetq; latam ſententiā, vt patet ex innumeris ferè Doct. quos ad id recenſet, ac ſequitur Tiraq. d. Verb. reuertatur, num. 109. & 111. ſed & alię dictiones ſunt remouentes dilationem, atque adeo inducētes canonem latæ ſentētiæ, quas enumerat hoc ipſum ſatis adſtruens Tiraq. d. Verb. reuertatur; eſt enim dictio, incontinenti, de qua num. 114. immediatè, de qua num. 125. ex templo, de repente, e veſtigio, incunctanter, indilatè, ſubitò, citò, deſubito, ac tutum, ex continenti; de quibus omnibus num. 126. & duob. ſeqq. eſt etiam dictio, omnino, & penitus, quæ ſaltem, vbi dubium ſit, an ſit canon latæ, vel ferendæ ſententiæ, rem claram reddit, vt ſit latæ. ita latè Fel. d. cap. Rodulphus num. 34. & de priori dictione fusè tradit Tiraq. d. verb. reuertatur num. 76. 77. 78. & 81. de poſteriori ſub nu. 105. & duob. ſeqq. Atque hæ quidem omnes dictiones inter quā plurimas, quas proſequitur Tiraq. d. verb. reuertatur tanquam ad legem, & conſtitutionem pœnalem ſpectantes, ſolæ ad quæſtionem noſtram, quā propoſuimus, pertinere videntur; ideo cæteras conſultò prætermittētes ad alias regulas tranſibimus, ſi illud tamen nō omittamus, quod poſt alios docet Fel. d. cap. Rodulphus num. 26. & 34. ac Tiraq. d. verb. reuertatur num. 112.
38 † dictionem, mox, & alias ſimiles, quas paulò ante recenſuimus, tunc demum eſſe latæ ſententiæ, niſi iungantur verbis neceſſariò requirentibus ſententiā, ſiue miniſterium hominis; vt ſi, exempli gratia, diceretur, mox, vel protinus condemnetur, vt in l. 2. C. vt lit. pend. vel, ex tunc condemnetur, vt in cap. excommunicamus §. qui autem, de hęret. & alia huiuſmodi, quæ ibid. Tiraq. latiùs proſequitur. Ex quo fit, vt verum ſit, quod ſup. 1. regula ad fin. admonui-
39 mus † valde dubitandum eſſe de eo, quod dixit Carbon. d. diſput. 6. verſic. tertia regula, nimirum verba illa, ipſo iure excludatur, vel priuetur, & ſimilia eſſe latæ ſententiæ; nam ex ijs, quæ ſtatim diximus, conſtat eſſe ferendę, cū dictio illa, ipſo iure, quæ aliàs latam ſententiam inducit, iungatur verbo ſignificanti miniſterium hominis.

Quinta Regula eſſe poteſt. Vbi lex
40 ait † tranſgreſſorem non poſſe abſolui à dilicto, donec pęnam luerit, vt in cap. Romana, quod eſt 1. §. procurationes, de cenſ. in 6. tunc eſt canon latę ſententiæ. ita Carbon. d. diſput. 6. poſt mediū verſic. tertia regula, cùm lex ait; idem quoq; eſſet, vbi lex diceret, quòd trāſgreſſor ſit obligatus in conſcientia ad ſoluendam pœnam illam. Sic Carbon. ibid. verſic. ſecūda regula, & Alphonſ. Caſtr. loc. cit. ſubdens huius regulæ nō reperiri exemplum in iure cōmuni Canonico, aut ciuili, ſed in legibus regni Caſtellæ. facit tamen aliquo modo tex. in capit. commiſſa §. cæterum, & fin. de elect. in 6. nec nō in cap. vnico §. qui verò de cler. non reſid. in 6. ſed expreſſum locū habemus in Extrau. 2. de ſimon. in commun. & in Trid. Cōc. ſeſſ. 23. c. 1. §. ſi quis autem, de reform.

Sexta Regula Verbum, & participiū
41 futuri temporis † regulariter importat canonem ferendæ, non autem latæ ſententiæ. Gloſ. in l. criminali, vbi Bart. Bal. Salic. Ang. & alij C de iuriſd. omn. iud. Fel. d. cap. Rodulphus num. 24. 30. & ſeqq. paſſim, Abb. & Imol. d. cap. ſi diligenti, de for. cōpet. latè poſt alios Tiraq. d. Verb. reuertatur num. 39. cum ſeq. & Carbon. d. diſput. 6. in princip. verſic. ſecunda regula. Fallit autem
42 hæc regula primò, † quando aliàs lex eſſet eluſoria; ita Carbon. d. verſ. ſecunda regula, latè Tiraq. d. Verb. reuer-
43 tatur, num. 43. Secundò, vbi † legi, vel conſtitutioni pęnam imponenti per verbum futuri temporis alia cōſtitutio idem planè diſponens ſuperueniret; nā vt aliquid addat priori, licèt loqueretur per verbum futuri temporis, adhuc induceret canonem latæ ſententiæ, ita latè Tiraq. d. Verb. reuertatur, nu. 44.
44 & ſequen. Tertiò fallit † vbi verbū futuri temporis geminaretur; ita ex communi omnium ferè opinione quam plurimis relatis Tiraq. d. Verb. reuertatur, num. 46. 48. 50. & trib. ſeqq. neminem inquiens ſe reperiſſe, qui de hac re dubitaret præter Fel. cap. vlt. col. 1. de off. deleg. & Dec. in l. cum poſtea quam poſt med. C. de pact. cum quibus poſtea etiam ſenſerūt Alph. Caſtr. loc. cit. & Carbon. d. verſi. ſecunda regula, proquibus nonnulla quoque idem Tiraq. num. 47. & 49. adducit, quæ non modicam vim habent; quare pro con-
45 cordia puto dici poſſe, quòd † ſi quidē geminatio fiat de verbo non principali ſignificante futurum tempus, aut fiat continenter, nulloq; interpoſito interuallo temporis, aut orationis, vt ſi dicatur, erit irritādus, & caſſandus, ſeu fructibus, ac diſtributionibus priuabitur, ijſdēq; ſpoliabitur, procedat poſterior opinio negās; ſi verò fiat illa geminatio aut in diuerſo tēpore, aut in eadē quidem diſpoſitione, in diuerſa tamē oratione, ac verborum cōplexione nonnullis verbis diſparatis interiectis, tunc prior opinio affirmans locum habeat. Quartò fallit ſecundùm Tiraq. d. Verb.

46 reuertatur num. 54. quando † verbum futuri temporis profertur à teſtatore, verbigratia inquit, ſi hæres meus moleſtauerit vxorem meam, priuetur hæreditate; tunc enim intelligitur ipſo iure, allegat inter alios Bal. in l. 1. col. 7. C. de his, quæ pœn. nomin. & Fel. d. cap. Rodulphus col. 17. num. mihi 24. verſic. priuetur, de reſcript. Verùm admiſſa pro nunc huius fallentiæ doctrina fallitur Tiraq. dum verbũ hoc, priuetur, & ſimilia recenſet inter verba futuri temporis; nam, vt de ſe patet, & ſupr. in reg. 1. admonuimus, ſunt præſentis tẽporis Imperatiui modi. Quin-
47 tò fallit, quando † ex alijs verbis ipſius conſtitutionis vtentis verbo futuri temporis apparet mentem conſtitutionis eſſe, vt inducat latam ſententiam, vt poſt Gloſ. & Gemin. in c. quiſquis verbo, fiat, de elect. Fel. d. cap. Rodulphus col. 19. num. mihi 26. verſic. & ſubdit, & alios docet Tiraq. d. verbo reuertatur nu. 63. Sextò fallit, quando
48 † ex alijs legibus, & conſtitutionibus cõſtat illud verbum futuri tẽporis eſſe latæ ſententiæ; ita latè Tiraq. ibid. nu.
49 64. Septimò fallit, vbi † quis priuatur ratione ſtatus incompatibilis; nam tũc ſemper ipſo iure priuatur ex ſententia Bal. in cap. 1. §. qui clericus per illum tex. tit. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domin. & agn. Fel. d. cap. Rodulphus num. 29. & Tiraq. vbi ſupr. num. 65.
50 Octauò fallit, quando † verbo futuri temporis iungitur participium præteriti temporis, vt ſi dicatur, nouerit ſe ſuſpenſum; nam tũc eſt canon latæ ſententiæ. ita Fel. d. cap. Rodulphus num. 30. in fin. & poſt alios Tiraq. d. Verb. reuertatur, num. 70. 72. & duob. ſeqq. vbi id latiùs comprobat; idemque eſt, vbi
51 † huiuſmodi verbo futuri temporis iungitur verbum, quod ſuapte natura eſt latæ ſententiæ, vt ſi dicatur, nouerit ſe excõmunicationi ſubiacere, vt poſt Gloſ. in cap. excommunicationi, & ibi Abb. extra de raptor. tradit Tiraq. ſup. num. 75. Nonò fallit ſecundùm Tiraq. d. verb. reuertatur num. 66. quando
52 † verba futuri tẽporis ſunt verba declaratoria, allegat Abb. in cap. ſi diligenti col. 7. num. mihi 18. de for. compet. qui exemplificat quidem in Verbo præſentis temporis indicatiui, dum affert in exemplum, ſi dicatur, decernimus uiribus carere, tamen abſolutè aſſerit ſicut Tiraq. intendit, verba, quæ non ſonant in præteritum, ſi ſint declaratoria, inducere canonem latæ ſententiæ; quàmuis autem non videam, quomodo huiuſmodi verba declaratoria, decernimus, declaramus, & ſimilia dari poſſint in lege, conſtitutioneue aliqua maximè perpetua, quæ ſonet in tẽpus futurum dicendo, decernemus, declarabimus &c. in perſona illius, qui legem fert, poterunt tamen ab eo, qui conſtiutionem condit, dirigi in iudicem, ſub hac forma iudex declarabit, aut decernet, illum talem pœnam incurriſſe, & tunc verum eſt, quod docet Abb. & Tiraq. quorum opinioni, ijs tamen non relatis, aſſentitur etiam Carbon. d. diſput. 6. poſt mediũ, verſi. quarta, ſi legiſlator. Vel etiam locum habebit hæc fallentia in conſtitutione temporaria; poterit enim Epiſcopus ſtatuere in aliquo edicto aliquam pœnã ei, qui aliquod delictum commiſerit cum illa clauſula, decernemus, ſeu declarabimus eum incurriſſe, aut ſubiacere pœnæ à nobis inflictæ, &c. quod idem eadẽ ratione procedet in eo quoque, qui legem perpetuam condit pro tempore, quo ipſe viuit, cũ pro eo dum taxat tempore poſſit decernere, ac declarare, non item poſt obitum, vt patet ad ſenſum.

Septima, & poſtrema regula hæc ſit. Quando lex continet verbum comminationis, vt ſi dicatur, ſub pœna, ſub interminatione, ſub diſtrictione, ſub maledictione, ſub anathemate, &c. tunc
53 † eſt canõ ferendæ ſentẽtiæ. hæc regula traditur à Glo. in c. 1. de ſagitt. Caſtr. d. lib. 2. de poteſt. leg. pœnal. c. 1. & eſt cõmunis opinio, prout teſtãtur eam ſequentes Tiraq. d. Verb. reuertatur nu. 254. 255. & 260. Carbon. infr. & fallit

autem



54 autem hæc regula, quando † ſimul cũ his verbis apponerentur alia importãtia latam ſententiam, vt ſi dicatur, ſub pœna excommunicationis, quam ſtatim cõtraueniendo incurras, quam ipſo facto incurras, quam ex nunc prout ex tunc, vel ſimpliciter, ex nunc proferimus, aut alia ſimilia, vt docet Carbon. d. diſput. 6. in princip. verſic. prima quando lex, & latè probat Tiraq. d. Verb. reuertatur, num. 259. & 261. quo loco ſex quoque aliàs reſtrictiones huius regulæ affert, quas, cum eæ parum ad rem noſtram faciant, omittemus.

Præmitto quintò, & vltimò, reum
55 † poſt commiſſum crimen conſiderari poſſe in duplici ſtatu; primò ante ſententiam ſiue condemnatoriam, ſeu, vt alij loquuntur, inflictiuam pœnæ, vbi pœna non eſt à iure inflicta, ſed per iudicem infligẽda; ſiue declaratoriam commiſſi criminis, & pœnæ incurſæ, vbi ea iam à iure inflicta eſt; ſecundò poſt huiuſmodi ſententiam cõdemnatoriam, vel declaratoriam, ſed ante illius executionem. Similiter condemnatio intelligi poteſt, quòd facta fuerit ita, vt effectum ſuum ſortiatur, vel à die cõmiſſi criminis, vel ſolùm à die ipſius condemnationis. In his omnibus verſabitur huius quæſtionis diſputatio; ad quam facile erit ijs, quæ huc uſque admonuimus præmiſſis, reſpondere, quod, vt dilucidius fiat, id omne nonnullis propoſitis, in mediumq; allatis concluſionibus quàm breuius fieri poterit abſoluemus.

Prima concluſio. Lex pœnalis con-
56 tinens ſententiam ferendã † non obligat etiam in conſcientia reum ad eam ſubeundam ante ſententiam iudicis condemnatoriam. hæc opinio eſt communiſſima Theologorum, & Canoniſtarum, vt teſtatur Ludou. Carbon d. tract. de legib. lib. 8. diſput. 7. verſ. prima poſitio; quam inter alios tenet S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 3. & ibid. Caiet. Sot. lib. 1. de iuſt. & iur. q. 6. art. 6. Alphon. de Caſtr. lib. 2. de poteſt. leg pœnal. c. 2. & lib. 2. de iuſt. hæret. punit. c. 6. Anchar. & alij in cap. cum ſecundùm leges de hæret. in 6. atq; hæc concluſio nullam habet difficultatem; ideo enim dicitur ea lex pœnalis cõtinere ſententiam ferendam, quia pœna nõ eſt à iure inflicta, ſed à iudice infligẽda; certum eſt autem pœnam non eſſe ſubeundam antequam infligatur; quare omnino reijcienda eſt opinio Decij in c. 1. de conſtit. & Io. Ferrarij in l. quod à quopiam ff. de reg. iur. quatenus ſine vlla diſtinctione dicũt omnes leges pœnales obligare in conſcientia ante iudicis ſententiam ſiue huiuſmodi lex contineat ferendum ſententiam, ſiue latam. Sed
57 neque † admittenda eſt eorum opinio, vt ſententia iudicis, & condemnatio in caſu continente ferendam ſententiam retrotrahatur ad diem commiſſi criminis; in hoc enim differũt, quòd fiat ipſo iure, vel per ſententiam, nam priori ca-
58 ſu † tenetur reus ad reſtitutionem fructuum à die commiſſi criminis, nõ autem poſteriori, vt latè, & optimè comprobat Tiraq. d. l. ſi vnquam Verbo reuertatur num. 268. & ſeqq. Cui tamen deciſioni non obſtat quod ſupr. 2. par. huius tract. quæſt. 17. in 2. præmiſſ. ex eod. Tiraq. d. Verb. reuertatur num. 272. & alijs docuimus, clericum, qui commiſit delictum, propter quod priuandus ſit beneficio, poſtquam eſt priuatus, teneri ad reſtitutionem fructuũ, quos percepit à die commiſſi criminis; primò enim illud procedit in vero crimine, & delicto, propter quod clericus priuandus veniat beneficio, nos autem hic potiſſimũ loquimur de improprio delicto, quod accidit vt plurimum in omittendo, puta quia clericus non ſeruierit Eccleſiæ, diuiniſq; non interfuerit; deinde illud quoque tunc demũ procedit, cùm clericus ille poſt cõmiſſum delictum non ſeruierit Eccleſię, vt eod. loco admonuimus, atq; adeo non tã priuatur clericus ille fructibus propter crimen, ſeu etiam vigore ſententię condemnatorię, quàm quia Eccleſię debitum ſeruitium nõ præſtiterit; quod tamẽ etiam ibidem temperauimus, niſi

deli-

delictum illud occultum delinquẽtem
ipſo iure miniſtrare impediret, puta ſi
irregularitatem, aut ſuſpenſionem in-
duceret; tunc enim ſeruienti, & mini-
ſtranti in officio, quod exercere non
poterat, fructus concedendos non eſſe
oſtendimus.

Secunda concluſio. Regulariter lo-
quendo quàmuis lex pœnalis cõtineat
latam ſententiam, ſeu pœnam infligat
59 ipſo iure; tamen † ea ſubeunda non eſt
ante ſententiam declarationis, ſeu de-
claratoriam cõmiſſi criminis, vel pœ-
næ incauſæ. hæc eſt communis opinio
Doct. Theologorum, & Canoniſtarum
præter Alphonſ. Caſtr. d. lib. 2. de po-
teſt. leg. pœnal cap. 8. & Abb. in cap.
1. de conſtit. & cap. dilecti, de arbitris;
eam enim inter Theologos ſecutus eſt
S. Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. ad pri-
mum, & expreſſiùs Caiet. ibid. & in
Sum. Verb. pœna, Silueſtr. Verb. hæ-
reſis 1. §. 13. & Verb. Aſſaſſinus quæſt.
5. Adrian. quodlib. 6. art. 1. Io. Med.
C. de reſtit. quæſt. 1. Ledeſ. Secunda
4. quæſt. 15. art. 4. Bart. Med. 1. 2. quæſt.
96. art. 4. dubit. 2. Victoria in relect. de
Ind. num. 14. Sot. d. lib. 1. de iuſt. &
iur. quæſt. 6. art. 6. concl. 1. Ludou.
Lopez. tract. de contract. lib. 2. cap. 30.
in princip. verſic. & quia iam quis in
ſtabit, & Ludou. Carbon. d. tract. de
legib. lib. 8. diſput. 9. ferè per totam,
inter Iuriſtas Nauar. i Manual. de orat.
& hor. Canon. cap. 21. num. 49. vbi de
communi teſtatur, idem in Manual.
Confeſſ. cap. 23. num. 66. & cap. 25. nu.
118. vbi etiam ſe ipſum allegat in rubr.
de pœn. cuius repetitio apud nos non
extat, & in cap. fraternitas 12. quæſt.
2. cuius repetitionis fragmentum dum
taxat habemus, Glo. d. cap. fraternitas
Archid. in cap. cum ſecundùm leges,
de hæret. in 6. & in cap. 1. vbi Io. An. de
homic. eod. lib. Alex. in l. ſi quis maior
C. de tranſact. Fortun. Garſ. in tract.
de vlt. fin. illat. 18. & poſt alios Couar.
in Epit. de ſponſal. & matr. par. 2. cap. 6.
§. 8. num. 10. & Fel. in cap. audiuimus
de ſimon. meliùs d. cap. Rodulphus nu.
35. de reſcrip. allegant ad id ferè om-
nes tex. in d. cap. cum ſecund ùm leges,
de hæret. in 6. vbi ſtatuitur, nè bona hæ
retici occupentur, antequam per iudi-
cem Eccleſiaſticum fiat declaratio de
crimine commiſſo, hæc autem diſpoſi-
tio, quæ ſecundum omnes continet la-
tã ſententiã, iure trahenda eſt ad cæte-
ras pœnales diſpoſitiones, cũ hę reſtrin
gendæ ſint, ſicut fauorabiles amplian-
dæ, c. odia de reg. iur. in 6. cũ ibi not. &
60 ſuis ſimil. Ratio † autem præcipua hu
ius ſententiæ, quam latiùs proſequun-
tur præcitati Doct. maximè verò Sot.
d. art. 6. ea eſt, quoniam obligatio legũ
debet eſſe conformis naturæ, & tolera-
bilis; ſed, ſi regulariter obligarent le-
ges pœnales ad ſoluendam pœnã ante
ſententiam iudicis, eſſent cõtra ius na-
turæ, tum quòd obligarent, vt quis ſe
ipſum proderet; ſoluendo enim pœnã
manifeſtaret ſe reum criminis; tũ quòd
obligarent, vt quis ſe ipſum puniret,
quod eſt valde graue, & contra naturã
pœnæ, quæ eſt, vt ab alio inferatur; tũ
denique quia multę occurrunt circun-
ſtantiæ tum in crimine, tum in perſo-
na, quarum ratio habetur à lege, ma-
ximè verò habenda eſt in infligenda
pœna, à qua quæuis cauſa excuſat iur.
vulg. debet ergo reus audiri, quia fortè
dignus eſt remiſſione vel totius, vel
partis pœnæ; neque in cauſa propria
debet eſſe iudex; quare crimen, quod
puniendum eſt, priùs iudici deferri de-
bet; vnde manauit illud Gregorij in c.
ſicut ſine iudicio, 2. quæſt. 1. neminem
ſine iudicio cõdemnari debere. Acce-
dat quoq; ad huius rei cõfirmationem
exemplum illud, quod nonnulli recen-
ſiores afferũt. ſtatuta eſt ipſo iure pœ-
na confiſcationis omnium bonorum
hæretico, vt habetur in d. cap. cum ſe-
cundùm leges, de hæret. in 6. cum ſuis
concord. ibi per Gloſ. & Doct. allega-
tis; fuerit aliquis per diem integrum
in hæreſi, quam ſigno aliquo exteriori,
ſed occulto manifeſtauerit; ſequenti
verò nocte idem met reſipiſcat; quis tã
iniquus, ac dirus, vel potiùs mentis ex-
pers



pers fuerit, qui dicat, hunc teneri ſpon-
te bona ſua fiſco deferre? Ex his igi-
tur ſatis ni fallor confirmata manet re
gula hæc, quam in hac concluſ. propo-
ſuimus. Quòd ſi quis contrariæ opinio-
nis argumenta, eorumq; ſolutiones ha-
bere cupit, conſulat inter cæteros Sot.
d. art. 6. cõcl. 1. & Ludou. Carb. d. lib. 8.
diſput. 7. qui tamen ea potiùs afferre
debuit d. diſput 9. vbi huius concluſio-
nis argumentum pertractat. Limitatur
autem primò hæc regula, ſeu cõcluſio,
61 † vt non procedat in pœna ſpirituali,
hoc eſt irregularitatis, & in cẽſuris. ita
Nauar. Caſtr. & Caiet. loc. cit. Sot. d.
art. 6. concluſ. 2. Lopez. d. cap. 30. verſi.
ſecundò quia dici ſolet, & Carbon. d.
diſput. 9. verſi. ſecunda poſitio, vbi hãc
ait eſſe communem doctrinam, in qua
omnes Theologi, & Canoniſtæ conue-
62 niunt. Secundò limitatur † in pœnis
ipſo iure appoſitis per modum condi-
tionis maximè à teſtatore iuxta ea, quæ
ſupra diximus præmiſſ. 3. circa mediũ,
& præmiſſ. 4. reg. 6. fall. 4. nam eæ de-
bentur in foro conſcientiæ ante iudicis
declarationem. ita Nauar. d. cap. 25.
num. 118. Caiet. in Sum. Verb. pœna
Lopez. d. cap. 30. verſic. igitur alia re-
gula ſit, Carbon. d. diſput. 9. verſi. quar-
63 ta poſitio. Tertiò limitatur † vbi lex
in ſpetie priuat dominio bonorum, aut
fructuum; ita Nauar. d. cap. 26. nu. 118.
& latè Carbon. d. diſput. 9. verſic. ſepti-
ma poſitio. cuius rei exemplum opti-
mum habemus in d. cap. vnico §. qui
verò de cler. non reſid. in 6. necnon in
Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 3. de reform.
& ſeſſ. 23. cap. 1. §. ſi quis autem, & §.
eadem omnino, de reform. Aut etiam
64 vbi † aliàs apparet de mente legiſ-
latoris, quòd obligare velit, vt quia
65 dicat † nolle expectari ſentẽtiam de-
claratoriam. ita Lopez. loc. mox alleg.
Carb. d. diſput. 9. in fin. & Nauar. d. nu.
118. Silueſt. in Verb. Emphiteuſis q. 2.
& Verb. Aſſaſſinus in fin. aut ſi lex ad-
deret, pœnam, quam infert, ſoluendam
eſſe in foro conſcientiæ, Nauar. d. c. 21.
de orat. nu. 49. Lopez. & Carbon. ibid.
Caſtr. d. lib. 2. de poteſt. leg. pœnal. c. 5.
& Couar. d. 2. par. Epit. de ſponſal. c. 6.
§. 8. num. 10. verſic. tertiò hinc deduci-
tur; aut denique quando priuat bonis
acquirendis, puta ſi reddat quem inha-
bilem ad beneficium, vt ſatis probat
Carbon. d. diſput. 9. verſic. quinta poſi-
66 tio. Quartò limitatur, vt † non requi-
ratur vlla ſententia condemnatoria,
ſed ſola declaratoria criminis cõmiſſi;
ita latè inter cęteros Carbon. d. diſput.
9. verſi. ſexta poſitio, & Sot. d. artic. 6.
concl. 3. Limitatur quintò eadem con-
67 cluſio, † vt nõ requiratur executio ip-
ſa iudicis, ſed ſufficiat declaratoria ſu-
per crimine, ita Sot. d. art. 6. concl. 5.
Fel. in cap. 1. num. 43. de conſtit. & Bal.
in l. id, quod pauperibus, quæſt. 9. C. de
Epiſc. & cleric. ſentireque videtur S.
Thom. 2. 2. quæſt. 62. art. 3. tandemq;
admittit etiam Couar. d. num. 10. verſi.
68 ſecundò infertur, vbi † iudex expreſ-
ſim in declaratoria condemnaret ad
ſoluendum, vel aliquid agẽdum, quod
non contineat corporalem læſionem.
69 Sextò limitatur, vt † declaratio, & cõ-
dẽnatio in ea facta retrotrahat ad diẽ
commiſſi criminis; vt ſatis probant Car-
bon. d. diſput. 9. verſic. nona poſitio, &
Sot. d. art. 6. concl. 4. conſtatq; ex ijs,
quæ diximus ſupr. 2. part. quæſt. 17. 3.
præmiſſ. in fin. Septimò, & vltimò limi
70 tatur hæc concluſio † vbi clericus ab
hac declaratoria criminis cõmiſſi pœ-
neq; incurſu legitimè appellauit; nam,
cum appellatio ſuſpendat iudicatum,
donec cauſa appellationis cognoſca-
tur, & antequam in iudicatum trãſeat,
poterit clericus pœnam eam à iure in-
flictam, atque à iudice declaratam non
ſubire iuxta ea, quæ latiùs tradidimus
d. quæſt. 17. concl. 3. & quod in ſpetie
docet inter cæteros Fel. d. cap. Rodul-
phus nu. 43. de reſcript.

Tertia, & poſtrema concluſio. Quã-
uis pęna amiſſionis diſtributionũ quo-
tidianarum ipſo iure à canone, vel alia
Pontificia conſtitutione inflicta ſub-
eunda ſit, & obliget in conſcientia ante
vllam iudicis ſententiam etiam decla-
ratoriam,

ratoriam;tamen, ſi ab inferioribus,pu-
ta ſynodali conſtitutione alicuius Ec-
cleſiæ, eiuſue ſpetiali ſtatuto infliga-
tur,probabile puto antehuiuſmodi de-
clarationem pœnam hanc non obliga-
71 re. Prior pars † concluſionis proba-
tur ex tex.d. cap. vnico §. qui verò, de
cleric. non reſid. in 6. vbi Bonif. 8. ſta-
tuit, quòd clerici Collegiatarum Ec-
cleſiarum, qui aliter de diſtributioni-
bus ipſis receperit, quàm intereſſendo
diuinis officijs in eiſdem Eccleſijs,earũ
ſic receptarum dominium non acqui-
rant,nec faciant eas ſuas,immo ad om-
nium reſtitutionem, quæ cõtra huiuſ-
modi conſtitutionẽ receperint,tenean-
tur; ex quo patet dominium auferri ab
ijs,qui diuinis non interfuerint,& trãſ-
ferri in eos, qui interfuerint, quod etiã
apertè colligitur ex Trident. Concil.
ſeſſ.24. cap.12. de reformat. verſic. di-
ſtributiones verò; & præterea induci-
tur quædam inhabilitas ad receptionẽ
huiuſmodi diſtributionum ex eo etiã,
quòd §. præcedenti expreſsè mãdatur,
vt eæ dentur ijs, qui diuinis officijs in-
terfuerint, quod etiam fit in Trident.
Concil. tum loc.cit. tum ſeſſ.21. cap.3.
de reformat. immo etiam in omnibus
his iuribus, vt patet ea penitius cõſide-
ranti, aſſici videtur ipſum conſcientiæ
forum, atque adeo ſuccedit Theorica
ſuperiùs poſita in præceden. concl. li-
mit.3.in princip. Neque huic deciſioni
72 obſtabit, quòd † pœna etiam ipſo iure
impoſita nunquam incurritur, niſi de-
clarante eo, ad cuius fauorem inducta
eſt, vt de communi teſtatur Bonacurſ.
in cõmun.cõcluſ.tit.de pœn. poſt Burſ.
conſ.12. nu.48. vol.1.pœna verò amiſ-
ſionis diſtributionũ inducta videatur
ad fauorem aliorum de Collegio, qui-
bus acceſſerunt; atque adeo videtur
expectanda declaratio ipſorũ de Col-
legio,quòd velint locũ eſſe pœnæ; pri-
mò enim reſpondetur nõ ſemper diſtri
butiones nõ intereſſentium accreſcere
cæteris de Collegio intereſſentibus, vt
patet ex ijs, quæ diximus in quæſt.præ-
ced.deinde diſtributiones quotidianę,
& earum amiſſio principaliter inducta
eſt in fauorem cultus diuini, vt ſatis pa
tet ex d. cap. vnico in princip. adnota-
uitq; inter cæteros Nauar. in tract. ſeu
Manual.de orat.& hor. Canon.Miſcel.
59. ex quo fit, vt,ſi ab aliquo malè per-
ceptæ, ſeu quæſitæ fuerint, non poſſint
remitti,vt ex probabiliori opinione re-
ſoluimus hac ead. 3. part. q.5.concluſ.
2. Minùs etiam obſtat,quòd multę ſunt
Põtificię cõſtitutiones, in quibus pœna
ipſo iure infligitur, & tamen eas non
eſſe ſubeundas ſaltem ante declarato-
riam criminis commiſſi,docuimus præ
ced. concl. maximè verò conſtat ex d.
cap. cum ſecundùm leges, de hæret. in
6. reſpondetur enim primò in ijs non
adeſſe qualitates illas, circunſtantias,
& coniecturas,quæ adſunt in conſtitu-
tionibus loquentibus de fructibus, ac
diſtributionibus quotidianis, & ex qui
bus paulò ante oſtendimus colligi,vel-
le canonis cõditorem pœnam ſubeun-
dã eſſe, & obligare ante declaratoriã;
præterea loquuntur in ijs bonis, quæ
non proceſſerunt, ex liberalitate, neq;
directè ſunt in poteſtate illius,qui legẽ
73 pœnalem condidit, prout † ſunt fru-
ctus beneficij, & diſtributiones quo-
tidianæ, quę ex beneficio pẽdent,quod
ex liberalitate eiuſdem Pontificis me-
diatè, vel immediatè procedit, & in
quo, ſicut etiam generaliter in benefi-
cialibus idem Summus Pontifex pleniſ
ſimam habet poteſtatem,c.2.vbi Doct.
de præben.in 6.cũ alijs per nos cõgeſtis
in tract. de Option. cap. 8. quæſt. 1. in
1. ſuppoſ.& Hier. Gig. conſ. 144.num.
8.Ex quo patet quoq; ratio diſcriminis
74 † inter conſtitutionem pœnalem Pon-
tificiam auferentẽ ipſo iure fructus be
neficij, aut quotidianas diſtributiones,
& conſtitutionem inferioris,atq; adeo
cõprobata manet poſterior pars huius
concluſionis; nam inferiores regulari-
ter nõ habent hanc plenam poteſtatem
in beneficialibus,neq; ab ijs procedunt
per ſe, & directè beneficia, ſed quate-
nus à Summo Pontifice ijs permittitur
eorumdem beneficiorum diſpoſitio,ſi-





cut per ſe, & indepẽdenter procedunt
à Sũmo Pontifice, à quo ẽt conferũtur
75 clericis beneficia † ſub ea conditione,
vt eorum fructus,vel diſtributiones eo
ipſo amittant,ſi munera ſibi ab eorum-
dem Pontificũ ſanctionibus conſtituta
non impleuerint, vt ſatis indicat inter
cæteros Lopez.d. tract.de contract.lib.
2. cap. 30. verſic. igitur alia regula ſit
in fin. ideoque locum habet Theorica
illa, & doctrina, quam concl. præced.
limit. 2. attulimus de lege pœnali con-
76 ditionata. Plures verò huiuſmodi † pę-
nas, ſeu mulctas amiſſionis diſtributio
num in Mediolanenſi Prouincia irro-
gatas ijs, qui aliqua in re circa diuina
officia deliquerint, ſimulque de officio
Punctatoris habes in Concil. Prouinc.
Mediol. 1. ſub tit. gener. de Miniſtris
Eccleſ. & diuinis offic. ſpetiali verò de
offic. Punctat. necnon in Concil. Pro-
uinc. 3. ſub tit. de ijs, quæ ad diuin. of-
fic. pertin. ad fin. Conc. 4. ſub. tit. de
diſtributionib. per totum, & Synod.
Dioceſſ. 11. ſub tit.de monit,execution.
decret. quæ ad diuin. offic. pertin. ad
fin. quibus etiam locis plura reperies,
77 quæ † ad rationem diuidendi quoti-
dianas diſtributiones pertinẽt; ad quæ
loca pro his omnibus benignum lecto-
rem remiſiſſe ſufficiat, ne libellus hic,
qui ad communẽ omnium Eccleſiarũ
vtilitatem prodit in lucem, totus ferè
in ijs decretis, quæ ad Mediolanenſem
Diœceſim, aut Prouinciam dumtaxat
pertinent,verſari videatur. Iam igitur
finis ſit huic quæſt. & ad reliquas hu-
ius 3. part. veniamus.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Penſio regulariter non imponitur,neque impoſita cenſetur ſuper diſtributionibus. & quæ ſit ratio, num. ſeqq.*
2 *Penſio regulariter imponitur ſuper fructibus beneficij.*
3 *Penſione paſſim impoſita ſuper diſtributionibus quotidianis an fraudetur cultus diuinus.*
4 *Penſio impoſita ſuper fructibus in continua reſidentia acquiri ſolitis an cenſeatur impoſita ſuper diſtributionibus quotidianis.*
5 *Intereſſentia, & reſidentia valde inter ſe differunt.*
6 *Penſio facilè cenſetur impoſita ſuper diſtributionibus, ſi adſit ſtylus vel conſuetudo. quòd ſuper ijs imponatur. hæc tamen conſuetudo nõ extenditur de Eccleſia ad Eccleſiam.num.7.immo neq; de vno ad aliud beneficium. num. 8.*
9 *Penſiones imponere poteſt Summus Pontifex ſuper diſtributionibus quotidianis.*
10 *Penſionem impetrans ſoluit integrã annatã.*
11 *Clauſula ponenda in litteris penſionis ſuper diſtributionibus quotidianis.*
12 *Pẽſio nõ cenſetur impoſita ſuper mẽſa groſſa, & alijs fructibus diſtinctis à diſtributionibus quotidianis,vbi ſimpliciter imponatur ſuper fructibus, & reditibus beneficij.*
13 *Penſio vbi imponatur ſuper reditibus, prouẽtibus, iuribus, obuentionibus vniuerſis beneficij continet etiam menſam groſſam ſaltem in ſubſidium præbendæ. Idem ſi imponatur ſuper fructibus in continua reſidentia lucrari ſolitis. num. 14.*
15 *Optans non dimittit penſionem pro ea rata, pro qua impoſita eſt ſuper diſtributionibus quotidianis.*
16 *Mutans beneficium in eadem Collegiata dimittit omnino onus penſionis impoſitæ ſuper diſtributionibus quotidianis in totũ, vel pro parte.*
17 *Penſio impoſita ſuper diſtributionibus quotidianis an ſit aliquando ſoluenda per Capitulum, vel Collegium, cui illæ tunc accreſcunt, & num. ſeq.*
18 *Diſtributiones quotidianæ non perueniunt ad Collegium, aut Capitulum, ſed potiùs ad ſingulares de Collegio.*
19 *Penſionem ſoluere debet dumtaxat qui penſioni conſenſit, vel eius ſucceſſor.*
20 *Penſionem ſoluere debet is, qui percipit fructus, ſeu prouentus ratione beneficij.*
21 *Penſionem ſuper diſtributionibus impoſitam ſoluere non tenetur Capitulum, neque aliqua illius perſona vbi is, qui beneficium obtinet grauatum penſione, viueret, ſed non intereſſet diuinis.*
22 *Penſio quomodo ſit onus reale.*
23 *Diſtributiones dumtaxat quæſitæ per beneficiatum ſunt obnoxiæ penſioni.*
24 *Decima, & collecta ſoluenda de fructibus beneficij an debeat ſolui ab eo, qui fructus illius anni percepit, licèt antequam ſoluat, deſinat eſſe beneficiatus.*
25 *Penſio quando ſit per Capitulum, vel Colle-*

*giatam Eccleſiam vacantem ſoluenda.*

26 *Penſionarius à quo exiget penſionem impoſitam ſuper diſtributionibus quotidianis ſi per annum integrum, aut eo amplius vacet beneficium,& num. ſeq.*

27 *Penſio non ſoluitur pro eo anno,in quo nulli fructus percipiuntur.*

## *De impoſitione penſionis ſuper quotidianis diſtributionibus, eiusq; impoſitionis effectibus. Quæſtio VIII.*

EXPLICATIS in ſuperioribus quæſtionibus huius tertiæ partis, quæ eſt de quotidianis diſtributionibus diſtrahendis, ijs diſputationibus, quæ ad earundem diſtributionum diſpoſitionem, & amiſſionem pertinent, ad eas nunc veniamus, quæ de ijs oneribus ſunt,quibus eędemmet diſtributiones premi, ac grauari poſſe videntur,cuiuſmodi ſunt pẽſiones, decimæ, ſubſidium charitatiuum,annatæ,quindennia, quæque omnino ad diſtractionem diſtributionum ſpectant.De decima,ſubſidio,annata,& quindẽnio agemus in ſequen.de penſione verò in præſenti quæſtione diſputabimus. In qua duo præcipuè quæremus; alterum erit, an, & quomodo ſuper quotidianis diſtributionibus imponi poſſit penſio;alterum de nonnullis huius impoſitionis effectibus.

Prima concluſio ſit quoad primum caput huius quæſtionis. Regulariter
1 penſio † non imponitur, neq; impoſita cẽſetur ſuper quotidianis diſtributionibus. ita Quinctil. Mandoſ. in prax. ſignat.Grat.tit. de penſion.verſic. penſiones non dantur, & conſi. 15. num. 4. Hieron.Gig.conſi.144.nu.9.cum multis ſeqq.& Flam.Pariſ. tract. de reſign. benef.lib.6.quæſt.2.num.29.ad id allegans Oldrad.conſi.118. Io.An.in rubr. de conceſſ.præben. Fel.in cap.ad aures colum.13. de reſcript.& Rot. Roman. deciſ. 134.in nou. & 766.in antiq. qui tamen Doct. per Pariſ.allegati hoc mihi non dicunt, ſed ſolùm, quòd diſtributiones non veniunt nomine fructuũ beneficij, vel quòd non ſunt de corpore præbendæ; vel denique quòd non computatur in valore beneficij; id ſanè deciſum fuit in ead. Rot.Rom.apud Cæſar. Craſ. deciſ. 116. aliàs 5.de præben. num. 4. & 5. cui non obſtabit alia deciſ.eiuſdem Rotæ apud Achil.Craſſ. quæ eſt 8.ſub tit. de penſion. alias 420. nam, vt inquit Cæſ.Craſſ.d.num. 5. illa deciſio Achill. procedit non quidem de iure ſcripto, ſed de conſuetudine,& æquitate, quia tunc temporis paſſim reſeruabantur penſiones etiam ſuper diſtributionibus; quo etiam ſtylo attento loquuntur deciſ.7.& 8.ſub tit. de probat. apud eundemmet Cæſ. Craſſ. quæ apertè concedunt imponi penſionem ſuper diſtributionibus. Ratio aũt pręcipua huius concluſionis ea eſt,quã innuit Pariſ. loc. cit. latiùſq; explicat Hier.Gig.d.nu.9. & ſeqq.quoniam pen-
2 ſio † regulariter imponitur ſuper fructibus beneficij, vt ſatis ꝓbat idẽ Gig. tract. de penſion. q. 39. at verò diſtributiones quotidianæ neq; ſunt propriè beneficia,vt in ſpetie reſpõdit. Gemin. conſ. 85.num.26.& nos latiùs oſtendimus ſupr. 1. par. huius tract. quæſt. 2. circa princip.neque etiam veniunt nomine fructuũ beneficij,vt ſatis demonſtrauimus d. 1. par. quæſt. 6. neque in eius valore computantur,vt latè tradidimus d. 1. par. quæſt. 8. & quàmuis etiã penſio imponatur ſuper reditibus, & prouentibus beneficij,vt docet idem Gig. d.tract. de penſion. quæſt.7.num. 1. tamen nos quoque d. 1. par.quæſt.7. docuimus diſtributiones nõ contineri nomine redituum, & prouentuum beneficij. Alteram rationem affert Gig. d. conſ. 144. num. 12. & duob. ſeqq. quoniam diſtributiones quotidianæ introductæ ſunt de iure communi in fauorem cultus diuini, vt facilius Canonici, & Capellani conueniant ad diuina; quòd nos latiùs oſtendimus d. 1. par. quæſt. 6. concl.3. & præterea ſunt quædam ſtipẽdia,& præmia laborum, perſonaliſque ſeruitij, vt nos tradidimus ead. 1. par. quæſt. 1. in fin.& quæſt.
3 4. circa medium. quòd ſi penſiones † regulariter imponerentur ſuper quotidianis diſtributionibus, fraudaretur cultus diuinus in eo ſaltem, quòd vix probi viri, & litterati reperirentur,qui huiuſmodi Canonicatus, & beneficia pẽſionibus onuſta ſuſciperent,ſed ignari, & improbi, qui vel neſcirent, vel nollent munus ſuum exequi, debitumque Eccleſiæ ſeruitium circa diuinum cultum præſtare; præterea is quodammodo diſtributiones perciperet ratione penſionis,qui ſeruitium Eccleſię nõ exhibet, diuiniſq; non intereſt, contra mentem, & expreſſam diſpoſitionem Sacrorum Canonum ſtatuentium, vt quotidianæ diſtributiones ijs dũtaxat dẽtur, qui diuinis officijs interfuerint, debitumq; Eccleſiæ ſeruitium præſtiterint,vt in cap.vnico de cler. nõ reſid. in 6. Clem. 2. de æt. & qual. & ordin. præfic. Triden. Concil. ſeſſ. 21. cap. 3. de reformat. & ſeſſ. 24. cap. 12. verſic. diſtributiones verò cum ſuis ſimil. atq. adeo denarium diurnum reciperet qui non operatur in vinea, ſtipendiumque qui in Caſtris Dominicis nõ militauit.
4 Ampliatur autem hæc concluſio, † vt procedat etiam ſi penſio imponeretur ſuper fructibus in continua reſidentia lucrari ſolitis; adhuc enim non cenſetur ſuper diſtributionibus impoſita pẽſio; nam diſtributiones dantur ratione intereſſentię,vt ſupra ſępiùs admonui-
5 mus; differt autem valde † intereſſentia, & reſidentia,vt deciſũ fuit in Rot. Rom. teſte Caſſad. deciſ. vnic. de cler. non reſid.& apud Moed.deciſ.15. aliàs 182. noſq; fuſiùs oſtendimus d. quæſt. 4. ad fin. Limitatur autem primò hæc
6 eadem concluſio,†niſi eſſet cõſuetudo, ſeu ſtylus, ꝙ penſiones reſeruarẽtur ẽt ſuper diſtributionibus; ita Achill. & Cæſ.de Craſ.in omnib. deciſ. ſuperiùs
7 alleg.de qua limitatione,†ſi intelligat, vt hæc conſuetudo de vna Eccleſia ad aliam trahatur, ego valde dubito;nam cum hæc conſuetudo ſit contra ius, vt patet ex ſupradictis,non debet extendi de loco ad locum,neque de perſona ad perſonã per ea, quæ latiùs tradidimus tract. de Option.cap. 4. num. 32.& 34.
8 ex quo † probabiliùs etiam puto non poſſe fieri illationem, & extenſionem de vno Canonicatu ad alium etiam in
9 eadẽ Eccleſia. Limitatur 2. quod † poteſt Summus Pontifex ex ea poteſtate, quam habet in reb. Eccleſiaſticis, imponere penſionem etiam ſuper diſtributionibus. ita Gig. d. conſ. 144.num. 21. in fin. Pariſ. d. quæſt. 2. num.29. & ſeqq.Mandoſ.d.verſ.penſiones nõ dantur,Rot. in omnib. ferè deciſ.ſupra relatis; & de hoc nemo dubitat; ſed neq; dubitare iure poteſt;cum maximè quotidie uideamus huiuſmodi penſiones ſuper diſtributionibus per Summum
10 Pontificem imponi;ſoluiturq; † ab eo, qui impetrat hãc penſionẽ; D. Datario compoſitio vnius anni, hoc eſt,integra annata, vt teſtatur Mandoſ. d. verſic. penſiones non dantur,vbi etiam aſſerit
11 †ponendã eſſe clauſulam hanc in ſupplicatione,(etiam ſi in ſolis diſtributionibus quotidianis,& non niſi præſentibus, & diuinis officijs intereſſentibus dari, & per eos lucrari ſolitis, & conſuetis,) quod etiam monet Pariſ. d. nu. 29. & 31. quibus verbis puto ſtatim ſequi verbum, conſiſtant, vt integer ſit ſenſus,& pręmitti illa, ſuper reditibus, & prouentibus dicti Canonicatus, & præbendæ, vel ſimilia; hodie verò in litteris reſeruationis penſionis ſuper canonicatibus, & præbendis loco prędictæ clauſulæ, & verborum vidi apponi illam aliam clauſulam,quæ ęquipollens eſt, nimirum,(ſuper canonicatus,& præbendæ dictæ Eccleſiæ fructibus,reditibus,iuribus,obuẽtionibus,& emolumentis vniuerſis, ac quotidianis diſtributionibꝰ tibi quoad vixeris &c. quomodo etiã intelligenda eſt deciſio illa, ſeu declaratio ſacræ Congreg. Illuſtriſſimorũ Cardin. ad ſeſſ. 21. c. 3. de reformat. Trid Concil. dum in vna Mediolanenſi declarauit, diſtributiones quotidianas,ne tenuiores ſiant,pẽ-

ſionibus grauari non poſſe, niſi expreſſis verbis id fuerit à Sanctiſſimo cōceſſum. Limitatur tertiò, & vltimò, quòd
12 † licèt regulariter etiam ſuper menſa groſſa, & alijs fructibus diſtinctis quidem à quotidianis diſtributionis, ſed qui dantur ijs, qui interſunt certis temporibus, ſeu reſidentibus, non imponatur, nec impoſita cenſeatur penſio vbi ſimpliciter imponatur ſuper fructibus, & reditibus beneficij, aut canonicatus, vt tradit Flam. Pariſ. d. quæſt. 2. nu. 32. poſt Gambar. tract. de auctorit. Legat. lib. 6. tit. de penſion. num. 24. vbi refert, fuiſſe deciſum per Rotam in vna Canonicatus Sancti Petri, quòd, vbicunq; requiritur certum ſeruitium ad conſequendum fructus, ſuper illis non poſſit conſtituti penſio; licèt inquā regulari
13 ter hoc verū ſit; nihilominus, vbi † pēſio imponitur ſuper reditibus, prouētibus, iuribus, obuentionibus vniuerſis Præpoſituræ, vel Canonicatus, tunc impoſita cēſetur ēt ſuper his fructibus, & mēſa groſſa, quatenus præbenda ad id non ſufficiat, vt docet Pariſ. d. q. 2. nu. 33. dicens fuiſſe ita, tētum coram Oradino die 3. Ianuarij 1559. ſiue quia nomen iurium, prouētuum, & obuentionum aptum ſit comprehendere omnes reditus cuiuſcunque qualitatis ſint, vt ait idem Pariſ. d. quæſt. 2. num. 34. ad id allegans Abb. in cap. ad audiētiam il 2. de reſcript. vbi tamen hoc mihi non dicit, ſed probari poteſt ex ijs, quæ nos adduximus ſupr. 1. par. huius tract. q. 7. & meliùs in tract. de Decim. cap. 9. nu. 78. & 80. ſiue propter dictionem illam vniuerſalem, vniuerſis, quę apta eſt cōprehendere id, quod impropriè aliquo nomine continetur, quodq; aliàs non comprehenderetur; vt ſatis oſtēdimus ſupra hac ead. 3. par. huius tract. q. 5. concl. 2. ad fin. Idem quoque dicēdum
14 eſt † vbi penſio imponatur ſuper fructibus in continua reſidentia lucrari ſolitis, ſeu qui dantur reſidentibus; etenim tunc in ſubſidium impoſita cēſebitur penſio etiam ſuper menſa groſſa, ſeu illis fructibus, qui dantur ijs tā-tùm, qui reſident, & pro aliquo tēpore in Eccleſia interſunt; vt apertè conſtat ex Rot. Rom. apud Cæſ. Craſſ. d. deciſ. 116. ſeu 5. de præben. nu. 7. cum duob. ſeqq. iuncto nu. 4. & ijs, quæ nos adduximus ſupr. 1. par. quæſt. 3. circa mediū vbi de his fructibus, menſaq; groſſa ſufficienter egimus.

Secunda concluſio erit de primo effectu huius impoſitionis penſionis ſuper diſtributionibus quotidianis. Vbi
15 † penſio impoſita ſit vel partim, vel in totum ſuper quotidianis diſtributionibus, tūc qui huiuſmodi Canonicatum, aut beneficium in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata penſione hac grauatum obtinet, ſi optauerit ijs caſibus, quibus optare poteſt, non dimittit penſionem pro rata, quæ reſpondet diſtributionibus, ſed pro ea parte remanet ſoluenda ab eo, qui optat. Hanc concluſionem ſatis cōprobauimus ī tract. de Option. cap. 7. quęſt. 3. concl. 3. ſeu num. 33. cum trib. ſeqq. vbi eandem concluſionem iiſdem quoq; ferè verbis firmauimus. ita, vt ſufficiat ad eum locum cādidum Lectorem remittere, ne cogamur idem repetere, videamurq; alibi dicta huc ad implendas membranas transferre, à quo ſemper abhorruimus. Id verò quod ibidem in fin. dumtaxat attigimus, eſtq; limitatio quædam ad hanc, & illam cōcluſionem, hic latiùs explicabimus; nimirum, quòd, vbi pēſio impoſita eſt ſuper diſtributionibus quotidianis in totum, aut pro parte, tunc
16 † ſi quis, non quidem optet, ſed mutet Canonicatum, ſeu beneficium per receptionem alterius Canonicatus, & beneficij in eadem Eccleſia, omnino penſionem dimittet; ratio autem huius eſt; nam ideo per optionem nō dimittitur pēſio impoſita ſuper diſtributionibus, quia tunc eodem Canonicatu retento, atque adeo remanente eodem Canonico, cum penſio ſit ſuper diſtributionibus in defectum præbendæ eo, quia, vt prædiximus, per ſe imponatur ſuper fructibus beneficij, nō mutatur aliquis fundus, aut certum corpus, certiue reditus,

ditus, qui ſpetialiter ſint penſione affecti, eiue obnoxij; ſolùm enim affecti ſunt diſtributionum prouentus, quatenus percipiuntur à perſona illius, qui penſioni cōſenſit, eiuſue ſucceſſoribus in beneficio, vt d. concl. 3. latiùs oſtendimus; at verò in caſu propoſito mutatur Canonicatus; atque adeo non dicitur ampliùs idem Canonicus, & cenſetur noua perſona, cum non tanquam Canonicus, ſed tāquam perſona extranea hūc poſteriorem Canooicatum recipiat; qua etiam ratione d. tract. de Option. cap. 5. num. 12. docuimus eum, qui, cum priùs eſſet Canonicus, poſtea mutauit Canonicatum per impetrationem, & collationem, non cenſeri antiquiorem, neque præferendum eſſe in optione ei, qui poſt primam illius receptionem ante tamen ſecundam receptus fuit in Canonicū, immo eſſe præferendum hunc tāquam antiquiorem, quoniam ille verè dicitur nouus, & iunior Canonicus, cum non tanquam Canonicus, ſed tanquam extraneus aſſecutus ſit illam poſteriorem præbēdam, & Canonicatum. In caſu igitur noſtro, cum hic, cuius Canonicatui, & diſtributionibus deficiente, vel non ſufficiente præbenda, impoſita erat penſio, mutet Canonicatum, & perſonam Canonici, non dicitur amplius tāquam idem Canonicus, eademq; perſona illas diſtributiones percipere, quæ penſioni obnoxiæ dicebantur; diſtributiones enim accipere competit ratione Canonicatus, vt ex cap. dilectus il 1. & cap. pro illorum iuncta Gloſ. de præben. cum ſimi. liquidò cōſtat; ſuntq; diſtributiones acceſſoriæ ad Canonicatū, vt inter cæteros adnotauit Philip. Prob. in addit. ad Io. Monach. d. cap. vnico de cler. non reſid. lib. 6. Verb. victualia in princip. atque adeo nil mirum, ſi nullatenus clericus mutans beneficiū ampliùs tenetur ad illius penſionis ſolutionem; ſed huiuſmodi obligatio in totum trāſit ad ſucceſſorem in eius Canonicatu; & de hoc nemo iudicio meo iure dubitare poteſt, ſed neque aliquem vſquam vidi dubitantem.

17 Tertia concluſio. Vbi penſio † in totum, vel pro parte impoſita eſt ſuper diſtributionibus quotidianis, ſeu ſuper Canonicatu ex eo, quia deficiat, vel nō ſufficiat præbenda ad penſionem, licèt vel propter vacationem Canonicatus, vel quia is, qui Canonicatum huiuſmodi obtinet, nō ſit promotus ad ordinē, vel non calleat cantum requiſitum, vel aliqua alia de cauſa etiam ſine propria culpa non recipiat diſtributiones, ſed eæ accreſcant cæteris de Capitulo, ſeu Collegio intereſſentibus iuxta ea, quæ ſupr. hac eadem 3. par. quæſt. 6. latiùs tradidimus; tamen probabiliùs puto interim donec iſte recipiat diſtributiones, non teneri Capitulum, ſeu Collegiū ad ſolutionem penſionis etiā pro rata diſtributionum, quæ obnoxiæ ſunt penſioni. Hoc in ſpetie reſpondit Nauar. qui ſolus inter Doctores, ni fallor, hanc rem pertractauit conſ. 1. nu. 2. ſub tit. de ſolut. lib. 3. vol. 1. & quāmuis conſ. 3. num. 1. eod. tit. dubitare hac eadem de re videatur propter reſponſa duorum Doctorum ſibi tunc exhibita, vt ea perpenderet; tamen ad huc apertè inclinat in priorem ſententiā dicēs, quòd niſi præfati Doctores defendiſſent, penſionem prędictam deberi à Capitulo diſtributiones lucrante, fortè decideret contrarium; idemque probat tribus rationibus, quas ſimul cum alijs ab eodem d. conſ. 1. allatis ad comprobationē noſtræ huius concluſionis iam iubet diligentiùs ponderare, & latiùs, quàm ipſe fecerit, explicare; ex quibus quædam probant Capitulum ipſum nō teneri ad ſolutionem huiuſmodi penſionis, quædam etiā quoad ſingulares perſonas ipſius Capituli. Prima igitur ratio, quam affert Nauar. d. conſ. 1. eademq; eſt cum ſecunda, quam adducit
18 d. conſ. 3. illa eſt, quia † nihil de diſtributionibus quotidianis peruenit ad Capitulum; ſed illæ totæ, & vniuerſę perueniunt ad ſingulares de Capitulo, ijſque accreſcunt, qui nunc plures ſunt, nūc pauciores pro numero intereſſentium

tium

tium, vt ſatis colligitur ex d.cap.vnico,
§. ſtatuimus de cler.non reſid. in 6. ibi,
Canonicis, ac alijs beneficiatis, & cle-
ricis Eccleſiarum ipſarum, qui eiſdem
officijs in ipſis Eccleſijs ad fuerint, tri-
buantur; conſtatque ex ijs, quæ latiùs
tradidimus ſupra hac 3. par. quæſt. 6.
ferè per totam, certum autem quoque
eſt aliud eſſe Capitulum, aliud ſingu-
lares de Capitulo, vt pluribus inter cæ-
teros oſtendit Fel. in cap. eam te, de reſ-
cript. Secunda ratio Nauarri d. conſ.
1. eadem ferè cum prima, quã affert d.
conſ. 3. ea eſt, quia penſio huiuſmodi
impoſita eſt ſuper diſtributionibus
quærendis ab eo, qui obtinet Canoni-
catum, illudue beneficium in Colle-
giata Eccleſia, quod ea penſione gra-
uatum eſt, illiuſue ſucceſſore, nõ autem
quærendis à tertio, vt patet ex litteris
Apoſtolicis, quæ ſuperinde expediri
19 ſolent, obligantibus † ad hanc penſio
nem ſoluendam eum ſolum, qui con-
ſentit reſeruationi, eiuſque ſucceſſo-
rem; Capitulum verò neque eſt ille be-
neficiatus, qui conſentit huiuſmodi re-
ſeruationi penſionis, neque illius bene-
ficiati ſucceſſor: hæc autem ratio pro-
bat nõ ſolùm quoad Capitulum Cano-
nicorum, Collegiumue beneficiatorũ,
ſed etiã quoad ſingulares de Capitulo,
& de Collegio; nam ij qooque vt ſin-
guli neque conſenſerunt reſeruationi
penſionis, neque ſunt ſucceſſores illius
Canonici, ſeu beneficiati, qui reſerua-
tioni conſenſit. Tertia ratio Nauarri,
& poſtrema ex allatis per eum d. conſ.
1. quæ hoc ipſum probat de ſingulari-
bus perſonis de Capitulo, & Collegio,
20 & quidem optima, ea eſt; quia ille † te
netur ad penſionem impoſitam ſuper
fructibus, ſeu reditibus, & prouetibus
alicuius beneficij, qui huiuſmodi pro-
uẽtus percipit ratione ipſius beneficij,
vt tradunt Abb. Fel. & alij in cap. ad au
dientiã il 2. de reſcript. & Gig. d. tract.
de pẽſion. cum alibi ſæpe, tum maximè
quæſt. 39. & ratio manifeſta eſt; nam, ſi
alicui locentur, aut vendantur reditus,
& prouentus illius beneficij, proculdu
bio is non tenebitur ad penſionis ſolu-
tionem, ſed ille, qui beneficium pẽſio-
ne grauatum obtinet. In caſu autem
huius noſtræ concluſionis nihil præ-
dictarum diſtributionum peruenit ad
ſingulares de Capitulo, & Collegio ra-
tione illius Canonicatus, qui penſione
oneratus eſt, ſed tantùm ratione ſuarũ
Dignitatum, Canonicatuum, & benefi
ciorum, ratione quorum diuinis inter-
fuerunt, & illis diſtributiones prædi-
ctæ accreuerunt attenta abſentia, ſeu
non intereſſentia aliorum, propter quã
etiam maiorem ipſi laborem in ipſo di
uino, Eccleſiæq; cultu ſubierũt. Quar-
tam quoque rationem adducit idem
Nauar. d. conſi. 3. eſtq; ex ijs, quas ibi
adducit, tertia, nimirum, quòd illi ſin-
guli de Capitulo in caſu propoſito non
videntur acquirere illas diſtributiones
eo vero, & proprio iure accreſcendi, de
quo in l. re con iuncti ff. de legat. 3. ſed
de eo, quo d.cap. vnico de cler. non re-
ſid. in 6. ſtatuitur, vt diſtributiones tri-
buantur intereſſentibus; Verùm præ-
terquam quòd ſup. hac ead. 3. par. q. 6.
oſtẽdimus vt plurimum habere locum
verum ius accreſcendi in portionibus
deficientibus quotidianarum diſtribu-
tionum, adhuc non video, quam vim
habeat hæc Nauar. ratio; nam qui cou-
trariam opinionem tueri volunt, vim
in eo non facient, quòd prædictæ di-
ſtributiones vacante Canonicatu, &
beneficio cæteris de Capitulo, & Col-
legio accreſcant, ſed quòd ad eos quo-
quomodo perueniãt, vt paret ex ratio-
ne illa, quam ſibi ipſi primo loco obij-
cit idemmet Nauar. d. conſi. 1. cui mox,
cum eodem ſatisfaciemus. Melior er-
go eſt illa ratio, quam poſtremo loco
affert idem Nauar. d. conſi. 3. num. 1. ad
fin. à ſimili, & identitate rationis iuxta
tex. in cap. dudum il 2. de elect. cum ſi-
mi. de quibus per Euerar. & Bellon. in
loc. & argum. à ſimil. Certum eſt enim,
21 quòd † neque Capitulum vniuerſum,
neque ſinguli Canonici tenerẽtur ſol-
uere penſionem conſtitutam alicui ſu-
per fructibus, & diſtributionibus ali-
cuius



eiuſ Canonici, vbi ille beneficium poſ
ſideret, ſed non inſeruiret Eccleſiæ in-
tereſſendò diuinis; idem igitur dicen-
dum eſt illo mortuo, vel non poſſiden-
tes beneficium, cum non videatur con-
grua diuerſitatis ratio aſſignari poſſe.
Sed neque obſtat huic noſtræ princi-
pali concluſioni Achilles contrariæ opi
22 nionis, quòd nimirum pẽſio † ſit onus
reale, vt ſatis conſtat ex tex. in cap. niſi
eſſent, vbi Gloſ. pen. de præben. cũ alijs,
de quibus per Gig. d. tract. de penſion.
quæſt. 39. cum ſeq. & Flamin. Pariſ. d.
tract. de reſign. benef. lib. 6. quæſt. 2. nu.
98. cum autem res tranſire debeat cum
onere, ſuo c. ſi quis laicus, 16. quæſt. 1.
& cap. ex litteris, de pignor. cum ſimil.
debet quoque onus penſionis tranſire
ad Capitulum, ſeu ſaltem ad ſingulares
de Capitulo, ad quos perueniunt ipſæ
diſtributiones, quæ eidem penſioni ob-
noxiæ ſunt, eaque affectæ. Reſponde-
tur enim primò penſionem non tam eſ-
ſe onus reale fructuum, & redituum be-
neficij, quàm ipſius beneficij, ita, vt obli
gatio ſoluendæ penſionis tranſeat ad
quemcunque tranſit beneficium, vt ex
eodem Gig. d. tract. de pẽſion. q. 44. nu.
2. Pariſ. d. tract. de reſign. benef. lib. 1.
q. 8. num. 22. 27. 30. & cum ſeqq. alijſq;
Doct. nos docuimus in tract. de Option.
c. 7. q. 3. concl. 1. num. 30. quare, cum
in caſu propoſito Canonicatus, & bene-
ficium non tranſeat ad Capitulum, ſeu
Collegium, neque ad ſingulares illius
perſonas, non debet quoque tranſire
ipſa penſio, eiuſq; onus reale. Reſpon-
detur ſecundò cum Nauar. d. conſ. 1.
23 num. 2. ad fin. de ſolut. negando † præ-
dictas diſtributiones, quæ nunquam
fuerũt quæſitæ per vllum Canonicum,
ſeu beneficiatum, eſſe oneratas illo one
re penſionis; quia ad ſummum illæ tan
tùm, quæ eſſent lucrifactæ per benefi-
ciatos potuerunt eſſe affectæ, & obliga-
tæ illo onere iuxta ſolemne dictum Lu-
dou. Rom. conſ. 388. ferè per totum, de
quibus non ſunt illæ, quæ accreuerunt
illis de Capitulo, & Collegio propter
abſentiam, ſeu non intereſſentiam Ca-
nonici, & beneficiati; illas enim non
acquiſierunt ratione beneficij illius,
quod vacat, ſed rõne propriorũ Cano-
nicatuũ, & beneficiorum iuncta d. ab-
ſentia, maioreq; labore, quem propter
eam ipſi ſubeunt, vt ſupra dictum eſt.
Minus obſtat, quod Gemin. in cap. præ
ſenti §. porrò, de off. ord. in 6. ait ſæpè ſe
24 reſpondiſſe † collectam, & decimam,
quæ ſoluenda venit de fructibus alicu
ius beneficij, ſolui debere ab eo, qui fru
ctus illius anni accepit, etiam ſi ante-
quã ſoluerit, deſinat eſſe beneficiarius
illius beneficij; etenim, vt etiam reſpõ
det Nauar. loc. cit. illa decima, & colle
cta in caſu Gem. ad huc ſoluitur de fru
ctibus, quos quis percepit ratione be-
neficij, & tamquam beneficiatus; in ca-
ſu autem propoſito id non contingit;
nam diſtributiones illæ, quæ quæſitæ
fuerunt à Capitulo, ſeu Canonicis iure
accreſcendi vacante beneficio, non fue
runt perceptæ ab illis tamqnam obti-
nentibus beneficium illud, quod vaca-
bat, & ratione illius beneficij, ſed pro-
priorum, maioriſq; laboris, & ſeruitij
Eccleſiæ præſtiti. Neque obſtat tertiò,
quod tradit Gig. d. tract. de penſion.
25 quæſt. 65. num. 6. quòd † ſi Eccleſia
vacans grauata pẽſione ſit Collegiata,
& vacatio ſit diutina, Capitulum con-
ueniri poterit ad ſoluendum pẽſionem
per ea, quæ tradit Abb. cap. fin. ne Sed.
vacan. Gig. enim apertè loquitur non
de penſione impoſita diſtributionibus
alicuius de Capitulo, ſed de impoſita
ipſi beneficio Prælati illius Eccleſiæ,
vel certè menſæ Capitulari; præterea
vterq; tam ipſe Gig. quàm etiam Abb.
d. cap. fin. loquuntur ſolùm quoad effe-
ctum, vt conueniri in iudicio poſſit Ca
pitulum non tanquam perſona obli-
gata, & nomine proprio, ſed potiùs tan
quam legitima perſona, & adminiſtra-
torio nomine, vt facilè patet eos dili-
gentiùs conſideranti. Denique non
obeſt huic à nobis propoſitæ cõcluſio-
ni, quòd ea admiſſa dabitur caſus, in
quo etiam per annum integrum, quo
vacare facile poteſt beneficium, ſuper
cuius

cuius diſtributionibus impoſita eſt pē-
26 ſio, † careat penſionarius ſua pēſione, quod tamen durum videtur, & contra mentem, & diſpoſitionem Summi Pōtificis illi reſeruantis annuam penſionem ſuper ipſis diſtributionibus. Reſpondetur enim primò durum videri non debere penſionario, quòd careat penſione pro eo tempore, tum quòd ſibi curauerit contra ius commune reſeruari penſionem ſuper diſtributionibus: tum quòd debuit, & cenſetur acceptaſſe à principio penſionem cum qualitate huius futuri euentus, quia à principio fuit cogitabilis; atque adeo ſibi imputet, quòd in caſu propoſito vacationis non curauit ſibi ſpetialiter prouideri; neque id repugnat verbis, & menti Pontificis reſeruantis annuam penſionem; annua enim ſatis dicitur, cum regulariter, & vt plurimum ſingulis annis exigatur, licèt aliquando per accidens exigi non poſſit; nam
27 etiam † in caſu, quo nulli omnino fructus aliquo anno exigantur, non poſſe per penſionarium exigi penſionem impoſitam ſuper fructibus beneficij pluribus comprobat Gig. d. tract. de penſion. quæſt. 62. 77. & vltima num. 16. & tamen tunc quoque dicetur annua penſio; omnis etenim diſpoſitio abſolutè loquens intelligitur quoque de ijs, quæ communiter, & vt plurimum accidunt, vt conſtat ex ijs, quæ latè adducit Euer. & Bellon. in arg. & loc. à cōmuniter accidentibus. Reſpōdetur ſecūdò probabile eſſe, poſſe in caſu ꝓpoſito per penſionariū huiuſmodi pēſionē exigi à ſucceſſore in Canonicatu, & beneficio ſuper diſtributionibus anni ſequētis, eius nimirū, quo ipſe diſtributiones percepit, vel percipere potuit modò eæ ſufficientes ſi ad ſupportandum onus penſionis vtriuſq; anni; prout tā in hac noſtra ſpetie, quàm in caſu penſionis impoſitæ ſuper fructibus ipſis beneficij propriè dictis reſpōdet Nauar. pluribuſque comprobat d. conſ. 1. verſic. ad poſteriorem quęſtionem vſq; ad fin. tit. de ſolut. Qua ratione idem dici poteſt, vbi beneficiū m neque per obitum, neque per reſignationem vacauit, ſed, is qui beneficium obtinet penſione grauatum, quę impoſita ſit ſuper diſtributionibus in totū, vel pro parte, verùm ex iuſta fortaſſe cauſa non intereſt diuinis, quæ tamen non ſufficiat ad acquirendas diſtributiones quotidianas; nam is, ſi quidem ſequenti anno percipiat diſtributiones ſufficientes ad penſionem vtriuſque anni, certum eſt, quòd vtramq; ſoluere debet per ſupradicta; ſi verò eæ non ſufficiant, tunc adhuc probabiliter puto idem dicendum; nam cùm ea cauſa abſentiæ non ſit omnino neceſſaria, (aliàs percipere deberet diſtributiones iuxta tex. in cap. vnico de cler. non reſid. in 6. & latiùs per nos tradita ſupr. 2. par. huius tract. quæſt. 5.) poteſt ſibi prouidere percipiendo diſtributiones obnoxias penſioni. Atque ex his iam abſoluta ſit hæc quæſtio.

## SVMMÆ RERVM.

1 *Decima, ſeu alia quota quando pro Seminario ſoluatur. & quomodo taxanda. num. 2.*

3 *Decima ſpiritualis ſoluenda eſt quoque de diſtributionibus quotidianis.*

4 *Decima ſoluitur de omnibus fructibus, & prouentibus.*

5 *Decima ſpiritualis ſoluitur de prædijs Eccleſiaſticis etiam dotalibus. Item de omni artificio. num. 6. immo etiam de omni lucro, & ſtipendio. num. 7.*

8 *Decima Papalis non ſoluitur de diſtributionibus quotidianis vbi ea impoſita ſit ſuper fructibus, & reditibus beneficij. etiam in illis Eccleſijs, vbi nulla ſunt prabenda. num. 9.*

10 *Decima Papalis ſoluitur de diſtributionibus quotidianis, vbi ea impoſita ſit ſuper omnibus prouentibus Eccleſiaſticis.*

11 *Nomen obuentionum, redituum, & prouentuum quàm latè pateat.*

12 *Diſtributiones quotidianæ veniunt nomine prouentuum, redituum, & obuentionum Eccleſiaſticarum, non autem beneficij.*

13 *Decima pro Seminarij ſumptibus vnde detrahenda.*

14 *Decima pro Seminario non detrahitur de diſtributionibus quotidianis. Idq; procedit tam in antiquis diſtributionibus, quàm in nouiter fundatis. num. 15.*



16 *Lex vna ſumit interpretationem ab alia.*

17 *Nomen vnū diuerſimodè ſumitur, & aliquādo ratione ſubiectæ materiæ impropriatur.*

18 *Decima Papalis publicam vtilitatem cōtinet vniuerſalis Eccleſiæ, non ſic decima, quæ Seminario aliquando ſoluitur.*

19 *Subſidium charitatiuum non eſt ſoluendū de diſtributionibus quotidianis; & nu. ſeqq.*

20 *Subſidium charitatiuum ſolui quoque debet à Capitulo, & Canonicis.*

21 *Subſidium charitatiuum ſoluendum eſt tātùm de fructibus, & reditibus beneficiorū.*

22 *Subſidium charitatiuum non tenetur ſoluere clericus pauper, qui nō habet, niſi quod ad victum ſufficiat.*

23 *Argumentum à Decima Papali ad ſubſidiū charitatiuum valet.*

24 *Epiſcopus non poteſt regulariter diſpenſare contra defunctorum voluntatem, vel canonum diſpoſitionem.*

25 *Annata regulariter non eſt ſoluenda de diſtributionibus; & num ſeqq.*

26 *Annatæ inſtitutio optimè defenditur; & quæ ſit definitio. num. 27.*

28 *Valor beneficij in impetratione exprimendus eſt præcipuè ob annatam.*

29 *Annata ſoluenda ne ſit de diſtributionibus in Eccleſijs, vbi nulli alij ſunt reditus.*

30 *Annata ſoluenda eſt de beneficijs vnitis mēſæ Capitulari etiamſi deſignata ſint pro quotidianis diſtributionibus.*

31 *Quindennium ſoluendum eſt de beneficijs vnitis menſæ Capitulari, ſeu Collegiali, vt ex ijs diuidantur diſtributiones quotidianæ.*

32 *Quindennium ex quibus fructibus, & reditibus ſoluatur.*

33 *Beneficia vnita menſæ Capitulari retinent nomen, & naturam beneficiorum.*

34 *Quindennium ſolui debet ab eo beneficiato, ſeu illis Capitularibus, qui fructus, ſeu diſtributiones primi anni perceperunt.*

## *An ſolui debeat decima, annata, aliudue ſimile onus de quotidianis diſtributionibus. Quæſtio IX.*

PRoſequendo, ſimulq; abſoluendo materiam onerum, quæ quotidianis diſtributionibus imponi poſſe vidētur, quin etiam omnium, quæ ad hanc tertiā, & poſtremam huius Tractatus partem pertinere videbantur iuxta id, quod initio præced. q. propoſuimus; poſt quam in ea egimus de penſione, agendum nunc nobis eſt de decima, & his ſimilibus oneribus, cuiuſmodi ſunt ſubſidium charitatiuum, annata, & quindennium. Et quoniam duplex eſt decima, alia, quam vocant ſpiritualem, quæ regulariter Eccleſijs Parochialibus ſoluitur, alia Papalis, quæ per Summum Pontificem aliquādo imponitur, & de beneficijs detrahitur; de quarum priori ſpetie latè tradidimus in noſtro tract. de Decim. c. 1. vſq; ad 8. de poſteriori verò eod. tract. c. 9. per tot. cui ſi-
1 milis eſt alia ſpecies † decimæ, ſeu quotæ partis, quæ pro erectione Seminarij detrahi poteſt de ſingulis beneficijs ex decreto Trident. Conc. ſeſſ. 23. c. 18. de
2 reform. debetq; eſſe † dimidia pars taxæ antiquæ decimæ Papalis, vt iam bis deciſum reperio per Sacram Congregationem præfectam interpretationi Trident. Concilij ad d. ſeſſ. 23. cap. 18. nimirum in vna Melphitana, & in altera Dauentina. de hac, nec nō de alijs duabus ſpeciebus decimę, cæteriſq; ſingulis oneribus ſupra commemoratis ſeorſim ſingulis propoſitis concluſionibus breuiter tractandum eſt.

Prima concluſio. Probabilius puto
3 † decimam ſpiritualem ſoluendā quoque eſſe de quotidianis diſtributionibus, ſeu de fructibus, & reditibus, qui pro diſtributionibus ſunt aſſignati. Probatur primò hæc cōcluſio, quia re-
4 gula eſt, quòd † de omnibus terræ fructibus, & prouentibus ſoluenda eſt hęc decima, vt probatur in cap. non eſt, cap. nuncios, c. ex parte il 2. & tot. ferè tit. de decim. quare, cum non reperiamus exceptas diſtributiones, ſeu fructus pro eis aſſignatos, dicendum eſt de ijs quoque ſoluendam eſſe decimam, ſtādum eſt enim regulæ, donec exceptio probetur per tex. in cap. 2. de cōiug. lepros. in fin. cum alijs, quibus id latè adſtruūt Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 12. num. 4. Aſin. ī Prax. Iudic. par. 1. §. 2. c. 12. nu. 5. & Doct. in rubr. & l. 1. ff. de reg. iur.

 Secun-

5 Secundò probatur, quoniam † etiã de
prędijs Eccleſiaſticis, licèt ſint dotalia,
ſoluenda regulariter eſt decima Paro-
cho, intra cuius fines ea p̃dia ſita ſunt,
vt docent Abb. & alij in c. nouum ge-
nus, de decim. noſq; latiùs tradidimus
d. tract. de decim. c. 5. q. 1. concl. 3. nu. 6.
& 7. vbi etiam oſtendimus Canonicos
ipſos teneri de fructibus ſuis decimas
ſoluere poſt Rebuf. tract. de decim. q. 5.
6 num. 5. & alios. Tertiò, quia † de omni
artificio ſoluitur decima c. non eſt, & c.
7 paſtoralis, de decim. immo † & de om-
ni lucro, c. ex tranſmiſſa, eod. tit. vnde
quod ad rem noſtram accedit, milites
non modò de captis in iuſto bello ſol-
uunt decimam, vt eſt tex. d. c. non eſt,
ſed etiam de ipſis ſtipẽdijs, vt ibid. not.
Abb. traditq; Rebuf. d. tract. de decim.
q. 8. num. 20. certum eſt autem clericos
quoad ea, quæ acquirunt per clericatũ,
æquiparari militibus, ideoq; etiam vo-
cantur milites cęleſtis militia, vt tradit
Abb. in c. Epiſcopus, de prębẽ. & Doct.
in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. alibique
paſſim; immo & ipſę diſtributiones iu-
re vocantur ſtipendia, vt nos oſtendi-
mus ſupr. hoc eod. tract. q. 1. ad fin. &
q. 4. circa medium.

Secunda concluſio. Quàmuis regu-
lariter decima Papalis ſolui nõ debeat
de quotidianis diſtributionibus, vbi ea
impoſita ſit ſuper fructibus, & rediti-
bus beneficiorum; tamen, vbi ea impo-
natur ſuper beneficijs, & omnibus pro-
uentibus Eccleſiaſticis, tunc de diſtri-
butionibus quotidianis ſoluenda eſt.
8 Prior pars † huius cõcluſionis ſatis cõ-
probata fuit per nos d. tract. de decim.
cap. 9. num. 81. & duob. ſeqq. tum quia
eam tenent plerique Doct. ibi cit. præ-
cipuè vero Marc. Mantua conſ. 1. ferè
per totum, Gig. conſ. 144. num. 33. cum
ſeqq. vbi id latè tuentur, quibus Do-
ctorib. nunc addo Quinctil. Mandoſ.
conſ. 15. num. 4. Petr. Paul. Pariſ. conſ.
33. num. 5. vol. 4. & Tiber. Decian. re-
ſponſ. 43. num. 15. vol. 1. tum etiam ra-
tionibus, quas hic omitto, ad eum lo-
cũ lectorem remittens; illud duntaxat
9 nunc ſubijciens † non eſſe audiendum
Tib. Decian. d. num. 15. dum vult de-
cimam Papalem ſoluendam eſſe de di-
ſtributionibus in ijs Eccleſijs, in quibus
nullæ ſunt præbendæ; neq; enim obſtãt
duæ illę rationes, quas ipſe ibi ſubindi-
cat, ſed non confirmat; non illa, quòd
tunc diſtributiones aſſumãnt naturam
præbendarum; nam quà facilitate ab
eo id dicitur, eadem à nobis negatur, &
iure, cum diſttibutiones, ac præbendæ
natura, & ſpetie planè diuerſa ſint, non
poteſt autem vna ſpeties in aliam tran
ſire, vt notum eſt Philoſophis. falſum
quoque eſt, quod pro altera ratione à
Deciano affertur, nimirum, quòd aliàs
impoſitio decimæ, quæ fit ſuper fructi-
bus beneficij redderetur eluſoria; nam
pauciſſimæ ſunt Eccleſię, in quib. nullæ
ſint præbendæ; quare à cæteris Eccle-
ſijs cõmodè poterit integra ſumma de-
10 cimæ exigi. Poſterior pars † probatur
expreſsè in Extrau. vnic. verſic. & quia
nõ occurrit nobis, ſub tit. de decim. in-
ter cõmun. vbi id diſertis verbis diſpo-
nitur, quæ d. cap. 9. num. 77. in tract.
de decim. recitauimus, vbi cum tribus
num. ſeqq. hanc poſteriorem huius con
cluſ. partem ſatis confirmauimus; ideo
quæ ibi dixi hinc non repeto, neq; pro
nunc habeo, quod addam. Illud dum-
taxat admonemus, id, quod ibi dixi, no
11 men † obuentionum, redituum, & pro-
uentuum generale admodum eſſe; ex
eo inferens decimam Papalem impoſi-
tam ſuper prouentibus, reditibus, & ob
uentionibus Eccleſiaſticis cõprehende
re quoq; quotidianas diſtributiones,
nõ aduerſari ijs, quæ diximus ſupr. hoc
eod. tract. 1. par. quæſt. 7. quotidianas
12 nimirum diſtributiones † nõ contineri
nomine redituum, prouentuum, & ob-
uentionum beneficij; aliud eſt enim, ſi
dicatur prouentus, ſeu reditus, aut ob-
uentio beneficij, quod ſignificat illum
reditum immediatè, ac per ſe emanare
ab ipſo beneficio, quod non contingit
in diſtributionibus, quæ, licèt à Cano-
nicatu, ac beneficio pendeant, eiq; ac-
ceſſorię ſint, vt alibi ſępe admonuimus
non tamen per ſe, & immediatè ſunt
fructus, & reditus ipſius beneficij, ſed





ad ipſum beneficium, eiuſq; proprios,
& principales fructus, ſi præbendã ha-
beat conſequuntur, modò tñ adſint alię
qualitates requiſitæ, de quibus ſupr.
hoc eod. tract. 2. par. quæſt. 19. aliud
autem eſt dicere, reditus, ſeu prouentus
Eccleſiaſticos, hoc eſt, ab ipſa Eccleſia
prouenientes, quod quidem optimè cõ
uenit diſtributionibus quotidianis, q̃
ab ipſa Eccleſia propter ſeruitium illi
præſtitum tribuuntur. Sed neque hæc
diſtinctio confunditur per tex. in cap.
licèt, de præben. vbi fructus præbendæ
appellantur prouentus Eccleſiaſtici nã
vt d. 1. par. huius tract. quæſt. 7. con-
cl. 2. admonuimus, in d. capit. licèt,
præter nomẽ prouentuum Eccleſiaſti-
corũ adeſt etiã pronomen, ſuos, quod
apertè oſtendit, & declarat proprieta-
tem, ac ſingularitatem fructuum, & re-
dituum cuiuſque præbendæ, & benefi-
cij, nõ autem communitatem prouen-
tuum Eccleſiaſticorum, & maſſæ Capi-
tularis, ex qua ſumuntur, & diuidun-
tur quotidianæ diſtributiones.

Tertia concluſio. Decima illa, ſeu
dimidia decimæ, aut alia pars, ſeu por-
13 tio, quæ † pro fabrica Seminarij, eius
que miniſtrorum, & clericorum ſuſten
tatione iuxta decretũ Trident. Concil.
ſeſſ. 23. cap. 18. de reform. verſic. & quia
ad Collegij fabricam inſtituendam, de
trahenda eſt per Epiſcopos cũ conſilio
duorũ de Capitulo, & duorũ de clero
ex fructibus menſæ Epiſcopalis, & Ca-
pituli, & quarumcunque dignitatum,
perſonatuum, officiorum, præbenda-
rum, portionum, & aliorum beneficio-
rum, necnon ex fabricis Eccleſiarum,
& aliorum locorum etiam ex quibuſ-
cunq; alijs Eccleſiaſticis reditibus, ſeu
prouentibus etiam aliorum Collegio-
rum, ſeu corporum, vel Confraterni-
14 tatum; hæc inquam portio † non eſt
ſoluenda de quotidianis diſtributioni-
bus; in hanc opinionem magis inclinat
Quinctil. Mandoſ. conſ. 15. ferè per to-
tum; eamq; apertè tenet Thom. Zerol.
in Prax. Epiſcop. Verb. diſtributiones
quotidianæ verſic. ad quintum, dicens
ita declaratum fuiſſe per Sacram Con-
gregationẽ, quæ præeſt interpretatio-
ni Concil. Trident. declarat. 338. ſub-
15 dẽs, quòd, † cum ea declaratio loqua-
tur indiſtinctè, intelligenda eſt tam de
antiquis diſtributionibus, quàm de no-
uiter fundatis, & conſtitutis. Ego verò
tres reperio declarationes eiuſdem Sa
cræ Congregationis id ipſum diſponẽ-
tes, ſeu declarantes, primam ad ſeſſ. 21.
c. 3. de reformat. in vna Sorana, alterã
ad ſeſſ. 23. c. 18. de reform. in vna Vliſſi
ponenſi, & tertiam ibid. in vna Vrita-
na, & Tarentina; quare ab hac opinio-
ne propter tantæ Congregationis au-
ctoritatem puto non eſſe recedendum.
Difficultatem tamen maximam mihi
faciunt, tum, quòd ipſum Trid. Conc.
d. ſeſſ. 23. c. 18. verſic. Et quia ad Collo-
gij fabricam, ſtatuit, ac vult, portionẽ
illam detrahẽdam eſſe præter dignita-
tes, præbendas, & portiones tum ex mẽ
ſa Capituli, tum etiam ex quibuſcunq;
reditibus Eccleſiaſticis, ſeu prouenti-
bus; in menſa autẽ Capituli præter præ
bendas, & dignitates nihil eſſe videtur
præterquam quotidianæ diſtributio-
nes; præterea nomine prouentuum Ec-
cleſiaſticorum contineri etiam diſtri-
butiones conſtat ex d. Extrauag. vnica
verſic. & quia non occurrit de decim.
inter commun. allegat. in præd. concl.
immo & nomine redituum Eccleſiaſti
corũ, vt ſatis cõſtat ex ijs, quæ adduxi-
mus ſupr. 1. par. huius tract. q. 7. cõcl. 1.
in fin. & tract. de decim. c. 9. q. 2. concl.
10. nu. 79. & 80. Verùm quatenus Con-
cilium mentionem facit mẽſæ Capitu-
laris diſtinctæ à præbendis, dignitatib.
& portionibus, facilè reſpõderi poteſt
dicendo per eam intelligendam eſſe
menſam illam, ſeu maſſam groſſam di-
ſtinctam tam à præbendis, quàm etiam
à quotidianis diſtributionibus, de qua
latiùs egimus ſupr. d. 1. par. huius tract.
q. 3. circa medium. Quoad nomẽ verò
prouẽtuum, & redituum Eccleſiaſtico-
rum, ne illæ declarationes Sacræ Con-
gregationis cum iure communi pugna
re videantur, à quo etiam ipſum Tri-

dentinum Concilium accipere debet
16 interpretationẽ; vna.n. lex † ſumit interpretationem ab alia, vt poſt alios tradit Tiraq. in repet. l. ſi vnquã Verbo reuertatur nu. 36. & 64. C. de reuocan. donation. dicendum eſt hoc nomen ſumi impropriè, hoc eſt magis ſtrictè, & preſsè, quã eius ſignificatio pateat, hoc eſt, pro illa ſpetie redituum, & prouentuũ Eccleſiaſticorum, quæ incertorum eſt, non principaliũ, ſed quodammodo acceſſoriorũ, & conſequentiũ, quales eſſe diſtributiones quotidianas non ſemel admonuimus; neq; mirũ id videri de-
17 bet; neq; n. ſemper idem nomen † aut in eadem, aut in ſua propria ſignificatione ſumitur, ſed diuerſimodè, & ratione ſubiectæ materiæ aliquando impropriatur, ut pluribus inter cæteros oſtendit Tiraq. d. verb. reuertatur nu. 36. 37. 38. 48. 82. 108. 120. & 123. ſubiectæ verò materiæ qualitas, & ratio ſuadet, vt in illo decreto Trid. Concilij, q eſt de cõſtructione, & ſuſtentatione Seminarij priuatã vnius Eccleſiæ vtilitatẽ continẽte impropriè ſumatur nomẽ illud, & non ſecundũ totam ſuæ ſignificationis latitudinẽ; atq; adeo non cõprehendat ẽt quotidianas diſtributio-
18 nes; vbi verò agitur † de decimæ Papalis impoſitione, de qua in d. Extrauag. vnica, verſi. & quia non occurrit, ea de re agitur, quæ publicã totius vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatẽ cõtinet, vt d. tract. de decim. c. 9. q. 1. latiùs oſtẽdimus, quę eſt priuatæ vtilitati iure optimo præferenda, & vt plurimum ẽt fidei, & religionis Chriſtianæ propagationem cũ eius aduerſariorũ, & hoſtiũ victoria, & diſperſione coniunctã habet, cuius rei maximus fauor eſt, cũ ſumma ſit ratio, quæ pro religione facit, l. ſunt perſonę, ff. de relig. & ſumpt. funer. cũ ſimil. atq; adeo nil mirum, ſi tunc nomen prouentus, aut reditus Eccleſiaſtici ſecundùm omnẽ ſuam notionem accipitur, ita vt etiam quotidianas diſtributiones comprehendat, de quibus quoq; ſoluenda ſit huiuſmodi Papalis decima.

Quarta concluſio. Probabilius puto
19 de quotidianis diſtributionibus † non eſſe ſoluendum Epiſcopo ſubſidiũ charitatiuum, de quo in cap. conquerente, de off. ordin. cap. cũ Apoſtolus, de cenſib. & in Extrauag. vas electionis §. pręmiſſis eod. tit. inter commun. quãmuis
20 enim † etiam per ipſum Capitulum, ſeu Canonicos ſoluendum ſit, vt conſtat ex d. §. præmiſſis, latiùſque probant Bartolom. Belenz. in tract. de charit. ſubſidi. quæſt. 27. & Remig. de Gonn. in ſimil. tract. quæſt. 38. tamen, cum non
21 teneantur clerici † ſoluere huiuſmodi ſubſidiũ niſi de fructibus, & reditibus beneficiorũ, vt docet Bellenz. d. tract. de ſubſid. charit. quæſt. 31. num. 1. & 2. quæſt. 33. & 34. in princip. quem ſequitur Remig. de Gonn. in ſimil. tract. quæſt. 37. num. 5. cum ſeq. & quæſt. 40. & 41. in princip. certum eſt autem nomine fructuum, & redituum beneficij non contineri quotidianas diſtributiones, vt oſtendimus ſupr. hoc eod. tract. 1. par. quæſt. 6. & 7. Deinde probatur hæc concluſio ex eo, quod fusè oſtendunt Bellenz. & Remig. d. tract. ille q. 30. hic quæſt. 37. clericum pauperem, qui ex beneficio non habet, niſi quod
22 ad victum ſufficiat † non teneri ad ſubſidium charitatiuũ; diſtributiones autem dantur quodammodo loco alimẽtorum, vt patet ex ijs, quę diximus ſup. 2. par. huius tract. quæſt. 4. concl. 2. immo, & in partem dumtaxat alimentorum vt in ſpetie adnotauit Abb. in cap. cum olim, num. 6. de ſent. & re iud. certè ad victum dantur, vnde & victualia nuncupantur, c. de cætero, de cler. nõ reſid. & d. cap. vnico in princip. eod. tit. in 6. noſq; tradidimus ſupr. 1. par. quæſt. 2. circa princip. Denique cum decima Papalis regulariter ſoluenda non ſit de quotidianis diſtributionibus, vt ſupr. hac ead. quæſt. concl. 2. oſtendimus, neq; etiam charitatiuum ſubſidium ſoluendum erit, hæc enim
23 duo ęquiparantur, & † ab vno ad aliud arguitur, vt conſtat ex Bellenz. d. tract. de ſubſid. charit. tum alibi ſæpe, tum quæſt. 37. num. 3. & Remig. eod. tract. quæſt.



quæſt. 37. nu. 14. & 25. Sed neq; poterit Epiſcopus, vt comprehendat quotidianas diſtributiones, in edicto impoſitionis huiuſmodi ſubſidij apponere verbum prouentuum, aut redituũ Eccleſiaſticorum, quia, cum quotidianæ diſtributiones vel ex voluntate defunctorum, vel certè ex Canonum diſpoſitione ijs dumtaxat, qui diuinis interſunt, tribuendæ ſint, ſi ex ijs vellet Epi-
24 ſcopus percipere ſubſidium, vel † defunctorum voluntates mutaret, quod non poteſt per tex. in Clem. quia contingit de relig. domib. cum alijs, quib. id latè adſtruit inter cęteros Couar. in repet. c. tua. nu. 7. & 8. de teſtam. vel certè contra canones diſpẽſaret, quod ſimiliter ei prohibetur c. quod ſuper his, de maior. & obed. cum alijs, quæ ad id adduximus ſup. 2. par. q. 13. in princ.

Quinta cõcluſio. De quotidianis di-
25 ſtributionibus † regulariter nõ eſt ſoluẽda annata, hoc eſt medij illi fructus, qui Cameræ Apoſtolicæ, ſeu nonnullis officialibus Romanæ Curiæ mandato Sũmi Põtificis in ingreſſu beneficij pro expeditione litterarũ ſoluũtur per impetrãtes beneficia à Sancta Sede Apoſtolica; cuius annatæ inſtitutionem
26 † optimè defendũt inter cæteros Tho. Cãpeg. tract. de annat. inſtitut. M. Ant. Maſſ. in tract. ſeu ſerm. de Annat. Ferdinand. Cordub. in ſimil. tract. & Burſ. conſ. 126. nu. 67. vſq; ad 87. vol. 2. vnde reprehendendi ſunt Rebuf. in Cõcord. Gall. tit. de annat. in princ. & alij nonnulli, qui hanc conſtitutionẽ annatarũ liberiori, & laxiori, quàm par ſit, vocabulo burſalẽ vocant, ideoq; in Gallia eã non eſſe receptam; nam cum ſumma ratione inſtituta ſit annata, debet eius cõſtitutio in quacunq; Chriſtiani orbis regione recipi, ac ſeruari. probatur aũt primò cõcluſio paulò ante ꝓpoſita, nã
27 annata † eſt medietas fructuũ, redituũ, & prouentuũ primi anni quorũcunque beneficiorũ Eccleſiaſticorũ, de quibus prouident Summi Pontifices, vt cõſtat liquidò ex Nicol. 5. cõſtit. 1. aliàs 2. inter eius conſtitutiones, incipit olim, aliàs verò incipit, ad ſacram Petri Sedem, & ſimiliter alia cõſtit. Bonif. 9. cuius verba refert hoc ipſum adſtruẽs Ant. Maſſ. d. tract. ſeu ſerm. de annat. nu. 2. & 9. qd etiã tradit Io. Coraſ. in tract. de benef. par. 4. c. 4. tit. de nominat. num. 53. aperteq. voluit Burſat. d. conſ. 126. nu. 64. 67. & 80. alijq. quotquot hac de re ſcripſerũt; certum eſt aũt nomine fructuũ, redituũ, aut prouentuũ beneficij quotidianas diſtributiones nequaquã comprehendi, vt iam ſæpiùs admonuimus, & latiùs tradidimus ſup. 1. par. q. 6. & 7. Probatur ſecundò hæc concluſio: nam quotidianæ diſtributiones nõ ſunt cõputandæ in valore beneficij, neq; de ijs ad exprimendum valorem facienda eſt mentio in impetratione beneficij in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata, vt fuſiùs oſtẽdimus d. 1. par. q. 8. quibus nũc addo Decian. poſt alios id tradentem conſ. 43. nu. 14. vol. 1. id autẽ ideo eſt, quia de diſtributionibus annata nõ ſol-
28 uitur; licèt .n. † aliæ quoq; ſint rõnes, obquas Sũmi Pontifices in regula Cancellarię ſtatuunt exprimendũ eſſe verũ valorẽ beneficij in eius impetratione, tamen ea pręcipua, & cõmunior eſt, ne fraus fiat veræ annatæ, & taxæ, vt ſatis colligitur ex Rebuf. in dd. Cõcor. Gall. tit. de mandat. Apoſtol. §. fin. in princ. & d. tit. de annat. in princip. apertè verò tradit Petr. Gregor. in tract. de benef. cap. 15. num. 8. & meliùs Gomeſ. in reg. de valor. exprim. in impetrat. benef. in præfat. verſic. & eſt aduertendũ, & rurſus q. 3. circa medium. probatur tertiò hæc ipſa concluſio optimo argumẽto ducto ex Extrauag. poſtulaſti, de præben. inter commun. vbi quotidianæ diſtributiones excluduntur à collecta fructuũ primianni ab ipſo Summo Põtifice impoſita; annata verò ſumitur ex fructibus primi anni, vt ſuperius oſtẽſũ eſt. In ſpetie verò, quòd de quotidianis diſtributionib. annatę nõ ſoluantur reſpondit Tiber. Decian. cõſ. 43. nu. 14. vol. 1. poſt Caſſador. deciſ. 6. num. 6. ſub tit. d præben. Limitat autẽ hoc Decian.
29 ibid. & nu. ſeqq. † vbi in ea Eccleſia nullæ eſſent præbendę ſeparatę à diſtributionibus, ſed omnes reditus poſiti eſ-

ſent

ſent in diſtributionibus, ex eo, ꝙ tunc
diſtributiones ſubrogentur loco præbẽ
darum, & aliàs inutilis foret cõſtitutio
reſeruãs annatas in ſingulis beneficijs;
Verũ de hac limitatione ego dubito; nã
nõ video, qũo tũc diſtributiones ſubro-
gentur loco prębẽdarũ, cum ſint planè
diuerſę à præbendis; & reſeruatio anna
tæ locũ habeat dũtaxat reſpectu bene-
ficiorum, & fructuum eorundẽ, cuiuſ-
modi nõ ſunt diſtributiones. Fallit au-
30 tem omnino hæc concluſio † in ijs di-
ſtributionibus, quæ conflatæ ſunt ex be
neficijs vnitis, & applicatis menſæ Ca-
pitulari reſidentiæ, quæ ſolet in diſtri-
butiones diuidi; nã de ijs tunc ſolueda
eſt annata, ſed id potiùs dicendũ eſt pri
mum quindennium, de quo in ſeq. cõl.
Sexta, & poſtrema concluſio. De fru
31 ctibus† beneficiorum vnitorum, & ap
plicatorum menſæ Capitulari, & reſi-
dentię, vt ex ijs fiant, & diuidãtur quo-
tidianæ diſtributiones ſingulis, qui in-
terſunt diuinis officijs, ſoluenda eſt ſin
gulis quindecim annis annata illa, quę
quindẽniũ vocat̃; ita expreſsè definitũ
reperio in Conſtit. Pij V. 174. quæ in-
cipit, Apoſtolicę, ſtatim citanda. Ratio
32 eſt quia quindennium† ſoluitur de hu
iuſmodi fructibus beneficiorũ ſic vni-
torum, & applicatorum prædictæ men
ſæ, aut alteri loco, quod non moritur,
vt conſtat ex conſtit. 8. Paul. 2. quæ in-
cipit, decet Romanum Pontificem, Cõ
ſtit. 1. Apoſtolicæ, Innoc. 8. conſtit. 3.
Iulij 2. quæ incipit, ex debito, & ſeq.
Conſtit. 39. Clem. 7. incipit, cum ſicut,
Conſtit. 62. quia ſicut, Paul. 3. Iul. 3. Cõ
ſtit. 38. cupientes, conſtit. 41. cum nos
nuper, & conſtit. 45. cum ſicut; Paul.
4. conſtit. 9. quoniam ſicut cum ſeq. cõ-
ſtit. 14. cum aliàs poſtquam, conſtit. 25.
incipit, incumbentia nobis, conſtit. 43.
decens, & conſtit. 43. Apoſtolicæ, & Pij
V. cõſtit. 174. quę ſimiliter incipit, Apo
ſtolicæ; tradiderũtque Ant. Maſſ. d.
tract. ſeu ſerm. de Annat. in fin. Horat.
Mãdoſ. tract. de Priuileg. ad inter Gloſ.
7. num. 29. Flam. Pariſ. tract. de reſig. be
nef. lib. 4. quæſt. 10. num. 3. & Burſat. d.
conſ. 126. num. 88. vol. 2. cum igitur ex
33 his pateat, † beneficia illa vnita menſę
Capitulari retinere adhuc nomen, &
naturam beneficiorum, atq; adeo eorũ
prouentus verè fructus, ac reditus be-
neficiorum eſſe, ac dici, quàmuis ex ijs
deinde fiant diſtributiones diuidendæ
inter diuinis intereſſentes, nil mirum,
ſi ex ijs ſoluendum eſt quindennium,
hoc eſt annata, ſingulis quindecim an-
nis, fingitur enim quintodecimo quoq;
anno vacare beneficium, vt ait Mãdoſ.
ſupr. & ex ſtylo Curiæ ſoluitur antici-
pate, primaq; ſolutio ſuccedit loco il-
lius annatæ, q̃ regulariter ſemel ſolui-
tur in ingreſſu beneficij. Cum autẽ an-
nata, atq; adeo quindenniũ ſit ſoluen-
dũ ex fructibus primi anni, vt ante do-
34 cuimus, apertè ſequitur† eius ſolutio-
nem faciendã eſſe ab eo beneficiato, ſeu
ijs Capitularibus pſonis, quę illos per-
ceperunt; onus. n. fructuũ ſequitur fru-
ctuum poſſeſſorẽ l. hactenus, ff. de vſu-
fruc. & l. quęro, ff. de vſufr. l. neq; inſpi-
citur ius, ſed is, qui fructus percepit, te-
net̃ ad onus reale iuxta doctrinã Bart.
communiter receptã d. l. quæro, & l. 1.
C. de annon. & tribut. lib. 10. ex quo fit,
vt ſucceſſores ob id grauandi non ſint,
quod de annata expreſſè ſtatuit Nicol.
V. de conſtit. quæ incipit, olim. aliàs ad
Sacram Petri Sedem. quod notandũ eſt
quia huiuſmodi caſus plerunq; eueni-
re poteſt in praxi. Interim verò finis ex
his imponatur tũ huic quæſtioni, tum
etiã tertiæ, & poſtremæ parti, atq; adeo
vniuerſo huic Tractatui de Diſtribu-
tionibus quotidianis ad laudem omni-
potentis DEI, eiuſq; genitricis ſemper
Virginis MARIÆ. Quæcunq; autẽ
in hoc Tractatu ſcripſimus, S. Matris
Eccleſiæ, & cuiuſq; rectiùs, quàm nos,
ſentientis iudicio libenter ſubijci-
mus. A. M.

F I N I S.

# INDEX RERVM SINGVLARIVM, QVAE IN HOC TRACTATV CONTINENTVR.

*Prior nota partem Tractatus, poſterior partis quæſtionem, poſtrema quæſtionis numeros marginales indicat.*

## A


*ABSENS aliquis dicitur multis modis. par. 2. quæſt. 5. num. 1.*
*Abſens dicitur qui corpore præſens eſt, non animo. 2. 5. 10.*
*Abſens dicitur qui extra prouinciam eſt. 2. 5. 4. Quæ prouincia accipienda eſt iuxta dominium illius ciuitatis. num. 5.*
*Abſens dicitur qui longè abeſt à loco, de quo agitur. 2. 5. 3.*
*Abſens dicitur qui non eſt domi. 2. 5. 7. aut, ſi eſt domi, parat diſceſſum, reuerſusue nondum compoſuit ſarcinulas. nu. 8.*
*Abſens dicitur qui non eſt in ciuitate, ſeu in continentia murorum. 2. 5. 6.*
*Abſens dicitur qui non eſt in hoc mundo, ſed mortuus eſt. 2. 5. 2.*
*Abſens dicitur qui non eſt in loco particulari, puta cubiculo, Eccleſia, &c. 2. 5. 9.*
*Abſens iuſta de cauſa dicitur eadem de cauſa abeſſe, ſi dum reditum pararet, aut rediret, aliud iuſtum impedimentum ei ſuperuenit. 2. 5 38.*
*Abſens iuſta de cauſa in caſibus à iure non expreſſis quando quis dicatur, iudicis arbitrio relinquitur. 2. 5. 16.*
*Abſens iuſta de cauſa, puta ſtudij, viſitationis, vel ſimili poteſt, vbi adſit conſuetudo, percipere diſtributiones. 2. 12. 42.*
*Abſens leuandi corporis cauſa percipit diſtributiones. 2. 5. 48.*
*Abſens ob iuſtã cauſam, ob quam iure percipit diſtributiones, illas non percipiet, ſi ea non ſit verè cauſa abſentiæ. 2. 5. 21. Idem dicendum de parte. num. 22. Idem vbi alia de cauſa tunc magis principaliter is abeſſet ab Eccleſia. num. 23.*
*Abſens poteſt, vbi adſit conſuetudo, percipere fructus beneficiorum. 2. 12. 31. Idq́; etiam poſt Concil. Trident. nu. 32. modò Eccleſiæ inſignes miniſtrorum defectum inde non patiantur. nu. 33. aut niſi conſuetudo ſine cauſa inducta eſſet. nu. 34.*
*Abſens principaliter propter aliam cauſam, quàm eam, quæ tribuit diſtributiones, eas percipere non debet. 2. 5. 23.*
*Abſens pro animi oblectatione per duos, vel tres menſes in anno, aut etiam pro rebus ſuis componendis non poteſt vigore ſtatuti percipere diſtributiones, contra quoſdam. 2. 13. 36.*
*Abſens pro ſeruitio Archiepiſcopi percipit fructus præbendarum. 2. 8. 9.*
*Abſens pro ſeruitio ſuæ Eccleſiæ cenſeri debet reſidens. 2. 11. 6.*
*Abſens propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatẽ percipere debet diſtributiones quotidianas,*

modò tamen is aliàs diuinis officijs intereſſet.2.11.34

Abſens propter Eccleſiæ vtilitatem percipit diſtributiones, ſi ea Eccleſia ſit, à qua habet diſtributiones. 2.11.25.

Abſens propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, ſi ad id habeat congruum ſalarium, non habebit diſtributiones. 2.11.35.

Abſens propter euidentem Eccleſiæ neceſſitatẽ percipere debet diſtributiones quotidianas.2.11.36.

Abſens propter euidẽtem Eccleſiæ ſuæ vtilitatem debet percipere quotidianas dibutiones, ac ſi diuinis intereſſet.2. 11. 3.

Abſens propter vtilitatem ſuæ Eccleſiæ minùs principaliter non percipit ab ea diſtributiones.2.11.27.

Abſens quis dici poteſt iuſta de cauſa quoad vnum effectum, & non quoad alium. 2.5.15.

Abſens, vt confiteatur peccata ſua non ideo percipere debet diſtributiones.2.5.53.

Abſẽtes à ciuitate propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem percipere debent diſtribntiones quotidianas.2.11.16.

Abſentes per duos menſes in anno, ſi adſit conſuetudo quadragenaria, poterunt diſtributiones quotidianas percipere. 2.12.54.

Abſentes poſsũt percipere diſtributiones vbi adſit conſuetudo inducta ſciente, & patiente Papa. 2.12.45.

Abſentes pro Rep. in publico munere, vel legatione dicuntur cauſa reip. abeſſe, & reſtituuntur aduerſus illa, quæ ob eam cauſam amiſerunt. 2.11.93.

Abſentes propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem percipiunt diſtributiones, licèt id ſibi ab alijs Canonicis nõ concedatur. 2.11.12.

Abſenti iuſta de cauſa, cùm reuerſus eſt, datur modicum temporis ad res ſuas cõponendas.2.5.36. Illud autem tempus quantum eſſe debeat. num. 40.

Abſenti iuſta de cauſa datur tantum temporis, quo redire poſſit in patriam. 2. 5. 35. hoc eſt viginti milliaria pro ſingulis diebus.num.36.

Abſentia duplex, alia ordinaria, alia extraordinaria.2.5.11.

Abſentia extraordinaria duplex, alia neceſſaria, alia voluntaria.2.5.12.

Abſentia neceſſaria triplex, alia laudabilis, alia vituperabilis, alia neutra. 2. 5. 13. ſimiliter voluntaria triplex. nu. 14.

Abſentia ſuſcepta cauſa metus tamdiu durat, quamdiu durat metus.2.5.33.

Acquiſita à clerico ratione laboris in Eccleſia præſtiti, licèt pendeant ab ordine clericali, dicuntur quaſi patrimonialia. 3.3.9.

Actus ad inducendam cõſuetudinem quod requirantur, iudicis arbitrio relinquitur ex communi.2.12.16.

Actus conſuetudinem inducentes debent eſſe interpolati, & vniformes. 2.12.18.

Actus vnicus non ſufficit ad cõſuetudinem inducendam. 2.12. 12. licèt ſit notorius toti populo, vel Collegio num. 13. niſi ſit ſucceſſiuus.nu.14. vel iudiciarius.nu.15

Adminiſtratores Seminarij, Hoſpitalium, aliorumq́; piorum locorum dum tempore diuinorum abſunt eorum cauſa, non percipiunt diſtributiones. 2.11. 59. contrarium tamen ſtatuto, vel conſuetudine induci poteſt.nu.60.

Aequales eſſe debent clerici in percipiendis diſtributionibus.3.3.27.

Aetas eorum, qui promouendi ſunt ad beneficium in Eccleſia Collegiata.2. 19.9. & an, ſi ea deſit, prouiſio ſit nulla. nu. 10.

Aetas excuſans à muneribus perſonalibus quæ ſit. 2.7.10.& num.ſeqq.

Aetas excuſans ab intereſſentia diuinorũ, vel Eccleſiæ obſequio.2.7.13.

Aetas promouendorum ad præbendam Sacerdotalem, Diaconalem, vel Subdiaconalem. 2. 19.13. & quæ cæterorum beneficiorum

beneficiorum



beneficiorum Eccleſiæ Collegiatæ. nu. 14.

Aetas quatuordecim annorum requiritur ad quodlibet ſimplex beneficium. 2. 19. 15. & ſufficit.nu.16.

Aetas requiſita ad excuſationem à tutela, & cura.2.7.9.

Aetas requiſita ad primam tonſuram, & priores tres minores eſt ſeptem annorum, ad accolythatum duodecim completorũ. 2.19.11.

Aetas ſubdiaconatus, & reliquorum ſacrorum ordinum quæ olim fuerit, & quæ nunc ſit. 2.19.12.

Aetatem non habens, vt intra annum promoueatur ad ordinem requiſitum, nõ debet admitti ad diſtributiones. 2. 19. 32. Idq́; procedit etiã in minoribus annexis. num. 33. ſecus in plenè diſpenſato ſuper ætate.nu.34.

Affectare abſentiam quoad non reditum præſumitur is, qui non redit ſtatim, atq; abſentiæ cauſa ceſſat. 2.5.32.

Affectaſſe diſceſſum præſumitur qui citiùs, quàm neceſſe fuerit, diſceſſit. 2.5.30. aut eo tempore, quo abeſſe cœpit, tenebatur aliquid facere, quod non fecit.nu.31.

Affectaſſe diſceſſum præſumitur qui ſine lucro eum procurauit.2.5.28.

Affectaſſe diſceſſum præſumitur vir egregius abſens cauſa publici officij, aut negotij exigui, quod quiuis expedire poſſet. 2. 5.29.

Affectatio diſceſſus, vel diuturnæ abſentiæ ex quibus colligatur.2.5.27.

Alimenta iterari non poſſunt.2.4.9.

Alimentorum loco an dentur diſtributiones quotidianæ.2.4.10.

Alternatim canendi forma quandonam ortum habuerit.1.5.13.

Alternatim cani pſalmos ante introitum Miſſæ quis prior inſtituerit in Eccleſia. 1.5.14.

Alternatim recitans diuinum officium integrè recitare cenſetur.2.3.25.

Ambaſciatores finita legatione non fruuntur ampliùs priuilegio, neq; habent ſalarium.2.5.34.

Amiſſionis diſtributionum pœna ipſo iure à canone inflicta ſubeunda eſt ante declaratoriam.3.7.71.& nu.ſeqq. ſecus in inflicta ab inferiore.nu.74.

Ancharani opinio in Clem. 2. nu.10. de æt. & qual. & ord. præficien. reijcitur. 3.6. 20.& num.ſeqq.

Annata regulariter non eſt ſoluenda de diſtributionibus quotidianis. 3. 9. 24. & num.ſeqq.

Annata ſoluenda eſt de beneficijs vnitis menſæ Capitulari etiamſi deſignata ſint pro diſtributionibus quotidianis.3.9.30.

Annata ſoluenda ne ſit de diſtributionibus in Eccleſijs, vbi nulli alij ſunt reditus.3. 9.29.

Annatæ inſtitutio optimè defenditur. 3. 9. 26.& quæ definitio.nu.27.

Annexa ſpiritualibus quotuplicia ſint. 2. 18.9.& nu.11. Et quæ illa ſint.nu.10.

Anni cuiuſq; diſtributio reſtringenda eſt ad prouẽtus, qui pcepti ſunt eo anno.3.3.24

Anniuerſaria, & mortuaria non computantur in valore beneficij, neq; in eius impetratione neceſſariò exprimẽda ſũt.1.8.8.

Antiphona, & alternata canendi ratio idẽ fuit apud antiquos.1.5.11.

Antiphona quænam nunc dicatur.1.5.12.

Appellans à correctione morum nõ auditur quoad ſuſpenſiuum effectum.2.17.35.

Appellans à declaratoria pœnæ incurſæ non tenetur pœnam ſubire donec de uiribus appellationis cognoſcatur, vel aliàs declaratoria tranſeat in iudicatum. 3.7.70.

Appellatio legitima ſuſpendit iudicatum quoad futurum, & quoad præſens extinguit.2.17.35.

Appellatio ſequens non ſuſpendit effectũ excõmunicationis, ſuſpenſionis ab officio, et interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ. 2.15. 16. & quid in ſuſpẽſione à beneficio.nu.17.

*Aptitudo acquiſitionis non auget pretium rei, neq; aliquē reddit locupletiorē.* 1.8.7.

*Archidiaconus ſimul, & Canonicus an habeat duas voces in Capitulo ſecluſa conſuetudine.* 2.4.14.

*Argumentatio hęc valet; poteſt quis de aliqua re teſtari; igitur, ſi de illa nō teſtetur, in ea ſuccedunt conſanguinei.* 3.3.5.

*Argumentum à decima Papali ad ſubſidiū charitatiuum valet.* 3.9.23.

*Argumentum à reſtitutione in integrum ad acquiſitionem diſtributionum an rectè ſumi poßit.* 2.5.46.

*Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus valet.* 3.4.14.

*Argumentum optimum ducitur ab Etymologia.* 1.1.7. *modò tamen negatiuè concipiatur. num.* 8.

*Articulari morbo, ſeu artethica laborās, an dū abeſt, diſtributiones percipiat.* 2.6.17. *et qd in eo, qui podagra torquetur. nu.* 18.

*Aßignari debent diſtributiones quotidianæ ſingulis horis canonicis, & Miſſæ cōuentuali.* 2.3.2. *Vbi autē aliquibus aßignatæ ſunt, alijs non, debent omnibus aßignari detractā portione aliqua de præbendis. num.* 2.

*Aßignari ſingulis horis diſtributiones rationabilius eſt, & iuri conformius.* 2.3.46.

*Aßignatio rationabilis diſtributionum ſingulis horis, ſacriſq; functionibus quænam eſſe poßit.* 2.3.19.

*Aßignatio redituum cuilibet horæ, ſeu parti diuini officij, de qua Pius V. in ſua conſtitutione, non eſt neceſſariò ſeruanda in diſtributionibus quotidianis.* 2.3.17. *ſed nec ſeruari poteſt. nu.* 18.

*Attentè, atq; ex propoſito aliquid non faciens nō ſatisfacit obligationi, quam quis habet illud faciendi.* 2.2.18.

*Attētio aliqualis requiritur in recitādo diuino officio ad hoc, vt clericus Eccleſiæ Collegiatæ pcipiat diſtributiones.* 2.2.25.

*Attētio exterior requiſita ad lucrādas diſtributiones quotidianas quænā ſit.* 2.2.17.

*Attentio interior quæ requiratur in recitatione diuini officij ad mortale peccatum euitandum.* 2.2.16.

*Attentionem interiorem ad verba requiri, vt quis lucretur fructus, probabilius eſt.* 2.2.20.

*Auctoritatem alicui rei præbere quis non dicitur, ſi ad aliam rem eo tempore attēdat.* 2.2.24.

*Audiens in Choro ea, quæ ex rationabili ſtatuto, vel conſuetudine ab vno pro omnibus recitantur, habetur pro integrè recitante.* 2.3.26.

# B

B*annitus, relegatus, & carceratus iniuſtè non amittit diſtributiones quotidianas.* 2.5.80. *Idem ſi fuit iuſtè carceratus, & tortus ob indicia, ſed fuit abſolutus. num.* 81.

*Bannitus, relegatus, & carceratus iuſtè omnino, quia fuit condemnatus, amittit diſtributiones.* 2.5.82.

*Baſilienſis Concilij decreta quam vim habeant.* 2.2.14.

*Bellum vel ciuile, vel externū eſt iuſta cauſa timoris, & abſentiæ, modò tutum non ſit in patria commorari.* 2.5.73.

*Beneficia conferuntur à Papa ſub ea tacita cōditione, quòd ſi munera ſibi incumbentia non obierint, fructus, et diſtributiones non acquirant.* 3.7.75.

*Beneficia dantur propter officia.* 2.2.40.

*Beneficia vnita menſæ Capitulari retinent nomen, & naturā beneficiorum.* 3.9.33.

*Beneficiarius non recitans horas canonicas iuſto ceſſante impedimento an teneatur ad reſtitutionem fructuum beneficij.* 2.2.1.

*Beneficiarius non recitans officium diuinum iuſto ceſſante impedimento tenetur poſt ſex menſes pro rata ad fructuum reſtitutionem.* 2.2.2. *Illiq; fructus conuertendi ſunt in fabricas Eccleſiarum. num.* 3.

*Beneficiatus diſcedens cauſa peſtis an teneatur habere licentiā à ſuo Prælato.* 2.5.77.

*Beneficiatus in Eccleſia Collegiata non facit ſuas diſtributiones quotidianas ſi priuatim, non autem in choro recitat officiū, ac diuinis intereſt.* 2.2.4.

*Beneficij nomen latiſſimè ſumptum comprehendit omne bonum, vel priuilegium alicui cōceſſum, ex quo iuuari poſſit.* 1.2.14.

*Beneficij receptio per ſimoniam realem nulla eſt, et recipiens ad dimiſſionem tenetur.* 2.18.37. *Idq; etiamſi ſimonia commiſſa ſit ignorante eo, qui recepit beneficium. num.* 38.

*Beneficium Principis latiſſimè eſt interpretandum.* 2.14.6.

*Beneficium Principis quid ſit.* 2.14.4.

*Bona Eccleſiæ vocantur patrimonium Chriſti.* 3.1.15 *& bona pauperum. num.* 16.

*Bonorum omnium amiſſio iuſtè timetur.* 2.5.64. *immo & amiſſio maioris partis bonorum. num.* 65.

# C

C*æcus an, dū abeſt à choro, percipere debeat diſtributiones quotidianas.* 2.6.16.

*Canones pleriq; ad merum fauorem clericorum conditi ſunt.* 2.13.4.

*Canonicatum recipiens cum intentione non ſuſcipiendi ordinem requiſitū, ſed lucrādi diſtributiones quotidianas vnius anni, an eas ob id amittat.* 2.19.29.

*Canonici à Capitulo ad id deputati in caſibus, quibus Epiſcopus conſilium à Capitulo habere debet, percipiunt diſtributiones, dū ea de cauſa ſine fraude abſunt, vt conſilium præbeant.* 2.8.21. *&* 2.11.42.

*Canonici cogi poſſunt etiam ſub pœna amiſſionis alicuius partis diſtributionū obire officia ad vnumquemque ratione proprij ordinis, aut muneris hebdomadarij ſpectantia.* 2.2.9. *& num. ſeqq.*

*Canonici cogi poſſunt etiam ſub pœna amiſſionis diſtributionum ad aſſiſtendum, & inſeruiendum Epiſcopo Pontificalia exercenti.* 2.2.12.

*Canonici, de quorum cōſilio, & aſſenſu Epiſcopus procedit in criminalibus cauſis cōtra Canonicos, percipiunt diſtributiones.* 2.8.19.

*Canonici, & alij beneficiati debent inſeruire Eccleſijs Collegiatis continuè in diuinis officijs quacunque conſuetudine non obſtante.* 2.2.10.

*Canonici, et obtinentes dignitatem in Eccleſijs Collegiatis cogi poſſunt ſub pœna amiſſionis diſtributionum quotidianarum, & alijs arbitrarijs pſallere in Choro.* 2.2.13.

*Canonici, & qui dignitates obtinent in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis etiam secluſa conſuetudine, vel ſtatuto tenentur pſallere in Choro licèt adſint Manſionarij.* 2.2.31. *& num. ſeqq.*

*Canonici habent diſtributiones propter Chorum, & eas lucrantur ratione Chori, quæ conſiſtit in communicatione.* 2.2.38.

*Canonici meditari debent quæ canuntur.* 2.2.42.

*Canonici non tenentur canere cùm officium fit cantu figurato.* 2.2.5.

*Canonici non tenentur cātu etiam firmo, vt vocant, canere nonnulla, puta Antiphonas completas, pſallendas, & alia huiuſmodi, dum tamen adſint Manſionarij.* 2.2.8.

*Canonici omnes exiſtētes in ſeruitio ſui Epiſcopi an percipiant fructus præbendarū.* 2.8.6. *& quot eſſe debeant nu.* 7.

*Canonici, qui adhibentur ab Epiſcopo in ijs, quæ ad Seminarium rectè inſtituendum pertinent, an percipiant diſtributiones.* 2.8.17.

*Canonici, qui adhibentur ab Epiſcopo pro publicandis Indulgentijs, videntur percipere*

cipere debere diſtributiones. 2.8.16.
Canonici, qui cum Epiſcopo abſunt cauſa viſitationis an pro eo tẽpore percipere debeant diſtributiones. 2 8.22.
Canonici, quibuſcum Epiſcopus fructus nonnullorum Hoſpitalium in alium vſum conuertit, an pro eo tempore percipiant diſtributiones. 2.8.20.
Canonici, quibuſcum Epiſcopus ſtatuit de ijs, quæ pertinent ad diuina officia, & Eccleſiæ miniſtros, percipiunt pro eo tempore diſtributiones quotidianas. 2.8.12. & 2.11.41.
Canonici ratione præbẽdarum tenẽtur ſaltẽ aliquando in Chorum conuenire. 2.2.23.
Canonici ſupernumerarij, & creati eum expectatione præbẽdæ percipere poſſunt quotidianas diſtributiones. 2.1.4. & nu.7.
Canonici ſupernumerarij habent ſtatim omnia iura canoniæ, vt ſtallum in choro, & vocem in capitulo, ideoq́; poſſunt eligere. 2.1.5.
Canonici ſupernumerarij non habent diſtributiones, vbi cõſuetudo ſit, quòd non habeant iura canoniæ. 2.1.10.
Canonici ſupernumerarij poſſunt eſſe delegati Papæ in cauſarũ cognitione. 2.1.6.
Canonici tenentur omnino in defectũ Manſionariorum pſallere in Choro. 2.2.25.
Canonici vitam communem olim degebant, atq; vno in loco oẽs habitabant. 1.5.17.
Canonici vocãdi ſunt ad ſynodum, vbi in ea aliquid ſtatuẽdum ſit, quod ad Capitula, & Eccleſias Collegiatas pertineat. 2.13.30.
Canonicis, & qui dignitates obtinent in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis, cõpetit diſtributiones poſſe ꝑcipere. 2.1.2.
Canonicorum duo genera extiterunt, regularium, & ſæcularium. 1.5.18.
Canonicus abſens cauſa legationis, vel muneris publici à Capitulo ſuo miſſus percipere debet diſtributiones. 2.11.92.
Canonicus condemnatus in lite ſuper Canonicatu, & præbenda ad reſtituendos fructus non tenetur relaxare diſtributiones. 1.6.11.
Canonicus in herbis quis dicatur. 2.19.17.
Canonicus iuſſu Epiſcopi propter euidentem Eccleſiæ neceßitatẽ ad Romanam Curiã accedens percipit diſtributiones. 2.11.39.
Canonicus non habet diſtributiones, niſi fuerit inſtallatus quoad Chorum, vbi adſit conſuetudo, quòd non adminiſtret iura canoniæ, niſi fuerit inſtallatus. 2.1.11.
Canonicus, qui non canit ob aliquam iuſtam cauſam, diſtributiones lucratur. 2.2.45. Idem ſi partem minorem notabili nõ canat. num.46. Aut ſi propter impedimẽtum legitimum canere non poteſt. nu.47.
Canonicus receptus vltra numerum de mãdato Papæ habere debet diſtributiones quotidianas, donec aſſequatur præbendam, vel reditus augeantur. 2.1.14.
Canonicus receptus vltra numerum mandante Pontifice poſtquam reliqui Canonici ſemel fregerunt numerum, habebit diſtributiones 2.1.9.
Canonicus receptus vltra numerum nõ habet diſtributiones, cùm Papa mandat recipi aliquem in Eccleſia, in qua eſt certus numerus, neq; ei derogat, neq; mandat recipi cum plenitudine iuris canonicalis. 2.1.13.
Canonicus receptus vltra numerũ non ſimpliciter, ſed cum hoc, quòd ſit ſupernumerarius, non habet diſtributiones. 2.1.12.
Canonicus ſtatim poſt 14. annum iure creatus habere debet diſtributiones quotidianas. 2.19.18.
Canonicus tanquam Epiſcopus cõcilio maximè generali præſens non debet regulariter percipere diſtributiones. 2.11.90. ſecus vbi vt Theologus, vel Canoniſta intereſſet nomine Capituli ſui. nu.91.
Cantum ſcire debet clericus Eccleſiæ Collegiatæ ad hoc, vt ad diſtributiones quotidianas admittatur. 2.19.35.

Cantus



Cantus figuratus licèt in Eccleſia congruus ſit, ac decens, non tamen eſt neceſſarius, aut præceptus. 2.2.7.
Capellani quoque nonnulli capaces ſunt diſtributionum. 2.1.18. eorum tamen mẽſa diſtincta erit à menſis cæterorum. nu. 19. portioq́; deficiẽs accreſcet cæteris Capellanis. num.20.
Capellania titularis diſtinctum beneficium, & quodammodo diſtinctam Eccleſiã ab Eccleſia, & beneficio Canonicatus, & portionis conſtituit. 2.11.51.
Capellanus mercenarins, qui ſimul Canonicus ſit, celebrãs in Eccleſia Collegiata, dũ diuina recitãtur, an, & quando diſtributiones percipiat. 2.11.52.
Capitulum interdictum à iure, vel ab homine nullo modo poteſt diuina officia in Eccleſia recitare. 2.16.30. neq; percipit diſtributiones. num.31. ſed eæ conuertuntur in Eccleſiæ vtilitatem. nu.32.
Capitulum quibus caſibus ſuccedat Epiſcopo in iuriſdictione, & adminiſtratione. 2.11.81.
Capitulum ſede vacante nõ poteſt ſupprimere præbendas, aut portiones vigore Concil. Trident. 1.5.26. Neq: prælatus Eccleſiæ Collegiatæ, licèt ipſe ſit exemptus, & Eccleſia inſignis. num.30.
Capitulum ſed vacante poterit ſtatuere, quæ pertinent ad ſtatum Eccleſiæ, duratura ẽt tẽpore Epiſcopi ſuccedentis. 2.13.24.
Capitulum ſolum ſede non vacante ſtatuere non poteſt, quæ ad diuina officia, & Eccleclesiaſticũ miniſteriũ pertinent. 2.13.27.
Cap. vnicum, de cler. non reſid. lib.6. eſt ſedes materiæ diſtributionum quotidianarum. 1.1.14.
Cap. vnicum, de cler. non reſid. in 6. loquitur de abſentibus propter vtilitatẽ illius Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt. 2.11.24.
Cap. vnicum, de cler. non reſid. in 6. quomodo probet Canonicos teneri pſallere in Choro. licèt adſint Manſionarij. 2.2.32.
Captus ab hoſtibus non amittit diſtributiones. 2.5.55.
Carcer, & vincula iuſtè timentur. 2.5.63.
Cardinalatus eſt maior dignitas poſt Papatum. 2.9.1.
Cardinali inſeruiens non percipit in abſentia diſtributiones. 2.9.8. percipit tamen fructus præbendæ. num.7.
Cardinali Legato inſeruiens percipit in abſentia fructus præbendæ. 2.9.3. & nu. ſeqq.
Cauſæ iuſtæ, ob quas ſtatui poſſit, vt abſentibus dentur diſtributiones, quænam ſint. 2.13.45. vbi etiam quædam opinio Nauar. reijcitur; & num.46.
Celebrans ex deuotione in Eccleſia Collegiata, dum diuina recitantur, percipit diſtributiones. 2.11.53. Modò id indiſtinctè non fiat, neq; celebrantium, ſed ſuperioris arbitrio committatur. num. 54.
Celebrans in Eccleſia Collegiata, dum diuina recitantur, ſi habeat ibi Capellaniam ex titulo, non percipit diſtributiones. 2.11.40. & ſeqq.
Celebrans in Eccleſia Collegiata tempore diuinorum an indiſtinctè poſſit ex conſuetudine, vel ſtatuto percipere diſtributiones. 2.11.56.
Celebrãs tẽpore interdicti in loco interdicto incurrit irregularitatem, ſecus tempore ceſſationis à diuinis. 2.19.8.
Cenſuræ ipſo iure irrogatæ obligant ante declaratoriam. 3.7.61.
Cenſuræ quæ ſint, & quomodo inter ſe differant. 2.15.1.
Ceſſatio à diuinis à quo decerni poſſit. 2.16.25.
Ceſſatio à diuinis an impediat adminiſtrationem ſacramentorum. 2.16.6.
Ceſſatio à diuinis duplex, alia generalis, alia particularis. 2.16.16.
Ceſſatio à diuinis eſt quid facti, interdictum quid iuris. 2.16.4.
Ceſſatio à diuinis, & interdictum quid ſint 2.16.2.

Ceſſatio

*Ceſſatio à diuinis, & interdictum valde differunt. 2.16.1. & num. ſeqq.*

*Ceſſatio à diuinis in nullo caſu eo ipſo inducitur. 2.16.22.*

*Ceſſatio à diuinis nõ eſt cenſura Eccleſiaſtica, ſicut interdictum. 2.16.3.*

*Ceſſatio à diuinis poſt appellationem decreta an ſit nulla. 2.16.5.*

*Ceſſationis à diuinis quæ cauſa ſit in iure expreſſa. 2.16.23. & qualis, & quomodo diſcutienda. num. 24.*

*Ceſſationis à diuinis ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ tempore clerici non percipiunt diſtributiones quotidianas, ſed eas repetunt ab eo, qui ceſſationis cauſa fuit. 2. 16. 36. fructus autẽ præbendæ percipient. nu. 37.*

*Ceſſationis à diuinis tempore ſolemniter celebrari poſſunt diuina officia in feſtiuitatibus exceptis. 2.16.46.*

*Ceſſationis tempore an celebrari debeant ſingulis diebus in Eccleſijs diuina officia ſubmiſſa voce. 2.16.9.*

*Chorum ſerò ingrediens an, & quando peccet, vel lucretur diſtributiones quotidianas. 2.3.27.*

*Chorus, qui errauit cantando aliud, vel aliter, quàm debuit, non tenetur id ſupplere conuentualiter. 2.2 48.*

*Clement. vt hi, qui, de æt. & qual. & ord. præfic. loquitur non de extraordinarijs; ſed de veris, & proprijs diſtributionibus. 1.3.12.*

*Clerici Collegiatarum Eccleſiarum indiſtinctè iubentur in choro diuina officia decantare. 2 2.36.*

*Clerici Eccleſiarum Collegiatarum diſtincti à Dignitatibus, Canonicis, & Manſionarijs capaces ſunt diſtributionum quotidianarum. 2.1.17.*

*Clerici Eccleſiarum Collegiatarum tenẽtur per ſe ipſos obire munera ſui ordinis, vel vbi ea non ſint, tenentur ſaltem pſallere. 2. 19. 19. quòd ſi ad hæc apti non ſint, irrita eſt prouiſio. nu. 20.*

*Clerici interdicti à iure, vel ab homine nullo modo poſſunt diuina officia in Eccleſia recitare, neq; percipere diſtributiones. 2.16. 33. eorum autẽ portio cæteris accreſcit, num. 34.*

*Clerici omnes abſentes non poſſunt conſuetudinis vi percipere fructus beneficiorum ſuorum in Eccleſijs inſignibus. 2.12.35. niſi reditus valde tenues ſint. nu. 36.*

*Clerici oẽs Collegiatarum Eccleſiarũ et Canonici tenẽtur Eccleſiæ inſeruire, & pſallere, vt lucrentur diſtributiones. 1. 4.21.*

*Clerici, qui diutiùs, puta per quadraginta annos continuos, Eccleſiæ inſeruierunt diuinis intereſſendo, poſſunt ex conſuetudine præſcripta tãquam emeriti milites in abſentia percipere diſtributiones. 2.12. 61.*

*Clericis dumtaxat Eccleſiarum Collegiatarum competit percipere poſſe quotidianas diſtributiones. 2.1.1.*

*Clericus conueniens in Eccleſiã minùs principaliter propter diſtributiones nec peccat, nec tenetur ad reſtitutionẽ. 2. 18.29. Ex quo nonnulla inferuntur. nu. 30.*

*Clericus magis principaliter conueniens in Eccleſiã propter diſtributiones peccat, ſed non tenetur ad reſtitutionem. 2.18.32.*

*Clericus quando dicatur magis, vel minùs principaliter in Eccleſiam conuenire propter lucrum. 2. 18.31.*

*Conceſſio diſtributionum abſentibus à Pótifice facta neq; diſpenſatio, neq; beneficiũ, ſed priuilegiũ propriè dicitur, ſtrictamq; habet interpretationem. 2.14.17. & ſeq.*

*Concilia Prouincialia definire aliquid poſſunt, contra Gratian. 2.13. 28. non tamen maiora negotia. nu. 29.*

*Conciliatio vera ad cap. cum non deceat, de elect. in 6. & cap. vnicum, de cleric. non reſid. eod. lib. 2.11.22.*

*Conciliationes quædam probabiles, & noua ad cap. vnicum, de cler. non reſid. lib. 6. & cap. cum non deceat. eod. lib. 2.11.28.*

*Concilium Prouinc. Mediol. 4. ſub tit. de diſtribution: verſic. quicunque, quomodo intelligendum. 2.11.55.*

*Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 3. de reformat. quid diſponat de diſtributionibus. 2.2.11.*

*Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 14. de reformat. quas conſtitutiones, & cõſuctudines improbet circa admiſſionem ad diſtributiones. 2.18.54.*

*Condemnatio facta in declaratoria ad diem commiſſi criminis retrotrahitur. 3.7.69.*

*Condemnatio fructuũ continet diſtributiones vbi in illa Eccleſia nulli alij ſint reditus, aut vbi de ijs facta ſit ſpecialis proteſtatio in actis. 1.6.16.*

*Confabulantes, ſubſcribentes, aliudq; officiũ recitantes, dum horæ in Choro canuntur, peccant, nec lucrantur diſtributiones. 2. 3.24.*

*Confeſſiones audiens tempore diuinorum, ſi non ſit Pœnitentiarius, nõ debet percipere diſtributiones. 2.11.67. Niſi aliud conſuetudine, vel ſtatuto caueatur. num. 68.*

*Coniunctio hominis, vel legis reperitur in diſtributionibus quotidianis. 3. 6. 18. & num. ſeqq.*

*Coniunctio mixta quid ſit, et quomodo inducatur. 3.6.6.*

*Coniunctio quotuplex. 3.6.2. & num. ſeq.*

*Cõiunctio realis tantùm quid ſit, & quando inducatur. 3.6.5.*

*Coniunctio verbalis quomodo inducatur. 3. 6.4.*

*Conſanguinei ſuccedunt clericis in ijs, quorũ habent dominium. 3.3.6. Item in quæſitis induſtria, & labore, licèt pendeant à clericatu. num. 7.*

*Conſenſus populi, ſeu collegij ſaltem tacitus neceſſarius eſt ad inducendam conſuetudinem. 2.12.17.*

*Conſuetudine aſſignari quidẽ poſſunt omnes diſtributiones aliquibus horis, non tamen poteſt quis intereſſendo vni horæ lucrari diſtributiones aſſignatas omnibus horis. 2.3.45.*

*Conſuetudine induci poteſt, vt abſens cauſa ſtudij percipiat diſtributiones quotidianas. 2.10.28.*

*Conſuetudine induci, vel decerni ſtatuto an poſſit, vt qui per multos annos Eccleſiæ ſeruierunt, in abſentia percipiãt diſtributiones. 2.7.20.*

*Conſuetudine poteſt induci, vt, qui habet dignitatem, & canonicatum, vel duos canonicatus, habeat duplices diſtributiones 2.4. 16.*

*Conſuetudines, & ſtatuta exigentiæ aliquid in ingreſſu quænam ſint licita. 2.18.55.*

*Conſuetudo alia contra, alia præter, alia ſecundùm ius. 2.12.1.*

*Cõſuetudo adſtringẽs canonicos ad pſallendũ in choro ſufficit, vt ſit decẽnalis. 2.2.30.*

*Conſuetudo contra ius extenditur vbi vnus caſus habet ſe correlatiuè ad alium, militatque eadem ratio. 2.12.25. Aut vbi duo æquiparantur à lege antiqua. nu. 26. aut vbi vnum habet ſe conſecutiuè ad aliud. num. 27.*

*conſuetudo contra ius, non autem præter ius debet neceſſariò eſſe rationabilis. 2.12.6.*

*conſuetudo contra ius nõ extenditur de caſu ad caſum, neque de loco ad locum, neq; de perſona ad perſonam. 2.12.23. niſi caſus, ad quem fit extenſio, latè cõtineatur ſub vocabulo caſus expreſſi. num. 24.*

*conſuetudo contra ius, qua vſus eſt Summus Pontifex, poteſt eſſe dumtaxat decẽnalis. 2.12.4. Idem in cõſuetudine contra conſtitutionem non receptam. num. 5.*

*conſuetudo contra ius requirit ſpatium quadraginta annorum ſaltem de iure canonico. 2. 12. 2.*

*conſuetudo etiã pœnalis, ſi contineat animæ, aliumue fauorem, extenditur ad ſimilia. 2. 12. 30.*

*Conſuetudo extenditur vbi militat eadem omnino ratio. 2.12.29.*

*conſuetudo generalis approbata, & tolerata per Papam, & Eccleſiæ Prælatos excuſat.*

ſat. 2.2.6.
Conſuetudo immemorabilis tribuens diſtributiones quotidianas ei, qui per alium inſeruit Eccleſiæ, & intereſt diuinis, eſt admittenda. 2.12.48.
conſuetudo in tribuenda maiori portione vni clerico Eccleſiæ Collegiatæ, quàm alteri, attendenda eſt. 2.4.4. ſufficietque decennalis. num. 5.
Conſuetudo induci poteſt, vt non teneantur canonici pſallere, modò id à pijs uiris fiat. 2.2.43. debet autem induci cum aliqua rõne ſpatio quadraginta annorũ; nu.44.
Conſuetudo inducta poſt legem tollentem cõſuetudinem an, & quando ſuſtineatur. 2.12.20. & quid ſi tantùm tollat aliquid vt irrationabile. num.21.
Conſuetudo interpretatiua dubij iuris, an aliquibus abſentibus tribuendæ ſint diſtributiones, valet. 2.12.44.
Conſuetudo interpretatiua iuris non requirit curſum temporis, ſed ſolùm actus ipſos. 2.12.11.
Conſuetudo legitimè præſcripta eſt quadragenaria. 2.12.3.
Conſuetudo non debet neceſſariò eſſe obtenta in contradictorio iudicio. 2.12.19.
Conſuetudo parum præiudicialis Eccleſiæ valet. 2.3.44.
Conſuetudo præter ius inducitur ſpatio decem annorum. 2.12.9. Niſi tenderet ad præiudicium iuris Eccleſiæ. nu.10.
Conſuetudo quænam regulariter ſit admittenda. 2.4.17.
Conſuetudo, quòd Canonici, qui nolunt promoueri intra annum ad ordinem requiſitum, percipiant integras diſtributiones quotidianas, non valet. 2.12.41.
Conſuetudo, quòd clericus in abſentia ſine cauſa percipiat diſtributiones, non valet. 2.12.37. etiam immemorabilis. nu.38. etiamſi conſuetudo fingeret tales abſentes in Eccleſia reſidere. nu.39.
Conſuetudo, quòd diſtributiones quotidianæ inæqualiter aſſignetur diuinis officijs, valet. 2.12.43.
Conſuetudo, quòd diſtributiones vnius diei vnica hora acquirantur, non valet. 2.3.50.
Cõſuetudo, quòd qui abfuit propter Eccleſiæ vtilitatem manẽs domi per tres dies percipiat diſtributiones, valet. 2.12.49. Idẽ in abſente ob aliam iuſtã cauſam. nu.50. debet autem eſſe quadragenaria. nu.51.
Conſuetudo rationabilis quæ ſit, iudicis arbitrio relinquitur. 2.12.7. Ex quibus autem Iudex informare debeat animum ſuum. nu.8.
Conſuetudo tribuens duplicem diſtributionẽ ei, qui Canonicatum ſimul, & dignitatẽ, vel duos Canonicatus obtinet, inducitur decennio. 2.4.18.
Conſuetudo tribuens vniuerſas diſtributiones certis dũtaxat horis ratione aliqua inducitur ſpatio quadraginra annorum. 2.3.47. Ad eam verò tollendam ſufficiet decennium. num.48.
Conſuetudo vnius ciuitatis, & loci extenditur ad loca illi ſubiecta non habentia ſpecialem conſuetudinem. 2.12.28.
Cõſuetudo, vt diſtributiones tribuantur horis nõ integris, neq; omnibus, valet. 2.3.43.
Conſuetudo, vt ijs, qui abfuturi ſunt ob Eccleſiæ vtilitatem, tres dies tribuantur ad colligendas ſarcinulas, valet. 2.12.52.
Copula, et, regulariter ponitur inter diuerſa. 1.4.19.
Correctio legem, & canõum odioſa eſt. 2.11.29. admittenda tamen vbi duæ leges cõciliari non poſſunt. nu.30. Immo ex ſe aliquando iuſta, & vtilis eſt. nu.31.
Couar. lib. 3. var reſol. cap. 13. num. 3. & 8. explicatur. 2.13.40.
Culpa quando noceat priuilegio alicui à iure conceſſo, puta pauperi, aut ſimilibus. 2.6.13.
Cultus diuinus non minuitur, ſi dentur antiquis Canonicis, vel eorum hæredibus diſtributiones iam acquiſitæ. 3.3.26.

INDEX.

Curam animarum exercens in alia Eccleſia an percipere debeat diſtributiones quotidianas illius, in qua Dignitatem, vel Canonicatum obtinet. 2.11.69. & nu.71.

# D

Debilis in cruribus, vel tibijs an percipiat diſtributiones. 2.6.14.
Debilitas, & infirmitas quandonam æquiparentur. 2.6.15.
Decij conſi. 280. manifeſtus error. 3.3.20. cuius rationes referuntur. nu.21. & refelluntur. nu.22. & ſeqq.
Decima, & collecta ſoluenda de fructibus beneficij an debeat ſolui ab eo, qui fructus illius anni percepit, licèt, antequam ſoluat, deſinat eſſe beneficiarius. 3.8.24.
Decima Papalis nõ ſoluitur de diſtributionibus quotidianis vbi ea ſit impoſita ſuper fructibus, & reditibus beneficij. 3.9.8. etiam in illis Eccleſijs, vbi nullæ ſunt præbendæ. num.9.
Decima Papalis publicam vtilitatem continet vniuerſalis Eccleſiæ, non ſic decima Seminarij. 3.9.18.
Decima Papalis ſoluitur de diſtributionibus quotidianis vbi impoſita ſit ſuper omnibus prouentibus Eccleſiaſticis. 3.9.10.
Decima pars fructuum habita fuit notabilis, & in vltimo gradu conſiderabilitatis. 2.3.34.
Decima pro Seminarij ſumptibus vnde detrahenda. 3.9.13.
Decima pro Seminario non detrahitur ex diſtributionibus quotidianis. 3.9.14. Idq; procedit tam in antiquis, quàm nouis diſtributionibus. num.15.
Decima, ſeu aliqua quota quãdo Seminario ſoluatur. 3.9.1. & quo taxanda. nu.2.
Decima ſpiritualis ſoluenda eſt de diſtributionibus quotidianis. 3.9.3.
Decima ſpiritualis ſoluitur de omnibus fructibus, & prouentibus. 3.9.4.
Decima ſpiritualis ſoluitur de prædijs Eccleſiaſticis etiam dotalibus. 3.9.5. Et de omni artificio. num.6. quin & de omni lucro, & ſtipendijs. nu.7.
Decimam partem vnius horæ ſi quis omittat in ſingulis horis non intereſſendo, cõfabulando, &c. non lucratur diſtributionem illius horæ. 2.3.37.
Decimandi ius pretio transferens ſimoniam committit. 2.18.53.
Definitio conuertitur cum ſuo definito. 1.4.3. ab eaq; optimum, ac neceſſarium argumentum ſumitur. nu.4.
Definitio diſtributionum quotidianarum à Verrutio allata reijcitur tanquã deficiẽs. 1.4.8. pariter definitio Couar. nu.9.
Definitio diſtributionum quotidianarum vera, & perfecta affertur. 1.4.10.
Definitio eſt initium omnis diſputationis. 1.1.1. & quomodo. num. ſeqq.
Definitio perfecta debet habere genus, ac propriam, & cõpletam differentiam. 1.4.7.
Definitio qualibet ĩ iure ciuili periculoſa eſt. 1.4.5. Ideoque cauti eſſe debent, qui rem aliquam definiunt. num.6.
Definitio ſubſtantiam, & naturam rei explicat. 1.4.2.
Definitionem rei optimam afferre maximi momenti eſt. 1.4.1.
Degradatio, ſeu realis depoſitio quid ſit. 2.17.3.
Degradatio tribus tantùm caſibus iure infligitur. 2.17.6.
Degradatus eo ipſo amittit diſtributiones quotidianas. 2.17.27. eſtq; priuatus beneficijs. nu.28. reſtitutus verò recuperat beneficium, & diſtributiones deinceps nõ amittit. num.29.
Degradatus habet alimenta ex reditibus Eccleiſiaſlcis. 2.17.32.
Depoſitio, et degradatio in quibus differant. 2.17.4.
Depoſitio qbus caſibus infligi poſſit. 2.17.5.

Depoſitio quotuplex ſit. 2.17.2.
Depoſitio,ſeu verbalis degradatio quid ſit. 2.17.1.
Depoſitus ab ordine, officio, vel beneficio amittit diſtributiones.2.17.23.danda tamen ei ſunt alimenta ex reditibus.nu.24.
Depoſitus iniuſtè recuperat diſtributiones quotidianas.2.17.25. Reſtitutus eas deinceps non amittit.nu.26.
Dictio vniuerſalis omnes ſpeties includit,& quod impropriè venit. 3.5.11.
Dictiones importantes latã ſententiam quæ ſint. 3.7.35.& num.ſeq.
Dictiones remouentes omnẽ dilationem quæ ſint, & an importent latam, vel ferendã ſententiam. 3.7.36. & num.ſeqq.
Dieta vna legalis cõtinet viginti milliaria. 2.5.37.
Differens implementum cauſæ à ſtatuto probatæ non acquirit diſtributiones, contra Nauar. 2.13.44.
Dignitatem obtinens dum incumbit in ciuitate curæ animarum ſibi annexæ haberi debet præſens in choro. 2.11.71.
Dignitatem obtinentes percipiunt diſtributiones. 2.4.3.
Dignitatem ſimul, & canonicatũ obtinens an habeat duas voces in Capitulo ſeeluſa conſuetudine. 2.4.14.
Dimidia diſtributionum non ſubtrahitur clericis non promotis ad ordinem ſacrum intra annum, quorum beneficijs non eſt annexus ſacer ordo. 2 19.27.
Dimidia diſtributionum ſubtrahitur non promoto intra annum, licèt interſit diuinis,& officium recitet. 2.19.30.
Dimidia dumtaxat diſtributionum ſubtrahitur non promotis intra annũ. 2.19.24. quæ etiam ſubtrahenda non eſt, ſi ſit neceſſaria ad victum.num.25. contrarium tamen verius eſt.num.26.
Diſcedens à ciuitate tuẽdæ valetudinis cauſa habet diſtributiones. 2.7.10. Idem in eo,qui propter morbũ contagioſum abeſſe iubetur. nu.11.
Disiuncti verbaliter, & realiter quinam ſint. 3.6.7.
Diſpenſatio quid ſit. 2.14.2.
Diſpenſatio ſtrictiſſimam patitur interpretationem. 2.14.5.
Diſpenſatus, ne promoueatur intra annum, habebit poſt annum integras diſtributiones quotidianas. 2.19.23.
Diſtinguendum non eſt vbi lex non diſtinguit. 2.2.37.
Diſtribuere eſt ius ſuũ cuiq; tribuere. 1.1.10.
Diſtributiones à quo recuperabit excoiatus, & ſuſpenſus iniuſtè. 2.15.44. & nu. ſeq.
Diſtributiones dantur ratione laboris, & operis impenſi in vinea Domini, & redduntur tanquam merces. 1.1. 13.
Diſtributiones, de quibus loquitur Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 3. de reformat. impropriæ diſtributiones ſunt. 2.11.70.
Diſtributiones depoſiti, degradati, priuati beneficio, irregularis, & notorij fornicatoris accreſcunt cæteris collegis. 3.6.43.
Diſtributiones excommunicati accreſcunt cæteris Collegis. 3.6. 38. Item hæretici. num.39. ſuſpenſi. nu.40.
Diſtributiones interdicti accreſcunt cæteris collegis. 3.6.41. Item quæ tempore interdicti amittuntur.nu.42.
Diſtributiones iniuſtè aliquibus conceſſæ accreſcunt illis, qui diuinis interfuerunt, nec tali conceſſioni conſenſerunt. 3.6.44.
Diſtributiones ita dicuntur, quia iuxta cuiuſq; laborẽ, & merita tribuũtur. 1.1.9.
Diſtributiones maiores habere debet qui maiorẽ in Eccleſia dignitatẽ obtinet. 2.4.1.
Diſtributiones non accreſcunt alijs, vbi nullus interſit diuinis, ſed applicantur Eccleſiæ. 3.6.47.
Diſtributiones nõ accreſcunt, cũ portio deficit, poſtquã ſemel eſt legitimè quæſita, per iudicis ſententiã. 3.6.50. ſecus fortè, ſi iure iubente ijs quis priuetur. nu.51.
Diſtributiones non dantur abſentibus, licèt per alium inſeruiant. 2.5.20.
Diſtributiones non dicuntur propriè redire ſingulis annis. 1.7.4.
Diſtributiones quare quotidianæ dicantur. 1.1.12.
Diſtributiones, quas ſimoniacus amittit, accreſcunt cæteris collegis. 3.6.45.
Diſtributiones, quas ſimoniacus confidentialis amittit, fortè applicantur Cameræ Apoſtolicæ. 3.6.46.
Diſtributiones quotidianæ appellantur alicubi ſportulæ, & diaria. 1.2.7. & quam ob cauſam. num.8.
Diſtributiones quotidianæ applicantur Eccleſiæ, vbi Capitulum interdictum ſit. 3. 6.4. ſecus vbi Eccleſia eſt interdicta propter pollutionem. nu.49.
Diſtributiones quotidianæ aſſignantur, & tribuuntur habita ratione nõ modò ſingulorũ dierum, ſed etiam horarum. 1.1.17.
Diſtributiones quotidianæ augeri poſſunt per vnionẽ beneficiorũ ſimpliciũ, vel ſuppreſſionem aliquot præbendarũ. 1.5. 27.
Diſtributiones quotidianæ beneficia propriè dici non poſſunt. 1.2.11. ſed neq; propriè dicuntur beneficia manualia. nu.12. Impropriè tamen vtrumq; nomen ijs conuenit. num.13.
Diſtributiones quotidianæ conflatæ ex tertia parte redituum beneficiorum Eccleſiæ Collegiatæ accreſcunt intereſſentibus. 3.6.31. Item impinguatæ ex ſuppreſſione præbendarum, vel vnione beneficiorũ. num.32.
Diſtributiones quotidianæ cur dicãtur manualia beneficia. 1.2.15.
Diſtributiones quotidianæ dantur eò, quòd dicuntur diuina officia in Eccleſia. 2. 2. 27. & 39.
Diſtributiones quotidianæ dantur propter intereſſentiam tãquam propter cauſam, & rationem formalem. 1.4.15.
Diſtributiones quotidianæ debẽtur ijs quoque, qui iuris fictione habentur pro præſentibus, & intereſſentibus. 1.4.20.
Diſtributiones quotidianæ debẽtur, licèt diu exactæ nõ fuerint. 3.3.17. immo & vſq; ad triginta annos poſtquam exigi potuerunt. nu. 18.
Diſtributiones quotidianæ dicũtur beneficia manualia. 1. 2.9. quæ appellatio impropria eſt. num. 10.
Diſtributiones quotidianæ dicuntur victualia. 1.2.4. & quam ob cauſam. num. 5. hoc tamen nomen aliqui referunt ad ſpecialem conſuetudinem; num.6.
Diſtributiones quotidianæ, & reliqua incerta computantur ſecundùm aliquos in valore beneficij, & exprimenda ſunt in impetratione, quando ad certam ſummam reduci poſſunt; qui tamen falluntur. 1.8.11.
Diſtributiones quotidianæ in quibus iuribus ſic appellentur. 1. 2. 1. & vbi portiones quotidianæ. nu. 2. Vbi ſimpliciter diſtributiones. num.3.
Diſtributiones quotidianæ incertæ ſunt, neq; ad certam ſummã reduci poſſunt. 1.8.6.
Diſtributiones quotidianæ inter bona quaſi patrimonalia numerantur. 3.3.12.
Diſtributiones quotidianæ intro ductæ ſunt fauore cultus diuini, vt is in Eccleſijs augeatur. 1.5.35. & vt clerici ad debitum Eccleſiæ ſeruitium exhibendum alliciantur. num. 36.
Diſtributiones quotidianæ nõ computantur in valore beneficij ex communi ſententia. 1. 8.1. Idq; etiamſi beneficiũ nullos alios reditus habeat. nu. 9. & 10.
Diſtributiones quotidianæ nõ dantur ijs, qui tantùm præſentes ſunt in ciuitate, & loco Eccleſiæ. 2.5.18. Itẽ non dantur reſidẽtibus tantũ, ſed intereſſentibus. nu.19.
Diſtributiones quotidianæ nõ dantur immediatè ratione beneficij, ſed ratione laboris, & ſeruitij Eccleſiæ præſtiti. 1.6.8.
Diſtributiones quotidianæ non intereſſentium an pio loco aliquando applicentur. 3.6.28.

Diſtributiones quotidianæ non intereſſentiũ tunc intereſſentibus nõ accreſcunt, ſed potiùs non decreſcunt, cũ certa quãtitas omnibus intereſſentibus aſſignatur.3.6.33.

Diſtributiones quotidianæ non intereſſentiũ quando neq; accreſcant, neq; non decreſcant intereſſentibus, ſed applicentur Eccleſiæ.3.6.34.& ſeqq.

Diſtributiones quotidianæ nõ perueniunt ad Capitulum, ſeu Collegium, ſed potiùs ad ſingulares de Collegio.3.8.18.

Diſtributiones quotidianæ non ſubrogantur loco menſæ groſſæ.3.1.23.

Diſtributiones quotidianæ propriè ſumptæ dantur dumtaxat clericis Eccleſiarum Collegiatarum.1.4.14.

Diſtributiones quotidianæ quoad ſubſtantiã inductæ ſunt de iure naturali, et diuino.1.5.19. quoad modum verò iure humano. num.21.

Diſtributiones quotidianæ quomodo dicantur, & ſint diurnum ſtipendiũ. 1.4. 11. & cur in definitione nõ addatur, horariũ. nu.12. aut etiam nocturnum.nu.13.

Diſtributiones quotidianæ quomodo ijs aliquando tribuantur, qui non quotidie ſtatis horis interſunt.1.1.55.

Diſtributiones quotidianæ ſunt, & dici poſſunt vtilitas quædã ex beneficijs, ſeu Canonicatibus, & portionibus proueniens. 1.7.16.

Diſtributiones quotidianæ ſunt, & verè dicuntur, licèt actu non diſtribuantur. 3.3.15.& num.22.

Diſtributiones quotidianæ ſunt, & veriùs dicuntur quæſitæ ratione dignitatis clericalis, laboris, & perſonæ, quàm ratione beneficij, aut Eccleſiæ.3.3.8.

Diſtributiones quotidianæ veniunt nomine prouentũ, redituũ, & obuentionũ Eccleſiaſticarum, non autem beneficij.3.9.12.

Diſtributiones quotidianas habere poteſt clericus, & non vocẽ in Capitulo; cuius rei tria ponuntur exempla.2.20.13.

Diſtributiones quotidianas lucratur clericus ſolùm ad ratam temporis, quo Eccleſiæ inſeruit.3.4.19.

Diſtributiones quotidianas non percipiunt qui ad Romanam Sedem accedunt eam inſtructuri circa imminentes electiones Eccleſiæ ſuæ ciuitatis.2.11.10.

Diſtributionum fructus locari, & vẽdi poſſunt ſine ſimonia.2.18.56.

Diſtributionum prima ſpecies quę ſit.1.3.2. & an in ea rectè ponatur menſa groſſa, ſeu großi fructus. nu.3.

Diſtributionũ, quæ dãtur clericis Eccleſiarũ Collegiatarũ, quatuor ſunt ſpecies. 1.3.1.

Diſtributionum quarta ſpecies quænam ſit. 1. 3. 10. & de ea in quibus iuribus habeatur.num.11.

Diſtributionũ quotidianarũ diuiſio in ſingulis Eccleſijs Collegiatis iure nouo p̃cepta fuit.1.5.24.& quod illud ſit.nu. ſeqq.

Diſtributionum quotidianarũ maſſa eſt vna res actualiter, ſeparata tamen per intellectum.3.6.19.

Diſtributionum quotidianarum nomẽ dumtaxat tanquam communius ab Auctore in hoc tractatu vſurpatur.1.2.16.

Diſtributionum quotidianarum vſus antiquus fuit in Eccleſia.1. 5. 22. Iſq; tacitè ſaltem approbatus olim fuit per Summos Pontifices.num.23.

Diſtributionũ ſecunda ſpecies quænam ſit.1.3.4. eaq; vocatur portio priuilegiata.nu.5. item groſſa, ſeu menſa groſſa, aut groſſi fructus.nu.6. quæ tamen non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ.nu.7.

Diſtributionũ tertia ſpecies eſt earum, quæ dantur ijs, qui diuinis officijs interſunt, competensq́; ſibi ſeruitium exhibent Eccleſiæ.1.3.8. Et hæ ſunt verè, ac propriè diſtributiones quotidianæ. nu.9.

Diſtributionũ tertia tantũ ſpecies, hoc eſt, earũ, quæ dãtur ijs, qui diuinis interſunt, eſt ꝓpria materia huius Tractatus.1.3.13.

Diuinorum nomine continetur etiam admi-

niſtratio



niſtratio Sacramentorum.2.16.7.

Diuiſionis quotidianarum diſtributionũ ratio quæ iniri poteſt, remiſſiuè. 3.7.78.

Docentes quamdiu docuerint percipiunt fructus præbendarum.2.10.16.

Domi ſe cõtinens cũ Phyſici cõſilio percipere debet diſtributiones quotidianas.2.6.9.

Dominiũ cur ius quoddã eſſe dicatur.3.1.3.

Dominium directum, & vtile quomodo definiantur.3.1.11.

Dominium diſtributionum quotidianarum propriè cõpetit clericis. 3.1.18.& ſeqq.

Dominiũ fructuũ beneficij cur non acquiratur ꝑ clericum, ſicut dominiũ diſtributionum quotidianarum.3.1.20.& nu.ſeqq.

Dominiũ habet clericus quæſitorũ ratione dignitatis, & ordinis clericalis. 3.1.21.

Dominium latè ſumptum quot modis accipiatur.3.1.1.

Dominium propriè non cadit in res incorporales.3.1.5.& num.8.

Dominium propriè ſumptum duplex, vtile, & directum.3.1.10.

Dominium, quod habent clerici quotidianarum diſtributionum, optimè arguit poſſe illos de ijſdem diſponere inter viuos, contra Nauar.3.4.17.

Dominiũ redituũ Eccleſiaſticorũ diſtinctorũ à diſtributionibus quotidianis ꝓpriè ſumptũ nõ cõpetit clericis.3.1.14.et nu.ſeqq.

Dominium redituum Eccleſiaſticorum habent clerici, quatenus ſibi à ſacris canonibus conceditur.3.1.22.

Dominium rei differt ab ipſa re.3.1.4.

Dominiũ ſtrictè, & propriè ſumptum quomodo definiatur.3.1.2.

Dominium vtile quotuplex ſit.3.1.12.

Dominium vtile ſeparatum à directo, & directum ab vtili an contineatur in Bartoli definitione.3.1.7. & nu.ſeqq.

Dominus directi an poſſit alienare directum dominiũ inconſulto domino vtilis. 3.1.8.

Dominus directi habet ciuilem rei poſſeſſionem, dominus vtilis naturalem. 3.1.9.

Donare inter viuos an, & quõ poßint clerici reditus Eccleſiaſticos à quotidianis diſtributionib. diſtinctos.3.4.1.& nu.ſeqq.

Donare poſſunt clerici inter viuos diſtributiones quotidianas in vſus etiam nõ pios. 3.4.12.& nu.ſeqq.

Donare poteſt clericus diſtributiones quotidianas iã ſibi applicatas alteri, qui malè eas quæſierat.3.5.6.& nu.ſeq.

Duplices diſtributiones habere nõ dẽt qui in Eccleſia Collegiata Canonicatũ, & dignitatẽ, vel duos Canonicatꝰ obtinet.2.4.6.

## E

Eccleſia, Eccleſiaſticaq́; perſona poteſt pœnã imponere, legemq́; pœnalem cõdere.3.7.1. Item pœnam ſtatutariã, vel conuentionalem exigere. nu.2.

Eccleſia polluta, ſeu violata interdicta dicitur quoad hoc, ne in ea diuina celebrari poßint.2.16.19.

Eccleſia quibus caſibus pollui, ſeu violari dicatur. 2.16.20.

Eccleſia ſumi poteſt tripliciter, pro Eccleſia vniuerſali, ſpeciali, et particulari.2.11.2.

Eccleſiæ inſeruiens intereſſendo diuinis efficitur verus creditor diſtributionum quotidianarum.3.3.14.

Eccleſiæ nomẽ plures habet ſignificationes. 2.11.1.

Eccleſiæ ſuæ iura defendẽs, ſi ſine fraude abſit, percipere debet diſtributiones quotidianas.2.11.40.

Effectus dominij vtilis, & directi remiſſiuè. 3.1.13.

Egrediens Chorum ſine cauſa ante finem horæ amittit illius horæ diſtributionem, & peccat venialiter, & aliquãdo lethaliter. 2.3.23.

Electionis tẽpore imminente non eſt expectandus clericus nõ Subdiaconus, licèt velit proximis tẽporibus ꝓmoueri. 2.20.5.

Eleemoſyna faciẽda eſt iure diuino de eo, qđ ſupereſt, ſtatui.3.4.7. immo et de eo, qđ ſupereſt neceßitati, extremè indigẽti.nu.8.

Emolumenti nomen comprehendit etiam di-

ſtribu-

ſtributiones quotidianas.1.7.14.
Emolumenti nomē generaliſſimum eſt ſignificans vtilitatē quamlibet quomodocunque ex re prouenientem.1.7.15.
Epiſcopo inſeruiens dicitur Eccleſiæ inſeruire.2.8.5.
Epiſcopo inſeruiens non ob id percipit diſtributiones quotidianas.2.8.12.
Epiſcopo inſeruiens percipit fructus præbendarum. 2.8.1. etiam non diſtinctarum. nu.2. Immo etiam groſſos fructus. nu. 3. Idq; non obſtante quoq; ſtatuto, quòd nō reſidentes iјs fructibus careant. nu.4.
Epiſcopo inſeruiens principaliter propter Eccleſiam,& ad eius vtilitatem percipit diſtributiones.2.8.15.
Epiſcopo inſeruiens, qui proprius non ſit, non percipit fructus ſuæ præbendæ. 2.8.11.
Epiſcopus,& alij inferiores ſtature poſſunt contra canones principaliter conditos in fauorem clericorum, modò ſtatutum ab ipſis acceptetur. 2.13.14.
Epiſcopus,& vna quæque Eccleſia ſtatuere debet quænam portio diſtributionum cuique parti diuini officij, aut Eccleſiaſticæ functioni aſſignāda ſit.2.3.15.& nu.ſeq.
Epiſcopus facit vnum corpus cum Capitulo Cathedralis Eccleſiæ.2.9.4.
Epiſcopus non poteſt regulariter diſpenſare contra defunctorum voluntatem, vel canonum diſpoſitionem. 3.9.24.
Epiſcopus poſſit ne cogere, vt omnes Canonici Cathedralis Eccleſiæ fiant Sacerdotes. 2.19.4.
Epiſcopus poteſt ſtatuere contra canones in caſibus, quibus poteſt cōtra eos diſpenſare.2.13.18. qui autē ſint hi caſus. nu. 19.
Epiſcopus ſimul cum Capitulo ſtatuere debet quæ ſpectant ad ſpirituale regimen Eccleſiarum Collegiatarum. 2.3.16.
Epiſcopus ſine Capitulo, aut Capitulum ſine Epiſcopo non poteſt ſtatuere in iјs, quæ ſpectant ad ſtatum Eccleſiæ. 2.13.23.
Epiſcopus ſolus poteſt aliquid ſtatuere de illis diſtributionibus, quæ fiunt ex tertia parte prouentuum. 2.13.31.
Etymologia dat verbis proprium ſignificatum. 1.1.6.
Etymologiæ maxima eſt vis, & poteſtas. 1.1.5.
Etymologiæ ratio habenda eſt, eaque præponenda definitioni. 1.1.2.
Etymologiæ vſus maximus ſēper fuit apud antiquos,& Iuriſconſultos. 1.1.3. Idque in ipſo etiam diſputationis exordio. nu.4.
Exactionis difficultas non impedit obligationem. 3.3.16.
Examen in cantu admittendorum ad diſtributiones quotidianas qualiter faciendum. 2.19.36.
Examinator abſens cauſa examinis nō percipit diſtributiones, niſi id ſibi ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto concedatur. 2.11.61.
Exceptio eſt de regula, ſicut ſpecies detrahitur de genere. 1.6.5.
Exceptio vitiat regulā in caſibus exceptis, et in eis quaſi aliā regulā conſtituit.2.11.4.
Excommunicatio in genere ſumpta quid ſit. 2.15.2.
Excommunicatio maior intelligitur nomine excommunicationis ſimpliciter. 2.15.3.
Excommunicatio maior quid ſit. 2.15.4.
Excōmunicatio quibus caſibus ipſo iure incurratur. 2.15.13.
Excōmunicato de rigore non eſt ſubueniendū ex reditibus beneficij. 2.15.26. niſi per eum non ſtet quin abſoluatur. nu.27. Item ſecus ex æquitate, ne fame pereat. nu.28.
Excommunicatus an habeat uocem in Capitulo. 2.20.10.
Excommunicatus iniuſtè recuperat diſtributiones. 2.15.32. & à quibus. nu.33. Idē in excommunicato nulliter. nu.34. ſecus, ſi non curet cauſam cognoſci. num.35. aut non ſoleat diuinis intereſſe. num. 36.
Excommunicatus iuſtè amittit eo ipſo diſtributiones, neque eas recuperat. 2.15.18. Idq; ſiue excommunicatio ſit maior, ſiue minor. num. 19. Item licèt excommunicatus



catus appellet. num.20. Immo etiamſi expreſſè fructibus, et prouentibus priuatus non fuerit. num. 21.
Excōmunicatus iuſtè, licèt fuerit abſolutus, non recuperat fructus beneficij.2.15.24.
Excommunicatus non amittit fructus ante perceptos. 2.15.29.
Excōiatus nō amittit reditus beneficij creditori iam aſſignatos. 2.15.30. ſecus verò eſt in diſtributionibus quotidianis. nu. 31.
Excommunicatus non recuperat diſtributiones, licèt diuinis interfuerit. 2.15.25.
Excommunicatus priuatur reditibus beneficij, licèt nec notorius, nec denunciatus ſit.2.15.22. Item licèt tempore impetrationis fuerit de more abſolutus. nu.23.
Executio iudicis non requiritur in pęna ipſo iure irrogata ſecuta declaratoria.3.7.67. ſaltem vbi iudex in declaratoria condemnaret ad aliquid agendum, quod non contineret læſionem corporalem. num.68.
Expulſio à ciuitate eſt iuſta cauſa timoris. 2.5.68.

F

Fauēdū in dubio eſt cultui diuino.2.2.41
Feſto die Corporis Chriſti Domini publicè recitari poſſunt diuina officia tempore interdicti. 2.16.44. Immo & per totam octauam. nu.45.
Finis inſtitutionis diſtributionum quotidianarum quinam ſit. 3.1.25.
Finis præcepti non eſt in præcepto. 3.1.24.
Fructus à ſimoniaco confidentiali percepti cui reſtituendi. 2.18.36.
Fructus alicuius rei eſt, qui ex illa re prouenit. 1.6.6. naſciturq; & renaſcitur. nu.7.
Fructus beneficij eo ipſo clericis competunt, & redduntur, quòd beneficium ex titulo legitimo obtinent. 1.6.9.
Fructus beneficij,& diſtributiones pendent quodammodo a liberalitate Summi Pontificis,& ſunt in eius poteſtate. 1.7.73.
Fructus beneficij, quod per ſimoniam reſignatū fuit, percepti à reſignatario, cui reſtituendi. 2.18.26.
Fructus beneficij reſtitui debent, vbi propter ſimoniam reſtituendum eſt beneficium. 2.18.24. Idq; procedit etiā quoad fructus, qui percipi potuerunt. nu.25.
Fructus beneficiorum ſeparati à ſolo pertinent ad hæredem ex communi. 3.4.22. etiam non reconditi. nu.23.
Fructus beneficiorum,& præbendarum erogabit ſimoniacus in pauperes. 2.18.49. vel potiùs reſeruabit ſucceſſori, aut cōponet eum Camera Apoſtolica. nu.50.
Fructus beneficiorū ex quorundā ſentētia diuidendi ſunt inter ſucceſſorē in beneficio, & hæredes præceſſoris ad ratā temporis. 3.4.20. quæ opinio dubia redditur. nu.21
Fructus cuiuſq; anni deſtinati ſunt pro oneribus incumbentibus illi anno vſq; ad nouos fructus. 3.3.25.
Fructus debēt cōſeruari donec de iuſtitia, vel iniuſtitia, ſeu nullitate, vel validitate cenſuræ, quæ contra clericum lata fuerit, cognoſcatur. 2.15.43.
Fructus primi anni quomodo diuidendi ſint inter beneficiatum, & eum, cui ex cōſuetudine illi fructus debentur. 2.12.64.
Fructuum beneficij appellatione non veniūt diſtributiones quotidianæ. 1.6.1. neque etiam appellatione reſidentiæ. nu.2. neq; ſunt de corpore beneficij. nu.3.
Fructuum beneficij, & Canonicatus appellatio largè, & impropriè conuenit diſtributionibus quotidianis. 1.6.13.
Fructuū beneficij nomine cur diſtributiones quotidianæ propriè non veniāt. 1.6.4. & an id aliquo iure probetur. num ſeqq.
Fructuum beneficij nomine veniunt diſtributiones, cùm Canonicatus nullos alios reditus habet. 1.6.14. Idem in fructuum reſeruatione. num. 15.
Fructuū cōdemnatio retrotrahitur ad diem commiſſi criminis vbi fiat vi canonis latæ ſententiæ. 3.7.58.
Fructuum diuiſio inter hæredem, & fideicōmiſſarium qualiter ſit facienda. 3.4.24.
Gemi-

## G

GEminian. opinio circa tribuendas abſentibus propter Eccleſiæ vtilitatem diſtributiones quotidianas. 2.11.19. quæ reprehenditur. num. 20.
Gloſ. in cap. relatum Verb. prælatorum, de cler. non reſid. reprehenditur. 2.10.12.
Gloſ. in cap. ſtatutum §. cæterum de verb. ſignif. in 6. explicatur. 2.13.36.
Gloſ. intellectus duplex ad cap. cum non deceat, de elect. in 6. & cap. vnicum, de cler. non reſid. eod. lib. qui vterque reprehenditur. 2.11.11. & num. ſeqq.

## H

HAeredes ſuccedunt clericis in quotidianis diſtributionibus acquiſitis, licèt adhuc exactæ non fuerint. 3.3.13.
Honoris, & pudicitiæ amiſsio iuſtè timetur. 2.5.66.
Horæ Canonicæ certis horis maximè in Choro perſoluendæ ſunt. 1.5.15. iuſta tamen de cauſa poſſunt in Eccleſia quoque cani hora vel anticipata, vel poſtpoſita. nu. 16.
Horæ Canonicæ quænam recitari poſsint tẽpore interdicti in feſtiuitatibus exceptis. 2.16.24. Et quid de vigilijs illarum feſtiuitatum num. 43.
Horæ Canonicæ quibus in locis humani iuris habeantur. 1.5.9.
Horę Canonicæ quoad ſubſtantiam, ſeu quatenus orationes, aſsiduæque preces ſunt, diuino iure inſtitutæ, ac præceptę fuerunt. 1.5.4. quoad modũ verò, & formam iure humano ſunt inductæ. num. 5.
Horæ Canonicæ quomodo officium diuinum dicantur. 1.5.8.
Horarum Canonicorum numerus eſt à iure humano. 1.5.6. neque idem ſemper in Eccleſia fuit. num. 7.
Horas Canonicas publicè in Eccleſia decantari quando nam primùm ſtatutum fuerit. 1.5.10.

## I

IMmemorabilis conſuetudo non tollitur per clauſulã, non obſtante quacunque cõſuetudine, niſi damnetur tãquam iniqua. 2.12.22.
Impedimentum affectatũ nõ tribuit iuſtam cauſam abſentiæ, ob quam poſsit clericus Eccleſiæ Collegiatæ percipere diſtributiones quotidianas. 2.5.24.
Impedimentum affectatum regulariter non excuſat. 2.5.25. Modò affectatio contineat dolum malum. nu. 26.
Impedimentũ iuſtũ non fuit, vt impeditus pcipiat diſtributiones, qñ is ſe arctauit. 2.5.41 aut ſi præceſsit impedimentũ ex culpa impediti pordinata ad caſum. nu. 42.
Impedimẽtum iuſtũ, ob quod clericus poteſt non promoueri intra annum ad ordinem requiſitum, quodnam ſit. 2.19.8.
Impedimentũ, qđ facilè potuit remoueri, & nõ fuit remotũ, nõ excuſat. 2.5.4.3. Quid aũt quando impedimentũ remoueri nõ potuit, ſed impeditus otioſè agebat. nu. 44.
Impedimentum quodlibet iuſtum, & neceſſarium excuſat ab amiſsione diſtributionum. 2.5.83.
Impoſsibile cenſetur quod pendet à Principis voluntate. 2.3.13.
Inferiores poſſunt addere iuri communi nouam pœnam. 2.13.20.
Inferiores Prælati, & clerici poſſunt contra canones conſuetudinẽ inducere. 2.13.1. non tamen regulariter ſtatuere. nu. 2. & quæ ſit ratio diuerſitatis. nu. 3. & ſeqq.
Inferiores ſtatuere poſſunt circa aliquod dubium iuris. 2.13.21.
Inferiores ſtatuere poſſunt cõtra canones ex cauſa vrgenti veriſimiliter non cogitata per canonem. 2.13.6. Modò tamen ſuperior conſuli non poſsit. num. 7. & cauſa ipſa exprimatur. num. 8.
Inferiores ſtatuere poſſunt cõtra canones in quærẽdis Epiſcopo, vel Eccleſiæ ſecũdùm Fel. 2.13.9. cuius opinio reijcitur. nu. 10.





Inferiores ſtatuère poſſunt contra canones quando reducunt rem ad ius commune antiquum, ſecundùm aliquos. 2.13.12. quorum opinio reijcitur. num. 13.
Infirmitas corporalis quid ſit. 2.7.4.
Infirmitas q̃ nõ impedit clericũ, ne in Chorũ conueniat, non excuſat eum ab amiſsione diſtributionum. 2.6.22. & an debeat eſſe manifeſta, & quomodo. nu. 23.
Infirmitate durante debet clericus Eccleſiæ Collegiatæ percipere diſtributiones quotidianas. 2.6.1. & nu. ſeqq.
Infirmo debẽtur diſtributiones, licèt propria culpa infirmitatem contraxerit. 2.6.12.
Infirmo famulo ſalarium debetur. 2.6.4. & cibaria. num. 6.
Infirmus amittit diſtributiones, quãdo aliàs diuinis non intereſſet. 2.6.21.
Infirmus clericus percipit diſtributiones iure communi ſcripto ſecluſa quauis conſuetudine. 2.6.7.
Infirmus etiam dum abeſt à ciuitate percipere debet diſtributiones. 2.6.19.
Infirmus intelligiť Eccleſiæ deſeruire. 2.6.3
Infirmus quiſnam ita dicatur, vt non poſsit diuinis intereſſe, iudicis arbitrio relinquitur. 2.6.24. & quomodo iudex diriget arbitrium ſuum. nu. 25.
Inimicitiæ potentiorũ, ſeu partialitates ſunt iuſta cã ti noris, & abſentiæ, vt qs pcipere poſsit diſtributiones quotidianas. 2.5.71. modò tñ is nõ fuerit in culpa. nu. 72.
Integris, & completis diuinis officijs aſſignantur diſtributiones. 2.3.20.
Intellectus cap. ad audientiam, de cler. non reſid. 2.8.13.
Intellectus cap. clericus victum, 91. diſt. & cap. 1. de cler. ægrot. vel debil. 2.6.2.
Intellectus cap cum dilectus cum ſua Gloſ. de conſuet. & Gloſ. in §. ex his, 16. quæſt. 6. affertur. 2.13.11.
Intellectus cap. cum ex eo, de elect. in 6. affertur. 2.10.15.
Intellectus cap. cum nõ deceat, de elect. in 6. à nonnullis allatus, qui reprehenditur. 2.11.9. vſque ad num. 21.
Intellectus cap. cum ſecundùm Apoſtolum, de præben. 2.11.50.
Intellectus cap. fin. de reſcript. in 6. explicatur. 2.10.13.
Intellectus c. olim tibi, de verb. ſign. 2.9.14.
Intellectus cap. paſtoralis, & c. duo ſimul, de off. iud. ordin. 2.8.10.
Intellectus c. relatum, de cleric. non reſid. 2.10.11.
Intellectus cap. ſacro § cumq; aduerſus, de ſent. excom. 2.15.45.
Intellectus cap. ſcire debes, 7. q. 1. c. hæc huius placiti, 12. q. 2. & cap. ſimiliter, 16. quæſt. 1. latè explicatur. 2.8.14.
Intellectus cap. vnici §. ſtatuimus, de cler. nõ reſid. in 6. affertur. 2.13.37.
Intellectus Glo. in c. 2. Verb. occaſionẽ, de off. ord. in 6. latiùs explicatur. 2.15.45.
Intellectus l. dominus, ff. de vſufr. & l. 1. cũ ſeqq. ff. de vſufr. accreſc. 3.6.24.
Intellectus l. ſi pecuniam in princ. ff. de condict. cauſ. dat. & l. ſi vno, §. item cum quidam, ff. locat. 2.6.5.
Intellectus l. 3. C. de decurion. & l. 2. §. vlt. in princ. ff. eod. 2.7.12.
Intellectus l. 3. C. q ętat. vel profeſſ. ſe excuſ. & l. 2. §. vlt. in fin. ff. de decurion. 2.7.11.
Intellectus verus ad c. cum non deceat, de elect. in 6. & c. vnic. de cler. non reſid. eod. lib. ab Auctore affertur. 2.11.23.
Interdicti generalis tẽpore diuinis non intereſſentes amittũt diſtributiones. 2.16.27.
Interdicti generalis tempore ſingulis diebus celebrari debent diuina officia, & qualiter. 2.16.26.
Interdictum à iure quibus caſibus incurratur, remiſſiuè. 2.16.18.
Interdictũ Eccleſiaſticũ duplex, aliud locale, aliud perſonale. 2.16.10. Alij addunt mixtũ, cuiuſmodi eſt ambulatoriũ. nu. 11.
Interdictum Eccleſiaſticum quid ſit. 2.15.11. & quotuplex. nu. 12.
Interdictum fertur vel à iure, vel ab homine. 2.16.17.

*Interdictum impedit adminiſtrationem quorundam Sacramentorum.* 2.16.6.

*Interdictum locale duplex, aliud generale, aliud particulare.* 2.16.12. *Item perſonale eodem modo duplex. nu.*13. *Idem de mixto. num.* 14.

*Interdictum nouum poni poteſt in feſtis exceptis tempore interdicti.* 2.16.50.

*Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ arcetur ab Eccleſia etiam non conſecrata.* 2.15.53. *& ab interdicta. nu.* 54. *Poterit tamen quibuſdam feſtis diebus quamcunque ingredi, & diuina audire. nu.* 55.

*Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ an Eccleſiam aliquando ingredi poſſit, diuinaque audire, & quomodo.* 2.15.48. *&* 55.

*Interdictus iniuſtè ab ingreſſu Eccleſiæ recuperat diſtributiones ea de cauſa amiſſas.* 2.15.46. *ſecus in iuſtè interdicto. nu.*47. *& ſeqq.*

*Interdictus iuſtè ab ingreſſu Eccleſię amittit diſtributiones quotidianas ſiue interdictũ ſit iuris, ſiue hominis.* 2.15.50. *Iuris tñ interdictũ reqrit declaratione facti. nu.* 51.

*Interdictus iuſtè ab ingreſſu Eccleſiæ non poteſt in alia quoq; ciuitate percipere diſtributiones quotidianas.* 2.15.52.

*Intereſſentibus accreſcunt diſtributiones nõ intereſſentium.* 3.6.16. *& nu. ſeqq.*

*Inteſtato clerico ſuccedũt iure cõmuni Eccleſia, vel ſucceſſor in beneficio quoad ipſos reditus beneficij, ſeu bona ex ijs quæſita.* 3.3.2. *& qd in hoc poſſit cõſuetudo. nu.* 3.

*Inteſtato clerico ſuccedũt quoad diſtributiones quotidianas cõſãguinei.* 3.3.4. *et ſeqq.*

*Inteſtatus decedit qui vel nullum, vel non iure fecit teſtamentum.* 3.3.1.

*Irregularis non amittit fructus, aut diſtributiones, niſi quatenus tribuuntur ijs, q ali quẽ ordinẽ exercẽt, & nõ aliter.* 2.17.36.

*Irregularitas aufert diſtributiones ei, quem reddit inhabilem ad obtinẽdũ beneficium nu.*37. *Et qui ſint hi caſus. nu.*38. *Item ei, quem priuat beneficio. num.*39.

*Irregularitas non incurritur, niſi in caſibus iure expreſſis. & quinã illi ſint.* 2.17.17.

*Irregularitas quid ſit.* 2.17.15. *& quotuplex. num.* 16.

*Iura Eccleſię ſuę defendens, ſi ſine fraude abſit percipere debet diſtributiones quotidianas.* 2.11.40.

*Iurans in Eccleſia reſidere licitè ſe abſentat pro ea.* 2.11.5.

*Iuri ciuili, vel Phyſicæ operã dare quinã clerici nõ poſſint ſine Papę licentia.* 2.10.21.

*Iuriſdictio, & poteſtas Epiſcopi non omnis transfunditur in Capitulum Sede vacante.* 2.11.85.

*Ius accreſcendi an locũ habeat in alimentis, vel uſufructu.* 3.6.23. *& num. ſeq.*

*Ius accreſcendi, & nõ decreſcendi quomodo definiri poſſit.* 3.6.15.

*Ius accreſcendi habet locum inter cõiunctos verbis tantùm, vbi aliquo modo re quoq; coniuncti ſint.* 3.6.8.

*Ius accreſcendi locum etiam habet inter cõiunctos legis coniunctione.* 3.6.12.

*Ius accreſcendi locum non habet in diſtributionibus quotidianis, cùm portio per iudicis ſententiam deficit poſtquã ſemel eſt legitimè quæſita.* 3.6.50. *ſecus fortè ſi à iure, vel eo iubente us quis priuetur. nu.*51.

*ius accreſcendi locum non habet in diſtributionibus vbi nullus diuinis interſit, ſed eæ applicantur Eccleſiæ.* 3.6.47.

*ius accreſcendi locum non habet in diſtributionibus vbi ius cõmune, vel ſpeciale eas in aliam cauſam transferat.* 3.6.52.

*ius accreſcendi locum non habet inter Canonicos, & alios beneficiatos Eccleſiæ Collegiatæ.* 3.6.27.

*ius accreſcendi locum non habet vbi portio iam eſt acquiſita.* 3.6.14.

*ius accreſcẽdi naſcitur ex cõiunctione.* 3.6.1.

*ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi inter cõiunctos hominis coniunctione locũ habet præcipuè ex diſpoſitione legis, ſecundariò ex hominis voluntate.* 3.6.11.

*ius accreſcendi, vel non decreſcndi an locum habeat in contractibus.* 3.6.13.

ius

*ius non decreſcend' habet locũ inter coniunctione tantùm.* 3.6.9 *ſimiliter inter mixtim coniunctos. num.*10.

*ius non decreſcendi locum habet in diſtributionibus vbi certa quantitas ex ſtatuto, vel conſuetudine Eccleſiæ debetur omnibus intereſſentibus.* 3.6.25. *& num.* 33. *Et quando locum non habeat ius accreſcendi, neque non decreſcendi. num.* 26.

*ius percipiendi quotidianas diſtributiones competit ratione Canonicatus, vel dignitatis in Eccleſia Collegiata* 2.1.3.

*ius poſitiuum humanum poteſt ab eo, qui illud condidit, tolli.* 2.14.20.

*ius publicũ, & quod ob illud introductũ eſt, pactis priuatorũ tolli nõ poteſt.* 2.13.15.

*iuſtitiæ pars, quæ à cõmutatiua diſtinguitur, & diſtributiua vocatur, vnde nomen accipiat.* 1.1.11.

## L

*Labor aſſiduus, & nũquam interruptus tædiũ parit, durabiliſq; nõ eſt.* 2.12.55.

*Labori duplicato duplex merces, ac ſtipendium debetur, ſicut minuitur imminuto labore.* 2.4.12.

*Labori merces debetur naturali, ac diuino iure.* 1.5.20.

*Læſio enormis, ob quam datur reſtitutio in integrum, eſt in decima ſaltem parte.* 2.3.35. *quàmuis alij in ſexta, alij in minori parte conſtituant, & plerique id totum iudicis arbitrio relinquant. nu.*36.

*Læſio in ſexta parte eſt enormis, & dat omnino iuſtam cauſam reſtitutioni in integrum.* 2.3.31.

*Lata, vel ferenda ſententia per quæ verba inducatur.* 3.7.18. *& nu. ſeqq.*

*Legati poteſtas ordinaria potiùs eſt, quàm extraordinaria.* 2.9.6.

*Legato inſeruiens dicitur Eccleſiæ inſeruire.* 2.9.5.

*Legato inſeruiens non percipit in abſentia diſtributiones quotidianas.* 2.9.8.

*Legato inſeruiens percipit fructus præbendę ſuæ.* 2.9.3. *& num. ſeqq.*

*Legatum alimentorum, & quantitas debẽtur quando ob diuerſam cauſam vtrunq; relictum eſt.* 2.4.11.

*Leges proſpiciunt ijs, quæ vt plurimum accidunt.* 2.10.26.

*Lex, & quælibet diſpoſitio nõ eſt ſemper iniuſta eo ſolo, quòd præbeat occaſionem delinquendi.* 1.5.38.

*Lex humana alia purè moralis, alia purè pœnalis, alia mixta.* 3.7.4.

*Lex humana quomodo definiatur.* 3.7.3.

*Lex imponens pœnam per verbum præſentis, vel præteriti tẽporis quãdo importet latam, vel ferendam ſententiam.* 3.7.19. *vſq; ad nu.* 32. *& quid id verbis futuri temporis. nu.*41. *vſq; ad* 52.

*Lex mixta, hoc eſt, moralis, & pœnalis ſimul quęnam ſit.* 3.7.7.

*Lex moralis tantùm quõ definiatur.* 3.7.5.

*Lex pœnalis cõtinẽs ferendã ſniam nõ obligat ante ſententiã.* 3.7.56. *neq; cõdẽnatio retrotrahĩt ad diẽ cõmiſſi criminis. nu.*57.

*Lex pœnalis cõtinens latã ſniam nõ obligat ante declaratoriam cõmiſſi criminis, vel pœnæ incurſæ.* 3.7.59. *& q̃ ſit rõ. nu.*60.

*Lex pœnalis continens latam ſententiã obligat ante declaratoriam, vbi de huiuſmodi mente legiſlatoris appareat.* 3.7.64.

*Lex pœnalis latam ſententiã continens non requirit condemnatoriã, ſed ſolam declaratoriam criminis commiſſi.* 3.7.66.

*Lex pœnalis tantùm quæ ſit.* 3.7.6.

*Lex pœnalis vt ſic nõ obligat ad culpã.* 3.7.8. *nõ tollit tamen obligationẽ ad culpam per priorem legem inductam. nu.*9.

*Lex priuans dominio ipſo iure obligat ante declaratoriam.* 3.7.63.

*Lex ſeu canon ferendæ, & latæ ſententiæ longè differunt inter ſe, diuerſoſq; pariũt effectus.* 3.7.17.

*Lex vna ſumit interpretationem ab alia.* 3.9.16.

*Libertatis, & ſtatus amiſſio iuſtè timetur.* 2.5.67.

Licentia ẽt Sedis Apoſtolicæ nõ requirit, vt clericus abſit cã ſtudij Theologici; vbi ẽt affert intellectus c. fin. de magiſtr. 2.10.3
Licentia nõ reſidendi, vel ſtudendi habet aliquid ſpiritualitatis, ideoq; pro ea nihil exigi poteſt. 2.10.10.
Licentia Prælati an requiratur cùm quis à Sede Apoſtolica impetrauit indultum, vt abeſſe poſſit cauſa ſtudiorum. 2. 10.9.
Litteræ pẽſionis ſuper diſtributionibus quotidianis quam præcipuè clauſulã cõtinere debeant. 2.8.11.

## M

MAla ſunt quæ mali præbent occaſionem. 1.5.37.
Mãſionarij exiſtentes in ſeruitio Epiſcopi nõ percipiũt fructus ſuarũ pbendarũ. 2.8.8.
Manſionarij multis nominibus appellantur; & de ijs plura remiſſiuè. 2.1.16.
Manſionarij quoq; percipere poſſunt diſtributiones quotidianas. 2.1.15.
Maſſa diſtributionum eſt vna res actualiter ſeparata tamen per intellectum. 3.6.19.
Medicinam ſumens, quique ſanguine minuitur valetudinis cauſa, debet diſtributiones quotidianas percipere. 2.6.8.
Mens legislatoris volentis legem continentem latam ſententiã obligare ante declaratoriam ex quibus colligatur. 3.7.65.
Mens Principis in priuilegijs maximè eſt attendenda. 2.14.24.
Metum iuſtum quando arbitrabitur iudex attenta qualitate perſonarum tam incutientis, quàm patientis metum. 2.5.78.
Metus iuſti cauſa abſens non eſt priuandus diſtributionibus. 2.5.58.
Metus iuſtus circa quæ mala verſetur. 2.5.61. & num. ſeqq.
Metus iuſtus: & abſentia eius cauſa ſuſcepta excuſant, mõ metus pduret. 2. 5.79.
Metus quando fuerit iuſtus, & iuſta cauſa ſe abſentandi, regulariter iudicis arbitrio relinquitur. 2.5.59. Quid autem conſideret iudex. num. 60.
Milites cæleſtis militiæ nõ debẽt gaudere minori progatiua, quam armatæ. 2. 12. 62.
Milites veterani à muneribus perſonalibus excuſantur. 2.7.21.
Miniſtri Eccleſię ſuſtentari debent maximè ex Eccleſiaſticus reditibus ad id deputatis. 2. 11.47.
Miſſæ tremendum ſacrificiũ inſtitutum fuit à Chriſto Domino in vltima cæna. 1.5.1.
Miſſarũ ſolẽnia nõ cõprehenduntur nomine horarũ Canonicarũ. 1.4.16. diuinorum tñ officiorum nomine continentur. num. 17.
Miſſas ſolemniter, & cõuentualiter decantari quis præceperit. 1.5.3.
Mors, vel cruciatus corporis iuſtè timetur. 2. 5.62.
Mortuaria, & anniuerſaria non cõprehendũtur in priuilegio, vt poßit qs in abſẽtia pcipere fruct⁹, reditus, puẽtus, iura, obuẽtiones, & emolumẽta Canonicatus, atq; ẽt diſtributiones quotidianas. 2. 14.22.
Mortuo, ſeu eius hæredibus debentur diſtributiones àd ratã illius anni, in quo decedit. 2.12.67. & 3.4.18. cum. nu. ſeqq.
Mortuo, ſeu eius hæredibus poſſunt ex conſuetudine legitimè præſcripta tribui fructus primi anni. 2.12.63.
Mortuo tribui nõ poſſunt diſtributiones primi anni ẽt ex cõſuetudine, neq; eius hæredibus. 2.12.65. & q̃ ſit vtriuſq; rõ. nu. 66
Mortuos ſepelire, corũue officiũ celebrare, aut recitare intra Eccleſiam non licèt tẽpore interdicti generalis etiam in feſtiuitatibus exceptis. 2.16.49.
Mulctæ, et pœnæ quamplurimæ amiſſionis diſtributionum quotidianarũ in Prouincia Mediolanenſi, remiſſiuè. 3.7.76.
Munera perſonalia quænã dicãtur. 2.7.14.
Mutans beneficium in eadem Eccleſia Collegiata omnino dimittit onus pẽſionis impoſitæ in totũ, vel pro parte ſuper diſtributionibus quotidianis. 2.8.16.

## N

NAuar. dum nullum diſcrimen cõſtituit inter diſtributiones quotidianas, & reliquos prouentus Eccleſiaſticos quoad dominium eorum clericis acquirendum, fallitur. 3.1.19.
Neceſſitas corporalis iuſta, & rationabilis excuſat ab amiſſione diſtributionum quotidianarum. 2.5.47.
Neceſſitas Eccleſiæ, & eius euidẽs vtilitas æquiparantur. 2.11.37.
Neceſſitas legi non ſubiacet, facitq; licitum quod aliàs non eſſet licitum. 2.11.38.
Nomen diſtributionis quotidianæ an, & quomodo executionem ipſam, ſeu et actũ ſignificet. 3.3.23.
Nomen obuentionum, redituum, & prouẽtuum, quàm latè pateat. 3.9.11.
Nomen vnum diuerſimodè ſumitur, & aliquando ratione ſubiectæ materiæ impropriatur. 3.9.17.
Notabilem partem alicuius horæ conſumẽs clericus Eccleſiæ Collegiatæ in cõfabulationibus, & ſimilibus, illius horæ diſtributionem amittit. 2.2.21. Idem in eo, qui voluntariè obdormit. nu. 22.
Notabilis pars cuiuſq; horæ non eadem eſt ratione mortalis peccati, et reſpectu amiſſionis diſtributionum quotidianarum. 2. 3.29.
Notabilis pars non eſt conſtituenda in eadẽ quãtitate reſpectu ſingularum horarum; atq; adeo nõ eſt quãta, ſed quota. 2.3.32.
Notabilis pars ſingularum horarum conſtitui poteſt decima. 2.3.33.
Notabilis pars vniuſcuiuſq; horæ omiſſa, quæ inducit amiſſionem diſtributionum quotidianarum ſumenda eſt præter eam, quam ſtatutum, vel conſuetudo indulget initio ſingularum. 2.3.42.
Notorium crimen quodnam ſit. 2.17.22.

## O

OBſes datus ab Eccleſia nõ amittit diſtributiones quotidianas. 2.5.56. & quid in capto cauſa repreſaliarũ. nu. 57.
Obuentiones ſunt fructus ex re prouenientes cuiuſcunq; ſint emolumenti. 1.7.13.
Obuentionum beneficij, ſeu Canonicatus appellatione non continentur diſtributiones quotidianæ. 1.7.11.
Octogenarius excuſatur ab intereſſentia, & tamen percipere debet diſtributiones. 2. 7.16. immo & aliquando infra eã ætatem conſtitutus. nu. 17. in quo Phyſici iudicio ſtandum erit. num. 18.
Officia diuina celebrari nõ debẽt vllo mõ in Eccleſia ſpetialiter interdicta. 2.16.35.
Officia diuina eo ipſo abſq; vlla declaratione celebrari non debent in Eccleſia polluta. 2.16.21. & nu. 28. clerici tamen percipiunt diſtributiones. num. 29.
Officia diuina interdicti tẽpore prohibentur. 2.16.15.
Officia diuina interdicti tempore publicè celebrari poſſunt in certis feſtiuitatibus 2. 16.38. quibus tenentur clerici pſallere, & cætera munera obire. num. 39. admittenturq; clerici interdicti. num. 40. modò cauſam non dederint interdicto. nu. 41.
Officia diuina probibita interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ quæ ſint. 2.15.49.
Officia diuina publicè, ac ſolemniter celebrari nõ poſſunt in Eccleſia interdicta etiam in ſolemnitatibus exceptis. 2.16.47. Idẽ de Eccleſia polluta. num. 48.
Officia diuina publicè, & conuentualiter recitari debent in Eccleſia ex præcepto Eccleſiaſtico. 2.2.26.
Officio duplici an, & quando poſſit quis fungi, duplexue merces debeatur. 2.4.13.
Officiorum diuinorum nomine tam horę Canonicæ, quàm Mißa conuentualis continetur. 2. 3. 3.
Officium B. Mariæ ſemper Virginis nulla Eccleſia Collegiata iure communi tenetur conuentualiter recitare. 2.3.5.
Officium B. Virginis recitare tenetur clericus, vbi recitari ſolet, ad hoc, vt lucrifaciat diſtributiones quotidianas maioris officij. 2. 3. 6.
Officiũ B. Virginis, vel quid ſimile præceptũ ex ſpeciali iure alicuius Eccleſiæ recitare

non

nõ tenentur priuilegiati, ut ad certũ tempus abſentes percipiãt diſtributiones quotidianas. 2.3.12.

Officium Mortuorum, vel B. Virginis, aut quid ſimile quando recitari debeat ab abſentibus etiam ex iuſta cauſa. 2.3.9. Et quid ad effectum lucrandi diſtributiones. num. 10. & ſeq.

Officium non debet alicui eſſe damnoſum. 2.11.8.

Officium, ſeu Vigilias mortuorũ nõ tenentur clerici clerici conuentualiter recitare niſi in anniuerſario defunctorum. 2.3.7. Aut niſi ea de re adſit ſpetiale ſtatutum, vel etiam conſuetudo. num. 8.

Onus an accreſcat illis de Collegio ſimul cũ diſtributionibus. 3.6.22.

Opinio etiam cõmunis Doctorũ in iure deſeri poteſt propter eius falſitatẽ, melioremq́; contrariæ opinionis rationem. 2.4.7.

Optans non dimittit penſionem pro ea rata, quæ reſpondet diſtributionibus quotidianis. 3.8.15.

Orationes, & reliquæ Miſſæ partes minus ſubſtantiales à S Petro, eiusq́; ſucceſſoribus inſtitutæ fuerunt. 1.5.2.

Ordinem non annexum beneficio ſuſcipere cogi quis poteſt etiã ſub pœna amiſſionis diſtributionum ſuadente maxima Eccleſiæ utilitate, vel neceſſitate. 2.19.31.

Ordinis annexi ſuſceptio non requiritur, ut clericus ad diſtributiones intra annũ admittatur. 2.19.21. requiri tñ pôt ex conſuetudine, vel ſpeciali cõſtitutione. nu. 28.

Ordinum annexorum non ſuſceptio propter iuſtum impedimentum non impedit, quin poſt annum clericus habeat integras diſtributiones. 2.19.22.

Ordo præſertim ſacer an iure antiquo annexus eſſet beneficio Eccleſiæ Collegiatæ. 2.19.1. & quid de iure nouo, nu. 2. quidq; in hoc poſſit conſuetudo, primæua inſtitutio, vel ſpecialis conſtitutio. num. 3.

Ordo requiſitus intra annũ ſuſcipi debet iuſto ceſſante impedimento ſub pœna amiſſionis dimidiæ diſtributionũ. 2.19.5. non ideo tñ non promotus amittit beneficiũ. nu. 6. licèt fortè illo priuari poſſit. nu. 7.

Ordo Subdiaconatus non requiritur ad habẽdam vocẽ in Capitulo in Eccleſijs, quarum beneficijs non eſt annexus ſacer ordo 2.2.7. Et quomodo id procedat. nu. 8.

Ordo Subdiaconatus requiritur in clerico nõ tempore vacationis, ſed ſolùm electionis. 2.20.6.

## P

Papa concedere poteſt clericis; ut teſtari poſſint de quibuſcunque reditibus Eccleſiaſticis. 3.3.6.

Papa concedit clericis ut conſuetudinem inducant contra canones, prohibet autem, ne contra eos ſtatuant. 2.13.5.

Papa poteſt aliquibus clericis priuilegio cõcedere, ut abſentes percipiant diſtributiones quotidianas. 2.14.19.

Papæ inſeruiens percipit fructus præbendæ, ac beneficiorum. 2.9.9. & quæ ſit ratio. nu. 10. Idq́; non obſtante quauis conſtitutione clericorum contra Canonicos abſentes condita. num. 11.

Papæ inſeruientes ut ſic non percipiunt in abſentia diſtributiones quotidianas ſine ſpeciali priuilegio. 2.9.13.

Papæ inſeruire, ſeu in eius ſeruitio abeſſe qui nam dicantur. 2.9.12.

Papatus eſt maxima omniũ dignitas. 2.9.2.

Paria ſunt aliquid non facere, & minùs rectè facere. 2.2.19.

Partem non notabilem vnius horæ omittens non peccat mortaliter, & lucratur diſtributiones quotidianas. 2.3.28.

Partem notabilem cõflatam ex multis verſiculis qui omiſit ſatisfacit quoad culpam recitando pſalmum continentem totidem verſiculos. 2.3.41.

Paupertas excuſat ſimoniacum à reſtitutione fructuum. 2.18.44.

Peccator et notorius nõ amittit rõne peccat fructus, & diſtributiones quotidianas. 2.17.40.

INDEX.

17.40. ſecus i notorio fornicatore. nu. 41.

Peccatum mortale differt ab excommunicatione. 2.17.18. neq; ut ſic Eccleſiæ ingreſſu prohibet. nu. 19.

Peccatum non facit, ut quis in diuinis officijs euitetur. 2.17.20. licèt ſit notoriũ nu. 21.

Penſio facilè cẽſetur impoſita ſuper diſtributionibus, ſi adſit ſtylus, quòd ſuper ijs imponatur. 3.8.6. qui tamen nõ extendetur de Eccleſia ad Eccleſiam. num. 7. neq; de vno ad aliud beneficium. nu. 8.

Penſio impoſita ſuper diſtributionibus an ſit aliquando ſoluenda per Capitulum, vel Collegium, cui illæ tunc accreſcunt. 3.8.17. & num ſeq.

Penſio impoſita ſuper fructibus in cõtinua reſidentia lucrari ſolitis an cẽſeat impoſita ſuper diſtributionib. quotidianis. 3.8.4.

Penſio non ſoluitur pro eo anno, in quo nulli fructus percepti ſunt. 3.8.27.

Penſio quãdo cenſeatur impoſita ſuper mẽſa groſſa, & alijs fructibus diſtinctis à diſtributionibus quotidianis. 3.8.12. et nu. ſeq.

Penſio quando ſit per Capitulũ, vel Eccleſiã Collegiatam vacantem ſoluenda. 3.8.25.

Penſio quomodo ſit onus reale. 3.8.22.

Penſio regulariter imponitur ſuper fructibus beneficij. 3.8.2.

Penſio regulariter non imponitur, neq; impoſita cẽſetur ſuper diſtributionibus quotidianis. 3.8.1. Et quæ ſit ratio. nu. ſeqq.

Penſionarius à quo exiget penſionem impoſitam ſuper diſtributionibus, ſi per annũ integrum vacet beneficium in Collegiata. 3.8.6. & num. ſeq.

Penſione paſſim ſuper diſtributionibus quotidianis impoſita an fraudetur cultus diuinus. 3.8.3.

Penſionem impetrans ſoluit integram annatam penſionis. 3.8.10.

Penſionem redimens ſine auctoritate Papæ ſimoniam committit. 2.18.52.

Penſionem ſoluere debet is, qui penſioni conſenſit, vel eius ſucceſſor. 3.8.19.

Penſionem ſoluit is, qui percipit fructus, ſeu prouentus ratione beneficij. 3.8.20.

Penſionem ſuper diſtributionibus impoſitã ſoluere nõ tenetur Capitulum, neq; aliqua illius perſona, ubi is viueret, qui beneficiũ grauatũ penſione obtinet, ſed non intereſt diuinis. 3.8.21.

Penſiones ſuper diſtributionibus quotidianis Papa imponere poteſt. 3.8.9.

Penſiones prædiorum ſiue vrbanorum, ſiue ruſticorum qualiter diuidendæ inter præceſſorem, eiuſue hæredes, aut ſucceſſores ſingulares, & ſucceſſorem in beneficio. 3.4.25.

Penſioni obnoxiæ ſunt diſtributionibus quotidianæ quæſitæ dumtaxat per beneficiatum. 3.8.23.

Peregrinationis cauſa qui abeſt nõ ideo percipit diſtributiones. 2.5.51. licèt peregrinetur ex voto. num. 52.

Periti in quaque arte iudicio ſtandum eſt. 2.7.19.

Perſonatus à dignitate, & officio diſtinguitur. 2.9.16.

Peſtis cauſa abeſſe quando poſſit clericus maximè à reſidentia. 2.5.75.

Peſtis cauſa abſens clericus percipit fructus ſuæ præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas. 2.5.76.

Peſtis cauſa diſcedens, ſi clericus ſit, an teneatur habere licentiam ſui Epiſcopi. 2.5.77.

Peſtis eſt iuſta cauſa timoris, & abſentiæ à loco contagioſo. 2.5.74.

Petr. Gregor. Tholoſ. in tract. de benef. cap. 7. dum abſolutè vult non requiri licentiã in abſente cauſa ſtudiorũ, reprehenditur. 2.10.8.

Plures Canonicatus obtinens in diuerſis Eccleſijs nõ poteſt ex cõſuetudine percipere diſtributiones in vtraq; ſi in vna tantùm reſideat. 2.12.40.

Pœna etiam ipſo iure impoſita nõ incurritur, niſi declarante eo, ad cuius fauorẽ impoſita eſt. 3.7.72.

Pœna propriè nõ dicitur, niſi quæ imponitur propter culpam. 3.7.10.

Pœna quoad omnes cauſas multipliciter diuiditur.3.7.12. & multis ſeqq.
Pœna ſpiritualis, & cenſuræ ipſo iure irrogatæ obligant reum ante declaratoriam. 3.7.61.
Pœnæ amiſſionis diſtributionum in Prouincia Mediolanenſi, remiſſiuè.3.7.76.
Pœnæ ipſo iure appoſitæ per modum conditionis maximè à teſtatore obligant reum ante declaratoriam.3.7.62.
Pœnitentiarius dum audit confeſsiones tempore diuinorum percipit diſtributiones.2.11.64. ſecus verò de diſtributionibus, quas Canonici extra Chorum lucrantur. nu.65. Aut ſi celebret, aliudue officium recitet.num.66.
Portio deficiens non ſemper accreſcit cum onere.3.6.21.
Poſſeſſio eſt ius inſiſtendi, non autem diſponendi, ſicut dominium.3.1.6.
Præcepta Decalogi ſunt diuina, & naturalia.3.4.10.
Præceptum Matrimonij, & Ordinis non obligat ſingulos, ſed omnes.2.7.11.
Præceptum Principis, vel iudicis iniuſtum aliquid præcipientis eſt iuſta cauſa timoris, & abſentiæ.2.5.69.
Præfatio diſpoſitionis declarat ipſam diſpoſitionem.2.2.33.
Præfecti, et Adminiſtratores Fabricæ Eccleſiarum, Piorumq́; locorum, ſi abſint tempore diuinorum, an percipere debeant diſtributiones quotidianas.2.11.57.
Præfecti Fabricæ, ac ſacriſtię illius Eccleſię, cui adſcripti ſunt, dum tempore diuinorũ abſunt, percipiunt diſtributiones.2.11.58. ſecus in Præfecto generali Fabricæ Eccleſiarum.nu.59.
Præſentia, reſidẽtia, & intereſſentia an, & quomodo differant inter ſe.2.5.17.
Priuandus beneficio, cùm priuatur, amittit fructus à die cõmiſſi criminis.2.17.11. quòd ſi ſeruiuit Eccleſiæ amittit ſolùm à die accuſationis, vel inquiſitionis.nu.12.
Priuandus beneficio diſtributiones amittit à die cõmiſſi criminis cùm crimen miniſterium impedit.2.17.13. aut ipſo iure priuationem inducit.num.14.
Priuãdus beneficio nõ cẽſetur eo priuatus ꝑ ſententiam latam ſuper crimine.2.17.9. ſecus ſi pœna ipſo iure ſit impoſita.nu.10.
Priuatio beneficij quid ſit.2.17.7. & quibus caſibus ipſo iure incurratur, vel infligenda ſit.num.8.
Priuatus à ſtatuto fructibus, & obuentionibus beneficij non eſt priuatus diſtributionibus quotidianis.1.7.12.
Priuatus beneficio, & Canonicatu nõ ꝑcipit diſtributiones.2.17.33. Niſi tñ intra legitimũ tẽpus appellauerit.nu.34.& ſeq.
Priuilegiatus ſuꝑ forma Breuiarij in Choro tenetur recitare officium iuxta formam Breuiarij, quod ibi adhibetur.2.3.38.
Priuilegiatus ſuper forma Breuiarij ſi ĩ Choro omittat partẽ notabilẽ ſupplebit iuxta Breuiarium Chori.2.3.39. niſi iuſta de cauſa eam partem omiſerit.nu.40.
Priuilegium alicui conceſſum, vt percipiat in abſentia fructus ſui beneficij integrè, ac ſi in Eccleſia ſua reſideret, non comprehendit diſtributiones quotidianas.1.6.10.et num.12 & 2.14.22.
Priuilegiũ conceſſum aliquibus Eccleſijs, vt earum clerici poſſint abeſſe per duos menſes in anno, & tñ percipere diſtribttiones, interpretationem ſumit ab earũ ſtatuto, & conſuetudine rationabili.2.14.23.
Priuilegiũ clericis cõceſſum, vt abſentes per duos mẽſes in anno ꝑcipiãt diſtributiones, intelligendum, & practicandum eſt ſine diminutione cultus diuini.2.14.27.
Priuilegium, diſpenſatio, ſeu indulgentia, & beneficium quomodo inter ſe differant.2.14.1.& num.ſeqq.
Priuilegium, & quælibet verba debent aliquid operari.1.8.10.
Priuilegiũ extenditur qñ aliàs redderẽ inutile.2.14.12. Aut præiudicaret ſpeciali ſtatuto, reꝗ; reduceret a ius cõmune.nu.13.
Priuilegiũ extenditur qñ contra ius iure ſuadente



INDEX.

dente cõceditur.2.14.14. Aut vbi cõſtat, ꝙ Princeps vult ꝑiudicare tertio.nu.15.
Priuilegium intelligitur iuxta ſtatutum, ab eoque interpretationẽ deſumit.2.14.26.
Priuilegium non extenditur ex identitate, aut maioritate rationis.2.14.11.
Priuilegium quid ſit.2.14.3.
Priuilegium reſtringi nõ debet vltra id, quod proprietas verborũ patiatur.2.14.16.
Priuilegiũ ſtrictam habet interpretationem. 2.14.7. etiamſi agatur de modico præiudicio. num.8. illudq; motu proprio concederetur, aut perſonæ aliàs priuilegiatæ. nu.9. vel contineat fauorem eius, cui cõceditur.num.10.
Priuilegiũ ſtrictiſſimã interpretationẽ ſumit, cũ incipit alijs eſſe damnoſum.2.14.10.
Proteſtatio an, & quando neceſſaria ſit impedito, vt impedimẽtũ eũ excuſet.2.5.45.
Prouentus, & reditus nomen idem importat ſecundùm aliquos.1.7.8. licèt alij contra. num.9.
Prouentuum beneficij nomine nõ veniunt diſtributiones quotidianæ.1.7.7.
Prouentuum Eccleſiaſticorum ſimpliciter appellatione continentur quoq; diſtributiones quotidianæ.1.7.10.
Punctatoris officiũ circa diſtributiones quotidianas, & diuina officia, remiſſiuè.3.7.77.

## Q

Qualitates requiſitæ in clerico Eccleſiæ Collegiatæ quænam ſint, remiſsiuè.2.19.38.
Quies neceſſaria eſt humanę vitæ.2.12.56.
Quindennium ex quibus fructibus, & reditibus ſoluatur.3.9.32.
Quindennium ſoluendum eſt de Monaſterijs, & alijs beneficijs vnitis menſæ Capitulari, vel Collegiali, vt ex ijs diuidantur diſtributiones quotidianæ.3.9.31.
Quindenniũ ſolui debet ab eo beneficiato, ſeu illis Capitularibus, qui fructus, ſeu diſtributiones primi anni perceperunt.3.9.34.
Quinquennium ſtatutum eſt dumtaxat ſtudentibus in Theologia, vt percipiant fructus præbendarum, nõ autem ſtudentibus in alia facultate.2.10.14.
Quoduis, dictio vniuerſalis eſt.3.5.12.
Quotidianæ diſtributiones, Vide Verbo, Diſtributiones quotidianæ.
Quotidie, & quotidianũ in iure non ſemper ſumitur præciſè, et Mathematicè, ſed aliquando moraliter pro aſſiduitate.1.1.16.

## R

Rationabilitas cum lapſu legitimi temporis ſufficit ad inducendam conſuetudinem contra ius.2.13.38.
Receptus in Canonicum debet, cùm primùm occaſio tulerit, habere præbendam, & interim habebit diſtributiones.2.1.8.
Reditus ad ius commune facilè conceditur. 2.3.49.
Reditus beneficij nomen largè conuenit diſtributionibus quotidianis.1.7.5.
Reditus dicitur eò, ꝙ ſingulis annis redeat; ideoq; cum ſimplici, d, ſcribi debet.1.7.3.
Reditus Eccleſiaſticos iure tantùm humano, non autem diuino, & naturali, vt voluit Nauar.& alij, tenentur clerici vltra propriã ſuſtentationem in pios vſus erogare. 3.4.6. & nu.9. cum ſeq.
Reditus nomen ſecundùm aliquos latiùs patet, quàm fructus.1.7.2.
Reditus omnes, & prouentus Eccleſiarum Collegiatarum vrbis Romæ ad menſam earundẽ pertinẽtes applicati ſunt per conſtitutionẽ Pij 4. diſtributionibus quotidianis.1.5.32. quæ cõſtitutio localis eſt, nu.33.& diuerſa à Trid.Concil. ſeſſ.21. c.3. decreto.num.34.
Reditus omnes, & prouentus Eccleſiaſticos poſſunt clerici in vſus nõ pios erogare, vbi ea de re extet immemorabilis conſuetudo.3.4.11.
Redituum beneficij, ſeu Canonicatus nomine propriè non continentur diſtributiones quotidianæ.1.7.1.

*Redituum Eccleſiæ,ſeu Eccleſiaſticorum nomen propriè conuenit diſtributionibus quotidianis.1.7.6.*
*Regulæ iuris ſtandum eſt, niſi exceptio ex eodem iure oriatur.2.10.25.*
*Remiſſio de præterito fieri oı̄no pōt vbi dubiū iuris,aut facti ſit,an quis malè perceperit diſtributiones quotidianas. 3.5.13.*
*Remiſſio diſtributionum illis tantùm conuenire poteſt,quibus accreſcunt.3.6.17.*
*Remiſſio, donatio, & tranſactio quomodo inter ſe differant.3.5.1.& nu.ſeqq.*
*Remiſſio,& conuentio de futuro circa diſtributiones quotidianas eſt omnino prohibita.3.5.8.de præterito verò probabile eſt, quòd non ſit prohibita. nu.9. licèt probabilius ſit,quòd ſic. num.10.*
*Remiſſio quarumnā rerū ſit.3.5.3.& nu.5.*
*Remiſſionis debiti,ſeu donationis prohibitio exorbitat à iure; ideoq; non eſt facilè extendenda.3.5.7.*
*Remittitur faciliùs,quod ſperatur, quàm datur,quod promittitur. 3.5.4.*
*Repreſaliarum cauſa captus non amittit diſtributiones.2.5.57.*
*Reſidentia,& intereſſentia plurimum inter ſe differunt ēt quoad perceptionē diſtributionū quotidianarū. 1.4.18.& 3.8.5.*
*Reſpirationis cā Chorum egrediēs amittere non dēt illius horæ diſtributionē.2.5.50.*
*Reſtitutio degradati fit à ſolo Papa, vel eius delegato.2.17.31.*
*Reſtitutio degradati fit conuerſa forma à degradatione. 2.17.30.*
*Reſtitutio rei alienæ non eſt facienda pauperibus quādo reperitur dominus.2.18.50.*
*Reus poſt commiſſum crimen in quotuplici ſtatu conſiderari poſſit.3.7.55.*

## S

*Scientia litterarum quæ requiratur in obtinente beneficium in Eccleſia Collegiata.2.19.37.*
*Seminarij decima quanta. 3.9.1. Et vnde detrahenda. num.13.*
*Senectus ipſa morbus dicitur. 2.7.2.*
*Senectus morbus quidā eſt,et malorum portus. 2.12.59.*
*Senectus, propter quā quis rebus ſuis ſupereſſe non poteſt,quænā ſit,iudicis arbitrio relinquitur,2.7.7.præterquam in caſibus à iure expreſſis.num.8.*
*Senes inter infirmos verè,et propriè non cōnumerantur. 2.7.3.*
*Senes omnes ex conſuetudine poſſunt ſecundùm aliquos diſtributiones percipere,licèt diuinis non interſint. 2.12.60.*
*Senes pro infirmis quando haberi poſſint. 2.7.5.*
*Senes,vt ſenes ſunt,ſi diuinis officijs non interfuerint, cæteraque munera, vt cæteri obierint,non poſſunt diſtributiones quotidianas percipere. 2.7.1. & num.ſeqq.*
*Senex percipere poteſt licèt à Choro abſit,diſtributiones quotidianas,quando ita ſenio confectus eſt,vt omnino diuinis officijs intereſſe non poſſit. 2.7.6.*
*Senio confectus,qui aliàs diuinis intereſſe cōſueuit,percipere debet in abſentia diſtributiones quotidianas. 2.7.15.*
*Septuagenarij clerici Eccleſiarum Collegiatarum poſunt ex conſuetudine quadragenaria percipere diſtributiones quotidianas,licèt diuinis non interſint. 2.12.57.*
*Septuagenarius ad munera perſonalia vocari non debet. 2.12.58.*
*Simonia committitur etiam in emptione,& venditione rei,quæ annexa eſt ſpirituali. 2. 18.6.*
*Simonia conuentionalis ex vna tantū parte completa an obliget ad reſtitutionem. 2. 18.20.*
*Simonia mentalis quid ſit, & quotuplex. 2. 18.13. quid conuentionalis.num.14. Et quid realis.num.15.*
*Simonia mentalis nulla obligat ad reſtitutionem rei acceptæ ſiue ſpiritualis,ſiue tēporalis. 2.18.16.*
*Simonia quid ſit. 2.18.5.*
*Simonia triplex eſt, alia mentalis,alia conuentionalis,alia demum realis.2.18.12.*
*Simoniaca cōuentio,& pactio quęlibet nulla eſt,nullamq; obligationē īducit.2.18.19.*
*Simoniacè obtinens beneficium in Collegiata nullo ſoluto pretio nō tenetur ante ſentētiam ad reſtitutionum beneficij,aut diſtributionum. 2.18.33. poteſt tamen eo priuari. num. 34. ſecus quoque in confidentiali. num. 35.*
*Simoniaci diſtributiones quotidianæ cui applicentur. 3.6.45.& num.ſeq.*
*Simoniacus confidentialis excōmunicationē ex ſola cōuentione eo ipſo incurrit; collatio ei facta eſt nulla, & ad reſtitutionem fructuum tenetur. 2.18.18.*
*Simoniacus conuentionalis non incidit regulariter in excōmunicationem, niſi cōuentio ſit ab vtraq; parte cōpleta 2.18.21.*
*Simoniacus cōuentionalis nullam pœnam à iure ſimoniacis inflictā incurrit,ſed pœna arbitraria puniri debet.2.18.17.ſecus in confidentiali. num. 18.*
*Simoniacus realis,cùm eo ignorante cōmiſſa fuit ſimonia, tenetur ad dimiſſionem beneficij & reſtitutionem fructuum tantùm à die ſcientiæ. 2.18.43.*
*Simoniacus realis nō tenetur reſtituere fructus conſumptos pro colligendis, & conſeruandis ipſis fructibus. 2.18.45.*
*Simoniacus realis non tenetur reſtituere partem illam fructuum,quę in vtilitatem Eccleſiæ verſa eſt. 2.18.46.*
*Simoniacus realis omnes pœnas à iure ſimoniacis inflictas incurrit. 2.18.22.*
*Simoniacus realis priuationem beneficii, & excommunicationem eo ipſo nō incurrit, niſi ſimoniacus ſit in ordine,vel beneficio. 2. 18. 23.*
*Simoniacus realis tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum à die receptionis beneficij. 2.18.39. etiam conſumptorum.nu. 40. etiam qui percipi potuerunt. nu. 41 quin etiam induſtrialium deducta mercede.num. 42.*
*Simoniacus realis tenetur reſtituere diſtributiones pceptas.2.18.47.reſtituet autē cæteris ſuis Collegis. num.48.*
*Simoniacus reſtituere debet omnes fructus beneficij extantes.2.18.27.quòd ſi ignorauit ſimoniam fuiſſe cōmiſſam, tenetur ſolum ad fructus,quos poſt ſcientiam percepit. num. 28.*
*Simoniacus vt plurimum deponendus eſt. 2. 18.1. aliquando priuatur beneficio.nu.2. nonnunquam eſt ipſo iure ſuſpenſus. num. 3. aliquando etiam in excōmunicationem incidit.num.4.*
*Simoniam committit qui admittitur,admittitue ad diſtributiones quotidianas pretio intercedente. 2.18.51.& num.ſeqq.*
*Spirituale,prout eſſe poteſt materia ſimonię, quid ſit. 2.18.7. & quotuplex. num. 8.*
*Spiritualis pœna obligat ante declaratoriā. 3.7.61.*
*Spolio nō ſubiacent bona clericorum quæſita ratione dignitatis clericalis, aliunde tamen,quàm ex reditibus beneficij.3.3.11.*
*Spolio non ſubiacent diſtributiones quotidianæ,ſeu bona ex iiſdem acquiſita. 3.3.10.*
*Statuta, & conſuetudines rationabiles Eccleſiarū in dubio cenſetur Papa velle ſeruare illæſa. 2.14.25.*
*Statutis, & conſuetudinibus particularibus non cenſetur Papa derogare,niſi de iis ſpecialem faciat mentionem. 2.10.27.*
*Statuto an induci poſſit, vt qui per multos annos Eccleſiæ ſeruierunt,in abſentia percipiāt diſtributiones quotidianas.2.7.20.*
*Statutum clericorū circa modum diuidendi diſtributiones quotidianas valet ſine conſenſu Epiſcopi. 2.13.25.non autem de iiſdem,vt concernunt ſtatum Eccleſiæ,ac diuina officia. num. 26. Item limita, vt num.31.*
*Statutum clericorum editum ante canonem contra ipſum ſuſtinetur, niſi ei per canonem derogetur.2.13.16.*
*Statutum clericorū editum contra ius conſuetudinarium ſuſtinetur.2.13.17.*
*Statutum diſponens indiſtinctè,vt infirmus, ſi*

ſi abſit à loco Eccleſiæ, non percipiat diſtributiones quotidianas nullatenus admittendum eſt.2.6.20.

Statutum inferiorum contra ius admittitur quando eſt conforme conſuetudini, quæ contra idem ius inducta eſt.2.13 22.

Statutum non extenditur de caſu vero ad fictum.2.13.48.extenditur tamen ad eũ, cui à iure æquiparatur.num.49.

Statutum, quòd abſentibus tribuãtur diſtributiones quotidianæ, regulariter non valet.2.13.32.

Statutum, quòd diſtributiones dẽtur abſenti iuſta aliqua, & vrgenti de cauſa non cogitata per canonem, valet. 2.13.42.

Statutum tribuens diſtributiones abſenti ſine iuſta cauſa non excuſat etiam in foro exteriori, contra aliquos.2.13.43.

Statutum tribuens diſtributiones ſenibus, & benemeritis, qui ſaltem per quadraginta annos Eccleſiæ ſeruierunt, tolerari poteſt.2.13.41.

Statutum tribuere poteſt abſentibus diſtributiones in ijs caſibus, quibus inferiores poſſunt ſtatuere cõtra canones.2.13.50.

Statutum, vel conſuetudo tollens ſtudentibus priuilegium percipiendi in abſentia fructus præbendarum nõ valet.2.10.18.

Statutum, vel cõſuetudo, vt Canonici teneãtur pſallere in Choro, licèt adſint Capellani, valent, & ſeruanda ſunt.2.2.28.

Stipendia meliora tribuenda ſunt iuxta cuiuſque dignitatem.2.4.2.

Stipendio ſuo fraudari non debet qui ſeruitium Eccleſiæ præſtitit.3.3.19.

Stipendium diſtributionum quotidianarum aſſignatum eſt, vt diuina officia in Eccleſia per clericos recitentur. 2.2.27.

Stipendium eſt recipiendum ab ea Eccleſia, ad cuius vtilitatẽ quis principaliter inſudauit.2.11.26.

Studens in iure Canonico, & Ciuili percipit in abſentia fructus ſuæ præbendæ.2.10.4.& num.6.etiamſi non ſtudeat aſſiduè. num.19.

Studij cauſa abſens ab Eccleſia non percipit diſtributiones quotidianas. 2.10.23. & quid, cùm in illa Eccleſia nulli alij reditus ſunt, præter diſtributiones.num.24. & ſeq.

Studij cauſa abſens percipit fructus groſſos, & præbendam indiſtinctam.2.10.22.

Studij cauſa abſens poteſt ex conſuetudine percipere diſtributiones quotidianas. 2.10.28.

Studij cauſa quot Canonici abeſſe poſſint. 2.10.20.

Studij non Theologici cauſa non poteſt clericus abeſſe, & fructus ſuæ præbendæ percipere iure communi abſque alia facultate, vel ſpeciali iure.2.10.7. & nu.ſeqq.

Studij Theologici cauſa abſens percipit fructus ſuæ præbendæ, aliorumq́; beneficiorum.2.10.2.& num.ſeq.

Studiorum cauſa eſt iuſta cauſa abſentiæ. 2.10.1.

Studiorum locus, ad quem clericus accedit, qualis eſſe debeat, vt percipere poſſit fructus præbendæ.2.10.17.

Subdiaconus intra annum nõ promotus ad ordinem requiſitum amittit vocem in Capitulo. 2.20.9.

Subſidium charitatiuum non eſt ſoluendum de diſtributionibus quotidianis. 3.9.19. & num.ſeqq.

Subſidium charitatiuum non tenetur ſoluere clericus pauper, qui nõ habet, niſi quod ad victum ſufficiat.3.9.22.

Subſidium charitatiuum ſoluendum eſt tantùm de fructibus, & reditibus beneficiorum.3.9.21.

Subſidium charitatiuũ ſolui quoq; regulariter dẽt à Capitulo, & Canonicis.3.9.20.

Succeſſor clerici in patrimonialibus hẽt diſtributiones quotidianas ad ratã tẽporis, quo clericus ille diuinis interfuit, & Eccleſiæ inſeruiuit.3.4.18.& num.ſeqq.

Supplicationibus, & alijs huiuſmodi, quæ cõmuniter à clericis Eccleſiarum Collegiatarum fieri ſolent, aſſignari poteſt, &

debet



debet aliqua portio diſtributionum quotidianarum.2.3.14.

Suſpenſio propriè ſumpta triplex eſt, alia ab officio, alia à beneficio, alia ab vtroque.2.15.6.

Suſpenſio, quæ à beneficio ſit, quotuplex ſit 2.15.7.

Suſpenſio quibus caſibus ipſo iure incurratur, vel ſit infligenda à iudice, remiſſiuè. 2.15.14.

Suſpenſio quid ſit.2.15.5.

Suſpenſio ſimpliciter lata ab officio quæ cõtineat.2.15.8.

Suſpenſo à beneficio non habenti aliunde victum ſubueniendum eſt de ipſis fructibus, & reditibus beneficij.2.15.40.

Suſpenſo à beneficio pro contumacia non eſt ſubueniendum de reditibus beneficij, niſi ſumma neceſſitas adſit.nu.41.

Suſpenſus ab officio non ideo ſuſpenſus eſt à beneficio, nec contra.2.15.9.Item ſuſpenſus ab vna parte officij non eſt ſuſpenſus ab alia.nu.10.

Suſpenſus an habeat vocem in Capitulo. 2.20.11.

Suſpenſus iuſtè ab officio eo ipſo amittit diſtributiones quotidianas. 2.15.37.Idem in ſuſpenſo à beneficio. nu. 38. Item licèt ſuſpenſus interſit diuinis. num.39.

Suſpenſus minùs iuſtè recuperat diſtributiones quotidianas.2.15.42.

Syncopans, ac deglutiens verba, & ſyllabas, quæ conſtituant notabilem quantitatem, non ſatisfacit præcepto recitandi horas Canonicas, atq; adeo non lucratur diſtributiones. 2.3.21. Id tamen intelligendũ eſt de ſingulis horis ſeorſim. num.22.

Syndicus Capituli, vel Collegij dum eius negotia promouet, aut iura tuetur in iudicio vel extra, percipere debet diſtributiones quotidianas. 2.11.43.

Syndicus Capituli, vel Collegij pro eius iuribus, & negotijs occupatus, ſi ad id hẽat congruum ſalarium, percipere non debet diſtributiones. 2.11.44. niſi ei à Collegio concedantur.num.45.

Syndicus Capituli, vel Collegij pro illius reditibus communibus exigendis abſens poteſt ex conſuetudine, vel ſtatuto percipere diſtributiones quotidianas. 2.11.48.

Syndicus Capituli, vel Collegij ſecluſa etiam conſuetudine, vel ſtatuto, niſi habeat congruum ſalarium, dum abeſt pro exigendis communibus reditibus priuari forſan nõ debet diſtributionibus quotidianis. 2.11.46.

Synodus cuiuſq; prouinciæ quidnam ſtatuere poſſit circa diuina officia, & Eccleſiæ miniſtros. 2.2.29.

## T

Tempus conueniendi in Chorum cœptis horis abſque amiſſione diſtributionum quotidianarum diuerſum eſt iuxta diuerſa ſtatuta. 2.3.30.

Tempus modicum colligendi, et componendi ſarcinulas quod abſuturo, redeunti, eique qui redijt, tribuitur, iudicis arbitrio relinquendum eſt. 2.12.53.

Tempus modicum ex illis diebus, qui à ſtatuto iuſtæ abſentiæ tribuuntur, in ludis, & ſimilibus conſumens licitè tamen percipit pro eo tempore diſtributiones quotidianas.2.13.47.

Tertia pars fructuũ, de qua Rota Romana in nouiß.diuerſ.quænam ſit.3.6.30.

Tertia pars redituũ quorumcunq; detrahẽda eſt ex dignitatibus, beneficijs, et officijs Eccleſiarum Collegiatarum, & conuertenda in diſtributiones quotidianas, vbi eæ tenues ſint.1.5.25.

Tertia, q̃ detrahitur ex decreto Trid.Conc. ſeſſ.22.c.3.de reform. nõ accreſcit intereſſentibus, ſed applicatur Eccleſiæ. 3.6.35.

Teſtandi facultas alicui cõceſſa extenditur etiam ad donationem cauſa mortis, & codicillos.3.2.2.

Teſtari liberè poſſunt clerici de quotidianis diſtributionibus iure quæſitis. 3.2.7. & quæ ſit ratio. num.8.

Teſtari

*Teſtari non poſſunt clerici de fructibus, & reditibus Eccleſiaſticis, qui diſtincti ſunt à diſtributionibus quotidianis.3.2.3. poſſunt tamē omnia relinquere in vſus pios, & aliqua etiam ijs, qui ſibi viuentibus, ſeruierunt.num.4.*

*Teſtari poſſunt liberè clerici de reditibus Eccleſiaſticis quibuſcunq; vbi adſit ea de re generalis conſuetudo.3.2.5.Item vbi Papa id concedat.num.6.*

*Teſtari qui poteſt, donare etiam poteſt cauſa mortis, & codicillari.3.2.1.*

*Theologi, ſeu Theologalem præbendam obtinentes, dum docent, percipiunt fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas.2.11.72.*

*Theologus ex priuilegio Apoſtolico, ſtatuto, vel conſuetudine legitima poterit diſtributiones quotidianas percipere. 2. 11. 74.& quid ea de re ſtatuat Mediolan. Concil.num.73.*

*Theologus legens vel ſolis, vel principaliter clericis ſuæ Eccleſiæ an percipere debeat diſtributiones.2.11.75.maximè ſi ſpecialem aliquam lectionem iuſſu ſuperioris illis haberet.num.76.*

*Theologus muneris ſui cauſa abſens percipere debet diſtributiones quotidianas, vbi nullum habeat præbendam.2.11.77.*

*Tiraquel.& aliorū error, dum pleraq; verba præſentis Imperatiui inter verba futuri temporis connumerant.3.7.26.*

*Tolerantia, & ſcientia Principis tunc demū inducit diſpenſationem, cùm dicit ſe tolerare.2.12.46.non requiritur tamen rationis expreſſio.num.47.*

*Tranſactio eſt de re dubia, & lite incerta, neq; adhuc finita.3.5.5.*

*Tranſigi non poteſt ſine ſuperioris auctoritate ſuper iure in futurū percipiendi diſtributiones quotidianas.3.5.14. licèt iuramentnm accedat. nu.15. componi tamen ſuper eo amicabiliter poteſt, modò id gratis fiat. nu.16.*

*Tranſigi nō poteſt ſuper alimētis futuris ſine ſuperioris auctoritate.3.5.19.*

*Tranſigi non poteſt ſuper penſione Eccleſiaſtica detracta ex beneficio, quæ datur pro alimentis in futurum ſoluenda, ſine auctoritate ſuperioris.3.5.20.*

*Tranſigi poteſt ſine ſuperioris auctoritate ſuper diſtributionibus quotidianis præteritis, ſeu iam quæſitis.3.5.21.temporale enim quid ſunt.nu.22.*

*Tranſigi poteſt ſuper iure percipiendi diſtributiones dato aliquo ſpirituali. 3. 5. 17. debet tū pro validitate, et ſucceſſoris obligatione accedere ſuperioris auctoritas. num.18.*

*Tranſigi poteſt ſuper præteritis alimentis ſine ſuperioris auctoritate.3.5.23.& quę ſit ratio diſcriminis quoad futura, & præterita alimenta.nu.24.*

*Tridentini Concilij decreta de reformatione quo tēpore cœperūt oēs obligare.1. 5.31.*

*Trident.Concil.decreta ſeſſ.21.c.3. & ſeſſ. 22. cap. 3. de reformat. quomodo conciliari poſſint. 3.6.29.*

*Trident.Concil.decretum ſeſſ.21.cap.3. & ſeſſ. 22. cap. 3. de reformat. in quo differant.1.5.26.*

*Trident.Concil.decretum ſeſſ.24.cap.15.de reformat. habet locum dumtaxat in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis inſignibus. 1.5.28.*

*Tyranni mali mores, quos compati quis nequeat, ſunt iuſta cauſa timoris. 2.5.70.*

## V

*VAcationes duorum, vel trium menſiū in anno quoad diſtributiones percipiendas ſunt ſublatæ per Trident. Concil. 2. 13.33. etiamſi omnes reditus Canonicatus ſint ſiti ī diſtributionibus nu.34.ſecus ſi ex fundatione concedantur. num. 35.*

*Valor beneficij in impetrationi exprimendus eſt præcipuè ob annatam. 3.9.28.*

*Valor beneficij, quod quis impetrat, exprimendus eſt in illius impetratione. 1. 8. 2. Idque tantùm propter regulas Cācellariæ.*



*num. 4.*

*Valor diſtributionum quotidianarum nō debet neceſſariò exprimi in impetratione beneficij. 1.8.3. Et quæ ſit ratio. num.5.*

*Verba cōminatoria inducunt ferendam ſententiam 3.7.53. Niſi iungantur alijs importantibus latam ſententiam. nu.54.*

*Verba præſentis, vel præteriti temporis important ferendam ſentētiam, vbi ſubiecta materia, vel alia iura id ſuadeāt.3.7.30.*

*Verba quædam inducentia latam ſententiā. 3.7.40.*

*Verbum, aut participium pręſentis temporis regulariter, & in dubio inducit canonem latæ ſententiæ. 3.7.19. niſi alia verba illius conſtitutionis inducerent ferendam. num. 20.*

*Verbum, diſponere, additum verbo, teſtari, importat actum inter viuos. 3.4.15.*

*Verbum, & participium futuri temporis regulariter importat canonem ferendæ ſententiæ.3.7.41.niſi aliàs lex pœnalis eſſet eluſoria.nu.42. aut ſuperueniret alteri legi idem planè diſponenti.num.43.*

*Verbum futuri temporis geminatum inducit latam ſententiam.3.7.44.& quomodo id procedat. num.45.*

*Verbum futuri temporis prolatum à teſtatore ſecundùm aliquos inducit latam ſententiam 3.7.46.*

*Verbum futuri temporis quando inducat latam, vel ferendam ſententiam. 3.7.47. & multis num.ſeqq.*

*Verbum præſentis temporis Imperatiuum quando latam, vel ferendam ſententiam importet.3.7.21.& multis ſeqq.*

*Verbum præteriti temporis regulariter importat latam ſententiam.3.7.27. Idē de participio eiuſdem temporis.num.28.*

*Verbum, quod neq; actionem, neq; paſſionē ſignificat, cuiuſmodi eſt verbum ſubſtantiuum, inducit canonem latæ ſententiæ. 3.7.31.*

*Verbum, ſtatis, ſeu ſtatutis horis in Trid. Concil.ſeſſ.24.c.12.de reform.intelligendū eſt de omnibus horis canonicis. 2.3.4.*

*Verbum ſubſtantiuum iunctum participio præteriti temporis importat latam ſententiam.2.7.32.licèt iungatur in futuro. num.33.niſi aliud ſubiecta materia, vel alia iura ſuadeant.nu.34.*

*Verbum, teſtari, comprehendit etiam codicillos, & donationem cauſa mortis.3.4.16.*

*Vi priuata detentus ita, vt diuinis intereſſe non poſſit, non amittit diſtributiones quotidianas.2.5.54.*

*Vicario Capituli ſede vacāte ſalarium ſubminiſtrat menſa Epiſcopalis, non Capitularis.2.11.84.*

*Vicarius Capituli ſede vacante, dum incumbit officio, percipit fructus ſuorum beneficiorum.2.11.89.*

*Vicarius Capituli ſede vacante habere debet congruum ſalarium. 2.11.86. ex quo deduci debent ſecundùm aliquos expenſæ, quas domi faceret. num. 87. quod tamen non eſt vndequaque verum. num. 88.*

*Vicarius Capituli ſede vacante poteſt eſſe de gremio, & corpore ipſius Capituli. 2. 11. 82.*

*Vicarius Capituli ſede vacante, ſi Canonicus ſit, dum à Choro abſens ſuum officium tempore diuinorum exercet, percipere nō dēt diſtributiones quotidianas. 2. 11.83.*

*Vicarius Epiſcopi debet ab eodem congruum ſalarium habere. 2.11.79.*

*Vicarius Epiſcopi dū ei inſeruit, percipit fructus præbendæ, & aliorum beneficiorum. 2. 11. 80.*

*Vicarius Epiſcopi, qui ſit Canonicus, dū abſens à Choro Vicarij officium exercet, nō percipit diſtributiones quotidianas.2.11. 78.*

*Vicarius neceſſariò conſtituendus non eſt in beneficijs ſimplicibus ab eo, q abeſt cauſa ſtudij. 2. 10. 5.*

*Vincula, & carcer iuſtè timentur. 2.5.63.*

*Viſitationis cauſa abſens non percipit diſtributiones, niſi id ſibi concedat ſtatutum, cōſuetudo, vel priuilegium.2.11.62. Aut*

*ſi Eccleſiam propriam de mandato Epiſcopi viſitaret. num. 63.*
*Viſitator vnā procurationem exigit, ſi duas viſitationes vnica die expediat.* 2.4.8.
*Vocem, & locum habere in Capitulo cōpetit ratione Canoniæ.* 2.4.15. & 2.20.1.
*Vocem in Capitulo habere poteſt clericus, & tamen nō admitti ad diſtributiones; cuius rei tria afferuntur exempla.* 2.20.12.
*Vocem in Capitulo, ſeu eius exercitium non habet niſi Subdiaconus.* 2.20.2. *etiamſi ab alijs id ſibi concedatur. nu.* 3. & *licèt Epiſcopi ad id accedat diſpenſatio. nu.* 4.
*Vſufructuarij, vel vſuarij an ſint clerici rerum Eccleſiaſticarum.* 3.1.17.
*Vſufructuarius de fructibus acquiſitis teſtari poteſt.* 3.2.10. & *dicitur dominus vſuſfructus. num.* 11.
*Vſusfructus morte finitur.* 3.2.9.
*Vtilitas Eccleſiæ, ob quam abſens percipit diſtributiones quotidianas, debet eſſe euidens.* 2.11.32. *quando autem dicatur euidens. num.* 33.
*Vtilitas euidens, vel neceſſitas Eccleſiæ diſpenſationem facilè inducit.* 2.11.7.

FINIS INDICIS, rerum ſingularium huius Tractatus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA